litas carnis ei⁹/iudeis scandalū/gētib⁹ stultitia. i. Cor. i.
Ipsis aūt iudeis ⁊ gētib⁹ vocatis tamq̄ sem ⁊ iaphet/dei
virt⁹ ⁊ dei sapiētia: q: qḋ stultū est dei/sapientius est hoīb⁹
⁊ qḋ infirmū est dei: forti⁹ est apud hoīes. Proīde in duo-
bus filijs noe/maximo ⁊ minimo/duo ppl'i figurati vnā

Dn̄ice passiōis ꝑludiū.

vestē a tergo portātes/sacramētū scʒ iā preterite ⁊ trāsacte
dn̄ice passionis nuditatē patris neq̄ intuent̄: q: in christi
necē nō cōsenserūt: ⁊ cū honorauerūt velantes tamq̄ scie-
tes vnde sunt nati. medius aūt fili⁹. i. ppl's iudeorū/io me-
dius. i. cham: q: nec primatū aplor̄ tenuit/nec vltimus in
gētib⁹ credidit. vidit nuditatē patris: q: consensit in necē
christi ⁊ nūtiauit foris fratrib⁹. ppter eū q̄ppe manifestū
est/⁊ quodāmodo publicatū qḋ erat in prophetis occultū:

Prioritas sacerdotij respectu imperij.

Ideoq̄ fit seru⁹ fratrū suor̄. hucusq̄ Aug. ¶ De primatu
tēporis sacerdotij anteq̄ imperij/apparet ꝑ vba Augu.
xviij. de ciui. dei. c. j. dicētis. Quis enī ⁊ ipsum noe patriar-
cham in cui⁹ dieb⁹ vniuersa diluuio terra deleta est. vsq̄
ad tēpus quo reges in dei ppl'o esse ceperūt ⁊c. ¶ De so-
brietate noe post ebrietatē. xxxv. di. sexto diē de q̄ ebrieta-
te Hiero. ad oceanū. Noe ad vni⁹ hore ebrietatē nudat se
mora sua: q̄ ꝑ sexcētos annos sobrietate contexerat. Sed

Vini vs⁹ qn̄ icepit

quō tā iustus fuit inebriat⁹: vide Isid. sup Gen. vlt. prin.
dicēs. Queritur vtrū vir sanctus inebriat⁹ legat̄: forte quia
vim illi⁹ liquoris necdū expertus fuerat: nec vino posse ine-
briari sciebat. nō enī ante diluuiū vino hoīes vtebant̄: et
ideo specialiter de noe d: ⁊ q̄ plātauerit vineā. plantauit
aūt de vitibus syluestrib⁹ q̄s inuenit. ⁊ excolēdo assidue
ad vitis maturitatē ꝑduxit. Hāc aūt rōnē assertiue ponit
Ambro. p. e. c. sexto die. xxxv. di. vbi de h. ⁊ glo. sup Gen. ix.
¶ L Itē nec mirū q̄ pauci in eccl'ia boni sunt: q: fm Be-
dā sup Lucā. Noe quū tres filios genuerit: vni⁹ solius fa-
milia in possessiōe dn̄i ascita est. ex duob⁹ reliq̄s diuersar̄
nationū: que idolis mancipatent̄: procreati sunt populi.
¶ M Nō aūt in ista eccl'ia ꝑ arcā designata/melior fit
castitas nuptijs ⁊ gloriosior: pulchre hoc ⁊ subtiliter pro-
bat Damascen⁹ li. sentētiarū. c. xcviij. dicēs: Videam⁹ virgi-
nitatis gloriatiōes. idē autē est dicere/⁊ castitatis noe in
arca in timore iussus: ⁊ mundi seminis custodia cōmissa.
talē accipit iussionē. intra enī tu ⁊ filij ⁊ vxor tua: ⁊ vxores
filior̄ tuor̄: diuisit eos ab vxorib⁹: vt cū castitate pelagus
⁊ toti⁹ mūdi naufragiū illud effugerēt. post diluuij nēpe
requiē: Exi inq̄t tu ⁊ vxor tua/filij tui ⁊ vxores filior̄ tuo-
rū. ecce rursus ppter multiplicationē nuptie. ¶ N Quō
etiā a principio mūdi fuit eccl'ia iustor̄ ⁊ christianor̄ ante
imperatores: clare ptʒ ꝑ vba Aug. in li. de q̄sti. noui ⁊ ve-
teris testamēti dicētis: Igitur descripta mūdi fabrica/et
primi hoīs origine: traducē tenuit generis/sed q̄ reddit⁹
est ꝑ abel: ⁊ ꝑ ordinē venit ad abraā patrē iudeor̄: vt ostē-
deret abraā huic deo credidisse q̄ opifex mūdi est: ⁊ ipsuʒ
legē dedisse in q̄ futur⁹ christ⁹ ꝓmissus est: q̄ liberaret hu-
manū gen⁹ de dn̄io diaboli. Ex his rōnabilis ꝓbat̄ fides

Fidei catholice origo.

nostra. Testimoniū huic dat origo descripta: q: ab initio
gen⁹ est christianor̄. Ex seth enī filio ade venit ad enoch:
ab enoch ad noe. ex noe ad abraam. ab abraā descēdit ad
dauid. a dauid ad mariā. ex maria ex spūsctō nascit̄ chri-
stus. Priores ḡ hoīes q̄tq̄t fidē habuerūt vni⁹ dei/quē sal-
uator ꝑdicauit: iure christiani dicēdi sūt. Ab initio enī sal-
uator venturus ꝓmissus est. vn̄ in Apoc. ait. xiij. c. Agn⁹ q̄
occisus est ab origine mūdi. Itaq̄ semꝑ christiani sumus.
Hi enī oēs quos .s. dixi: a primo hoīe creato in mundo ꝑ
quos tradux tendit̄ ad saluatorē: hui⁹ dei fidē habuerūt:
de quo christus locutus est dicēs Ioan. xvij. Hec est autē
vita eterna vt cognoscant te solū ⁊ verū deū ⁊ quē misisti
iesum christū. hucusq̄ Aug. ¶ O De sem aūt descendit
abraam filius Thare. Gen. xj. qui primo abram. i. excel-
sus ⁊ sublimis dictus est: postea abraam. i. pater multitu-
dinis: vel pater multarū gentiū. Gen. xvij. ibi: Nec vltra
vocabit̄ ⁊c. Hic est fm Ambro. super Lucam lib. ij. cui di-
ctum est Gen. xxij. In semine tuo benedicent̄ oēs gētes.
Cōgregatio gentiū/⁊ sacrosancte ecclesie cetus/oraculo
diuino primo cōmissus est: ⁊ instaurande ecclesie primus
sponsionē promeruit. ad dauid aūt de christo ꝓmissio fa-
cta est. ad abraam de ecclesia: ⁊ nihilomin⁹ q: ad abraam
de christo ꝓmissio facta est. Gala. iij. Abrae dicte sunt ꝓ-
missiones ⁊ semini eius. nō dicit ⁊ seminib⁹ q̄si in multis:
sed quasi in vno/⁊ semini tuo qui est christus. christū rep-
sentat maxime q: fm Chrys. sup Matth. Abraam sacer-

Abraam fuit sacerdos ⁊ ꝓpheta.

dos fuit ⁊ ꝓpheta. sacerdos: q: ad illum dixit deus Gen.
xv. c. Sume inquit mihi vaccā triennē. vnde et presbyter
appellatus est. lxxxiiij. disti. porro. ꝓpha. vnde dn̄s ait ad
abimelech. Gen. xx. Redde vxorē viro suo: q: propha est.
Fuit etiā rex fm Iosephū: qui ait: Abraā regnauit in da-

Abraam rex Damasci.

masco. ⁊ vsq̄ nunc in damascena ciuitate abrae nomē ha-
betur: ⁊ habitatio eius ostendit̄. Christ⁹ aūt sacerdos ꝓ-
pheta ⁊ rex fuit. Abraā etiā dicēs seruo suo: Pone manū
tuā sub femore meo. Gen. xxiiij. significauit christum de
carne sua nasciturum. fm Augu. de ciui. dei. li. xvj. c. xxxiij.
¶ P Tempore vero abrae fuit melchisedech rex salē sa-

Melchisedechiani heretici notat̄.

cerdos dei altissimi offerēs panē ⁊ vinū ⁊ benedicens ei.
Gen. xiiij. Melchisedechiani heretici hūc nō hoīem: sed
vtutē dei arbitrant̄. xxiiij. q. iij. quidā vero. melchisedechia-
ni. Hiero. ad Euagriū presbyterū dicit hunc nō fuisse de
genere iudeorū: eo q̄ fuerit chananeus: ⁊ ꝑcessisse in typū
sacerdotij filij dei. de q̄ d: Ps. cix. Tu es sacerdos in eter-

Opinio de ortu melchisedech.

nū fm ordinē melchisedech. Hebrei tamē tradunt ipsum
fuisse filiū Sem filij noe. Augu. vero in lib. de questio. no. et
ve. testamē. c. ix. tenet melchisedech vltra hoīem fuisse di-
cēs: Igit̄ melchisedech nō ideo melior abraā dicit̄ ppter
solū officiū sacerdotij: sed ⁊ natura anteponit̄ illi: vt vltra
homines intelligat̄. Nullo enī mō fieri pōt vt q̄ tāto ami-
co dei ꝑponit̄ ⁊ fideli vsq̄ adeo: vt filiū suū non dubitaret
occidere: homo putet̄. ⁊. j. e. c. Igit̄ ꝑ hoc apparet melchi-
sedech vltra hoīem esse: q: nō erat vn̄ melior esset abraā:
nisi solū ꝑcedat illū natura. Huic dicto multum fauere vi-
dētur verba apostoli ad Heb. vij. ibi: Sine patre: sine ma-
tre: sine genealogia: neq̄ initiū dierū/nec finē vite habēs:
assimilatus aūt filio dei/manet sacerdos in ꝑpetuū. Sed
ecclesia tenet q̄ homo fuerit: ⁊ vocare eū dei virtutem: ⁊
nō hominē esse heresim. vt pre. c. quidā vero. melchisedech. ⁊
facit. xxij. dist. deniq̄. apparuit etiā sicut legit̄ in vitis pa-
trū: vni seni credenti ꝑ simplicitatē eum filiū dei inter pa-

Melchisedech primus rex verus.

triarchas. ¶ Q Istius ḡ melchisedech fuit primuʒ re-
gnū: ⁊ primus verus rex iustus fuit: qui in scriptura diui-
na reperiatur: prout puto qui fm apostolum pre. c. vij. ad
Heb. in prin. interpretatur rex iustitie. Deinde aūt rex sa-
lem/quod est rex pacis: qui ꝓprijssime typum saluatoris
qui fuit rex iustitie. Ps. lxxj. Deus iudiciuʒ tuum regi da.
⁊ alius propheta de eo Hiere. xxiij. Et regnabit rex: et sa-
piēs erit: ⁊ faciet iudiciū ⁊ iustitiam in terra. ⁊ sacerdos.
Ps. cix. Tu es sacerdos in eternum. ⁊ ad Heb. vij. tenet.
Ante enī melchisedech regnū nō fuit aliud regnū: quod
scriptura cōmemorat iustū ⁊ legitimū. ⁊ hoc dico propter
regnum nemroth. Gen. x. ibi: Fuit aūt principiū regni ei⁹
babylon. ¶ R Fuit enim illud regnum non iustuʒ: sed
tyrannice vsurpatum. vnde in eo. cap. Porro chus genuit
nemroth. ipse cepit potens esse in terra: et erat robustus
venator coram domino. vj. distinc. §. ius vero consuetudi-
nis. vbi Gratianus ponit eum oppressorem et extinctore
rem hominum. Mr autē ait coram domino. glo. i. domino
permittente. xxvj. q. v. nec mirum. ⁊ melius facit. viij. q. j. §.
quū autem. ⁊. ca. se. audacter. cum his que ibi no. omnis
enim potestas a deo vel iubente est vel sinente. xxiij. q. j. q̄d
culpatur. ibi: Non est enim potestas nisi a deo siue iuben-
te siue sinente. Sed quod permittimus inuiti toleram⁹.
xxj. q. j. hac ratione. iiij. distin. deniq̄. in precedenti enim

§.ius do.exponit Gratian⁹ illa verba Gen̄.x.cepit nem/
roth esse robust⁹ venator corā dn̄o.i.hoim oppssor ⁊ extin
ctor:sicut hodie tyrāni faciūt maxime in italia:vt possint
in sua tyrānide regnare:de qb⁹ scripsi.j.lxxij.ar.x.si vo.et
x.⁊ hoc manifeste. Tyrann⁹ em̄ s̄m Greg.in moral.est q̄
nō iuste p̄sidet:s3 vi vsurpat dominiū ⁊ timeri vult. ⁊ Isi.
Ety.lib.ix.c.iij.dicit/q̄ licet olim apud veteres nulla inter
reges ⁊ tyrannos distinctio esset postea tamen in vsu ver
sum est tyrannos vocari pessimos atq̄ improbos reges
luxuriose dn̄atiōis cupiditatē ⁊ crudelissimā dn̄ationē in
pplos exercētes.bn̄ facit.xxiij.q.v.nec fuit. Fuit aūt nem/
roth filius chus nepos descēdēs a cham.nā chus fuit fi/
lius cham.Gen̄.x.infruniti nō pudorati.xcvj.di.in scriptu
ris.cham aūt calidus seu callidus interp̄tat̄.i.astutus:q̄
s̄m sapientē Job.v.in sua astutia capit̄. Nemroth aūt ty/
rannus vel profugus fuit trāsgressor: aut apostata inter/
pretat̄:in quo res cū noīe cōuenit.xlij.di.orator:in̄.cū si.ty/
rannus em̄ fuit vt dictū est.p̄fugus a facie dn̄i.sicut cayn
Gen̄.iiij.qui nō de volūtate dn̄i imperauit:sed cōtra eū:⁊
turrim edificauit.quā ⁊ dn̄s detestatus est Gen̄.xj.trans/
gressor: etiā legis nature:faciēs alijs opprimēdo ⁊ occidē
do qd̄ nollet sibi fieri.di.j.humanū gen⁹. ⁊ apostata.i.re/
tro stās ab eo qd̄ facere debebat fratrib⁹ suis apostatans
ab innocētia eccl'ie primitiue incipiētis in adā ⁊ eua ⁊ in/
nocētia formatoꝝ.adde hic qd̄ no.j.lxiij.arti.x.regnū vo.
⁊.xlj.ar.x.post diluuium. ❡ S Post nemroth reges ve
nientes:reges gentiū ⁊ reges chananeorū ⁊ alij: p̄ter re/
ges descendētes ab abraam:de q̄bus Gen̄.x. ⁊ de abime/
lech rege gerare.de quo Gen̄.xx.vsurpatores fuerūt ⁊ in/
uasores regnorū.qd̄ apparet:q: terre eorū ⁊ regna a dn̄o
dant̄ abraam ⁊ semini ei⁹:sicut iusto ⁊ sctō eius.i.iudeis.
Gen̄.xiij.ibi:Omē terrā quā cōspicis.⁊ Gen̄.xij.ibi: Se/
mini tuo dabo terrā hāc.⁊ Gen̄.xv.ibi: Ego dn̄s q̄ eduxi
te de vr chaldeoꝝ:vt darē tibi terrā istā ⁊ possideres eam.
Promissio aūt dn̄i adimpleta fuit.Exo.xiiij.⁊.xv. postq̄
cōsummata fuerūt pctā amorreoꝝ ⁊ aliarū gētiū:sicut p̄/
miserat dn̄s ⁊ p̄dixerat Gen̄.xv.ibi: Necdum em̄ cōplete
sunt iniq̄tates amorreorū vsq̄ ad p̄sens tp̄s:vt hec etiam
trāsferunt̄ ⁊ p̄bant̄.xxiij.q.v.§.hinc notandū est.x.p scie/
res.⁊.x.quū ergo. Quū ergo diuino iussu ad puniendū
pctā ppl'i excitant̄:sicut ppl's ille iudaicus excitat⁹ est ad
occupandā terrā p̄missiōis(Josue.v.⁊.vj. ⁊ deinde q̄si p
totū.⁊ Deut̄.vj.⁊ seq.c.Exod.xiij.c.)⁊ ad delēdas gentes
peccatrices:sine culpa noxius sanguis effundit̄:⁊que ab
eis male possident̄:in ius ⁊ dn̄ium rite trāseūt bonorum.
Hac etiā rōne ⁊ typo iudei spoliauerūt egyptios malos
possessores.Exo.xij.ibi: Et petierūt ab egyptijs vasa ar/
gētea ⁊ aurea/vestēq̄ plurimā:dedit aūt dn̄s gratiā pplo
corā egyptijs/vt cōmodarēt eis ⁊ spoliarēt egyptios.Et
notandū q̄ dicit gratiā pplo:q: gr̄a dei agit̄ in aīa vt ma
le possessa reddat ⁊ pctm̄ ei dimittat̄.xiiij.q.vj.si res alie/
na. Historia etiā ponit̄.xiiij.q.v.dixit dn̄s. vbi Augu.ait:
Nec israelite furtū fecerūt:s3 deo iubēte ministeriū p̄bue/
rūt.ad idē ex̄ de diuor. gaudem⁹.§.nec illi. Regna etiā p̄/
dicta vsurpata sunt contra que dauid imp̄cat̄. Ps̄.lxviij.
Effunde iram tuā in gentes que te nō nouerunt:sc3 quia
scire noluerunt: ⁊ ideo excusati nō sunt Ps̄.xxxv. noluit
intelligere vt bene ageret.xxxvij.di.§.vt itaq̄.⁊.c.nō ois.
⁊ in regna.i.reges que nomē tuū nō inuocauerunt.Cete
rū iusti in israel reges a dn̄o cōstituti ab abraam p̄cesse/
runt:sicut promiserat ei dn̄s. Gen̄.xvij.ibi: Regesq̄ ex te
egredient̄.⁊ infra/ibi:Reges populorum orientur ex eo.
Abraam em̄ filius thare de semine sem pudorati/⁊ patrē
noe reuerētis/perfectissimus corā dn̄o:de familia heber
descendēs.Gen̄.xj.caput iudeorum fuit.vnde s̄m Augu.
Hebrei habraei dicūtur.licet s̄m iosephū dicti sunt ab he/
ber.vt no.xxxv.q.j.§.hac itaq̄.in glo.a quo.ibi: Nam cete
ris omibus idololatria fedatis/sola familia heber in cul
tu vnius dei remansit. vnde abraam a chaldeis cū fratre
suo aram in ignē quem adorare noluit: protectus est: vt

Expositio et interpretatio nois nēroth.

Hebrei quasi habraei.

numē sue diuinitatis exurendo sentiret quā venerando
colere cōtempsit.glo. sed nō dubitauit q̄ nō esset de⁹.de
igne exiuit illesus:aram quia dubitauit exust⁹ est. vt hec
leguntur ⁊ no.p̄e.§. hac itaq̄.xxxv.q.j.iustū ergo fuit vt
ab ista sancta familia abrae/a qua descendūt iudei.vnde
dicit̄ Joan.viij.Pater vester abraā ⁊c.⁊ ibi:Semē abrae
sum⁹.⁊ ibi:Scio quia filij abrae estis. ⁊ ibi: Pater vester
abraam est.reges iusti descenderēt q̄ veri dei cultus ⁊ iu/
stitie ⁊ virtutū amatores regnarēt sup populū dn̄i pecu/
liarē:⁊ cultorē dei ⁊ synagogā illā.i.cōgregationē iudeo/
rū in iustitia regerēt:⁊ ab idololatria cohiberent.Hiere.
vij.xxiij.q.v.principes.⁊.c.regū. ❡ T Quorū prim⁹ saul
a dn̄o electus est:⁊ p suā inobedientiā ⁊ superbiā postmo
dū reprobatus.j. Reg.x.⁊.xiij.viij.q.j.audacter.lxxxi.dist.
si q̄.quē tn̄ samuel ex p̄cepto vnxit i regē israel.vt.j. Reg.
x.s3 ante saul samuel p̄pheta minister dn̄i pplm regebat.
j.Reg.vij. Judicauitq̄ samuel filios israel in masphat. ⁊
in fi.c.ibi: Judicauit quoq̄ samuel israel cūctis dieb⁹ vite
sue.⁊ ibi:edificauit etiā ibi altare dn̄o. vbi clare apparet
q̄ fuit minister dn̄i in tēplo et loco sacerdotis. Ps̄.xcviij.
Moyses ⁊ aaron in sacerdotibus ei⁹:⁊ samuel inter eos
qui inuocāt nomē eius.⁊ fuit iudex tēporalis ⁊ rector po
puli israel. ❡ Post saul aūt semp vsq̄ ad christū sacerdo/
tē ⁊ regē verū/reges in israel fuerūt vncti a sacerdotib⁹:
⁊ sic cucurrit sctā eccl'ia antiqua a principio mūdi:vt pro/
baui:cōstituta vsq̄ ad christū:q̄ ecclesiā nouā p̄mitiuā cō
stituit in illo ⁊ de illo populo iudeorū:vnde carnē assum/
p̄serat.vn̄ de plebe iudaica primū apl'os elegit: quos q̄si
fundamentū instituit.xxxi.q.j.§.hac itaq̄.x.deus enim.⁊
deinde illa iudeorum synagoga in sua p̄fidia derelicta ec
clesiam nouā fundatā iam in apl'is in gentibus cōstituit.
sicut p prophetā Osee dixerat Osee.ij.s̄m sensum nō lite/
ram. In peccatis vestris dimisi matrē vestrā: ⁊ iterū per
eundē prophetā Osee. Et vocate plebē meam nō plebē
meā.ad Rom.ix.vt hec etiā trāsferunt̄ predi.§. hac itaq̄.
Igitur manifeste apparet p deductiones superiores ori/ Ecclesiā
gines ⁊ ratiōes ⁊ figuras prius fuisse ecclesiā q̄ aliquod fuisse an̄
iustum vel iniustū imperiū temporale:quia imperij cōsti/ qd̄cūq̄
tutio super homines ⁊ de hoibus est congregata: quā cō tpale re/
gregationē necesse est primo p̄supponere q̄ sit regnū vel gnū in/
imperiū qd̄ de illa congregatione cōstituit̄/q̄ si illa con/ fertur.
gregatio sancta est:vocat̄ ecclesia sanctorū. Ps̄.cxlix. In
ecclesia sanctoꝝ. si vo maligna:vocat̄ ecclesia malignan/
tiū. Ps̄.xxv. Odiui ecclesiā malignantiū.vt sufficiēter et
superius est probatū. Stolidū ergo/nedū falsum est dice/
re fuisse imperiū ante ecclesiā: quū ecclesia semper fuerit
post creationē ade.⁊ semp erit quū cōplebit̄ illud Joā.x.
Et fiet vnū ouile ⁊ vnus pastor.ex̄ de bap.licet. qd̄ in hac
vita cōplebit̄: quū in fine mūdi ⁊ oēs natiōes ⁊ reliquie
israel vnū deū adorabūt: ⁊ filiū ei⁹ dn̄m iesum christum.
Cōplebit̄ etiā qd̄ dicit dn̄s p apl'm ad Roma.xj. Quū in/
trauerit plenitudo gētiū:tūc reliquie isrl' salue fiēt. Esa.
x.adde ad istū ar.qd̄ scripsi.j.xlj.arti.x.q̄ secūdo opponit̄.
et infra.lxiiij. arti.

❡ Articulus Trigesimusseptimus A

Trigesimusseptimus

Arti.q̄ aūt eccl'ia nō sit ab imperio/s3 impe/
riū ab eccl'ia:q̄ est ali⁹ articulus a p̄cedētib⁹
apparet p rationē p̄prime positā:q: de cōgre
gatione fideliū q̄ est eccl'ia.vt.s̄.probatū est:p̄cedit impe
riū si iustū est/vel de eccl'ia malignātiū si iniustū est: sicut
species de genere:vt ecclesia sit genus/imperium vel re/
gnum species/predicata de genere:vt ecclesia contineat
imperium sicut genus speciem.sicut hoc nomen aīal con
tinet multa que differunt numero:vt petrum ⁊ ioannē.⁊
specie vt hominē ⁊ capram vel bouē.sicut hoc genus fur/
tū/que est cōtrectatio rei aliene.de peni.disti.j. vulgaris.
continet ⁊ rapinā que est eius species.xiiij.q.v.penale.et
nomē pecus continet omē animal quod ruminat.iuxta il

lud: Ruminat oē pecus. ad hoc. xv. q. j. mulier. ¶ B Q2
aūt regalis potestas sit p sacerdotalem ordinata: ⁊ quod
prior sit sacerdotalis: probat Hugo de sacra. lib. ij. pte. ij. c.
iiij. dicēs: Potestas spiritualis quantū ad diuinā institu-
tionē spectat: ⁊ prior est tempore/ ⁊ maior dignitate: vt in
illo priori populo manifeste declarat. vbi primo a deo in-
stitutū est sacerdotium: postea vero a deo iubente p sacer-
dotiū regalis potestas est ordinata. ⁊ hec authoritas p-
bat istū ⁊ ar. pcedērē quē late pbaui. Itē glo. Dan. v. apud
Insignia regalia. iudeos reges vnctio facit. ex de sacra vnc. c. j. apud gen-
tiles. iiij insignia. scz purpura/ fibula/ anulus/ diadema.
Q2 autē imperiū sit ab ecclesia datū est: quia sicut. s. xiij.
ar. longe disserui: ecclesia vtrumq habet gladiū ⁊ exerci
Imperium ab ecclesia et nō econuerso. tium: ⁊ executionē gladij temporalis ab ecclesia impera-
tor recipit. vt de Bern. ad Euge. lib. iiij. quarta columna
ibi: Quid tu denuo vsurpare gladium tentes: quē semel
iussus es reponere in vaginā? Quē eē qui tuū negat: nō
satis videt mihi attendere verbū dñi dicentis sic Math.
xxvj. Conuerte gladiū tuū in vaginā. tuus ergo: ⁊ ipse fo-
sitan tuo nutu: etsi nō tua manu euaginādus. alioquin si
nullo modo ad te ptineret etis: dicētibus aplis Luc. xxij.
Ecce gladij duo hic. nō respōdisset dñs/ satis est: sed me⁹
est: vterq ergo ecclesie: ⁊ spūalis scilz ⁊ gladi⁹ materialis.
sed is quidē pro ecclesia: ille vero ab ecclesia exercēdus. ille
sacerdotis: is militis manu/ sed sane ad nutū sacerdotis
⁊ iussum imperatoris. hucusq Bern. ¶ E Sed ⁊ sacer
dotes veteris legis etiā materiali gladio vtebant: qd nō
De. legis sacerdotes gladio materiali vsi sunt. fecissent/ nisi ad eos tēporalis et materialis gladius pti-
neret. Moyses enim sacerdos fuit. vñ Ps. xcviij. Moyses
⁊ aaron in sacerdotibus ⁊ c. xxij. dist. c. ij. ⁊ no. lxvj. dis. po-
ro. ⁊ tñ egyptiū interfecit. Exod. ij. ⁊ mādauit leuitis in-
terficere fratres suos idololatras. Exo. xxxij. ⁊. xlv. distin.
disciplina. ⁊. xxiij. q. iiij. qd crudele. ⁊. q. v. §. hinc apparet.
⁊. q. iij. nō inferēda. Itē phinees fili⁹ eleazari sacerdotis/
⁊ ipse sacerdos/ arrepto pugione intrans/ scortū pforā-
uit ⁊ iudeū coeūtē cū madianita chozui nomine/ filia no-
bilissimi principis madianitarū. Vir aūt iudeus nomine
Zamri duxerat: pter quod meruit pactū sacerdotij sem
piterni. vt hec legunt Nume. xxv. ⁊. xxiij. q. viij. legi siro-
mastē. ⁊. c. occidit. Itē samuel minister dei Agag regē pin
guissimū in frusta cōcidit. j. Reg. xv. ⁊. xxiij. q. v. §. hinc ap-
paret. Nonne ⁊ helias pphetarū eximius occidit pphe-
tas baal. iij. Reg. xviij. ⁊. xix. c. in prin. ⁊ duos qnquagena
rios ochozie. iiij. Reg. j. ⁊ de isto vtroq. xxiij. q. iiij. q christus.
⁊ in. c. ea vindicta. Nonne ⁊ matathias filius Ioan-
nis sacerdos dñi zelator legis/ occidit iudeū super aram
sacrificantē. j. Mach. c. ij. In signū huius gladij tēpora-
lis potestatis christus ea vtens acceptis funiculis/ eiecit
ementes ⁊ vendentes de templo. Ioan. ij. c. j. q. iij. ex mul
tis. ⁊. c. vendentes. ⁊. xxiij. q. iiij. qui peccāt. Petrus etiam
suus vicarius auriculam malche amputauit. Ioan. xviij.
⁊. xxiiij. q. j. si petrus. ⁊ geminū fecit homicidiū: ananie et
⁊ saphyre. Actuum. v. ⁊. xxiij. q. viij. legi. ⁊. c. occidit. ⁊. c. pe
trus. Nec discipuli sm Ambro. peccauerūt petentes ignē
descēdere sup samaritanos. Luc. ix. xxiij. q. iiij. q christus.
nec paulus obcecans elimam magū. Actu. xiij. vt pre. c.
legi. ⁊. xxiij. q. iiij. §. pōt tñ in hac. ⁊. xlv. di. §. salomon. Nec
apli peccauerūt qui mandabant templis vt corruerent
sup idololatras ⁊ corruebāt. ⁊ multi ex eis peribāt. vt in
eorū gestis legitur. Nec hodie peccat plat⁹ q etiā in male-
ficio speciali: vbi habet iurisdictionē tēporalē: mādat fie-
ri iustitiā. vt ex lib. vj. ne cleri. vel mo. eps. Nec hoc dico q
clericis sit licitū hodie causas sanguinis agitare: imo p-
hibitū: vt pre. c. eps. ex ne cle. vel mo. sententiā. ⁊. c. clericis.
Ecclesia hz gladium tpalē: sed nō eius exercitium. qsi p totū. ⁊ ex de rap. c. in archiepiscopatu. ⁊. l. dis. clericū
q paganū. ⁊. c. miror. ⁊ in multis ibi. c. ⁊ expssum. ij. q. vij.
§. itē quū balaā. vero. his ita. ij. ¶ D Sed vt probē quō ec-
clesia gladiū habeat temporalē: sed per se nō eius exercī-
tium: vt superius satis dixi. nō enim cū authoritate occi-
dere vel iuste peccatū est: imo meritū. xxiij. q. v. §. hic appa

ret. c. de occidēdis. c. miles. c. quū minister. ⁊. c. lex eterna.
cū alijs. ⁊ nisi ecclesia hoc prohibuisset clericis: sine culpa
interficerent si potestatē haberent/ vel iuste hoc facerēt:
sicut sacerdotes legis veteris. vt pre. §. item quū balaā.
quia qui peccat nō peccat legis authoritate. xxiij. q. iiij. q
peccat. hoc aūt ecclesia ex maiori puritate ⁊ innocētia or-
dinauit. vnde dñs ad dauid. j. Paralipo. xxij. ait Multū
sanguinem effudisti: ⁊ plurima bella bellasti: nō poteris
edificare domū noi meo tanto effuso sanguine corā me. Non est pctm iuste occidere.
de hoc. j. q. vij. si qs oēm. de cōse. di. j. c. j. vbi de hoc. Si enim
peccatū esset iuste occidere: nunquā angelus dñi de man
dato eius occidisset p vno peccato vane glorie regis da-
uid. lxx. milia virorū de populo israel. ij. Reg. vlti. ⁊. j. q. iiij.
§. itē peccato ciuiū. vero. itē dauid. nec pter superbiā senna
cherib regis assyriorū. lxxxv. milia de pplo suo. Esa. xxxvij.
⁊ in multis alijs locis pcussit dñs p angelos iudeos ⁊ gē
tiles. Irregularitas quoq nō a iure diuino est: sed a ca-
nonico introducta. ex lib. vj. de sentē. excō. is qui in eccl'ia. Irregularitas vñ pcedat.
Et q imperiū sit ab ecclesia hinc apparet/ q nō est legiti
mus imperator: nisi vnctionē/ confirmationē/ coronatio-
nē/ ⁊ gladiū recipiat ab ecclesia. vt ex de elec. venerabilē.
⁊ in clementi. de iureiu. romani principes. ⁊ de re iudi. ad
aplice. lib. vj. ⁊ in clemen. e. c. pastoralis cura. ⁊ de hoc sa-
tis in alio ar. dictū est superius. xiij. sicut nec reges veri in
pplo isrl fuerūt: qui vnctionē a sacerdotib⁹ nō receperūt:
sicut. s. pxime dictū est. Itē quia vt plene probatū est. s.
in. xiij. ar. vt. s. tactū est in isto ar. papa vtrumq habet gla
diū: ⁊ supra imperatorem est/ quia maior eo est. ⁊ ad hoc
etiā facit. xcvj. disti. qs dubitet. Quis dubitet sacerdotes
christi regū ⁊ principū oimq fideliū patres ⁊ magistros
censeri? Nonne miserabilis insanie esse cognoscit: si filius
patrē: discipulus magistrū sibi conet subiugare: ⁊ iniquis
obligationib⁹ illū potestati sue subijcere: a quo credit nō
solū in terra: sed etiā in celis sese ligari posse ⁊ solui? Si h
de oibus sacerdotibus dicit: quid de illo dei vicario dicē-
dū est: qui est princeps omniū sacerdotū? xcvj. di. cōstanti
nus. ex qui fi. sint legi. p venerabilem. §. sunt aūt. ⁊ caput.
xxij. di. c. j. ⁊. ij. ⁊ pastor pastorū. quia successor christi. prin-
ceps pastorū. j. Pet. v. xcv. dist. esto. qui dixit Ioan. vlti. ex
de maio. ⁊ obedi. solite. pasce agnos meos siue oues. glo.
meos dicit. id est vt meos: nō vt tuos. gloriam meā in eis
quere: nō tuā. mea lucra quere: nō tua. In qbus verbis ostē
dit eū nō principale caput: sed sui capitis vicariū genera
lē oim hominū: nullo excepto/ imperatore vel alio. ad qd
facit pre. c. solite. §. nos aūt. ibi: Nō distinguens inter has
oues ⁊ alias: vt alienū a suo demōstraret ouili: qui petrū
⁊ successores ipsius magistros nō recognosceret ⁊ pasto
res. Itē alia glo. dicit/ q pascere oues/ est credētes ne de- Pascere oues christi qd sit.
ficiāt cōfortare: terrena subsidia si necesse est subditis p-
uidere/ exempla virtutū pbere/ aduersarijs obsistere/ pec
cātes corrigere. fac. xcv. di. esto. Nā etsi alijs aplis christ⁹
claues dederit quū eis dixit: Ioan. xx. Accipite spm sctm:
quorū remiseritis peccata remittunt eis: ⁊ quorū retinue
ritis retenta sunt. de peni. di. j. quē penitet. singulariter tñ
petro dixit Math. xvj. Tibi dabo claues. xxj. di. in nouo.
hoc ideo: vt omes per orbē credētes intelligant vnū esse
caput vniuersalis ecclesie extra quā nemo saluat: vel re-
gnū celorū adipiscit. xxiiij. q. j. quicūq. aut vn⁹ intelligat
christi vicarius principalis in ecclesia sctā nō duo: ne vni-
tatis vinculū dissoluat. xix. di. ita optime. xciij. di. legim⁹.
ibi: Q2 aūt postea vnus electus est q ceteris pponeret: in
schismatis remediū factū est: ne vnusquisq ad se trahēs
ecclesiā christi rūperet. ¶ E Et si dicat q antea fuit im
perator q christus nasceret. falsuz est: q2 nō debet dici ve- Non est imperator nisi catholicus.
rus imperator q catholicus nō est: vt. s. dixi in ar. xxxvj. ⁊ q
a toto mūdo elect⁹ nō est: q2 toti⁹ mūdi imperator vn⁹ est.
vij. q. j. i apib⁹. nullus enim legit imperator a mūdo elect⁹: vel
alicui a deo q est mūdi dñs. viij. disti. q iure. imperiū supra
orbem datum fuit. ergo vsurpatū: vt superius est probatū
in illo articulo. xxvj. vnde Aug. iiij. de ciui. dei. iiij. c. dicit.

ꝙ remota iustitia q̃d sunt regna nisi magna latrocinia:⁊
infra. Eleganter em̄ ⁊ veraciter Alexādro illi magno/q̇s
dam cōprehensus pirata ab eo interrogatus/quid ei vi-
deret̃ vt mare haberet infestū: r̄n̄dit libera ꝯtumacia: q̄ꝺ
tibi inquit/vt totū orbē terrarū: sed quia ego exiguo na-
uigio facio/latro vocor: q: tu magna classe: imperator.

Dionidis piratę liberū r̄n̄sū ad Alexandrū magnum.

Quare etiā voluit deus vel ꝑ meliori ꝑmisit: vt essent ta
lia regna vel imperia vsurpata: Aug. de ciui. dei. v. li. c. xij.
circa finē. dicit sic. Quum diu fuissent regna orientis illu-
stria: voluit ⁊ deus occidētale fieri: q̄ꝺ tēpore esset poste-
rius: sed imperij magnitudine ⁊ latitudine illustri⁹. Idq̧
talib⁹ potissimū concessit hoībus/ad domanda multarū
gētium grauia mala: qui causa laudis/honoris/⁊ glorie
consulerent patrie: in qua ipsam gloriā requirebant: salu
temq̧ eius saluti sue ꝑponere nō dubitarent: ꝓ isto vno
vitio: id est amore laudis/pecunie cupiditatem: ⁊ multa
alia vitia cōprimētes. Itē Aug. iiij. de ciui. dei. c. iij. Malo
rū regnū magis regnātibus nocet: qui suos aīos vastāt
scelerū maiore licētia. his aūt qui seruiēdo eis subdunt̃:
nō nocet nisi iniq̄tas ꝓpria. nā iustis quicq̄d malorū ab
iniquis dn̄is irrogat̃: non est pena criminis/sed virtutis
examē. vij. q. i. aduersitas. v. q. v. nō om̄is. ꝓinde bon⁹ etiā
si seruiat liber est: malus etiā si regnat seruus est: nec vni⁹
hois: sed q̄ꝺ est grauius tot dominorū/quot vitiorū. de q̇-
bus vitijs quū ageret scriptura diuina: A q̄ em̄ inq̇t/q̇s
deuictus est: huic ⁊ seruus addict⁹ est. ij. pe. ij. ⁊ facit Ioā.
viij. Itē Greg. in registro epistola. v. in dictiōe. xiiij. Bru-
nichilde regine Francorū nō immerito ꝯtigit: vt cūctarū
gentiū regna ꝓcelleret regna francie. q̇ppe q̄ earundem
gentiū creatorē ⁊ veraciter cōfitetur: sed vt laudabilius
in eo fides cū operibus enitescat: adhortationes nostre
eū succendāt: quatenus sicut sublimē illū inter hoīes po-
tentia regalis ostēdit: Ita ante deū magnū faciat pietas
actionis. Idem in ep̄la. vj. Childeberto regi Francorum.
Quāto ceteros hoīes regia dignitas antecedit: tanto vl
tra ceterarū gentiū regna v̄r̄a ꝑfecto culmē extollit. esse
aūt regē: q: sunt ⁊ alij nō mirū est: sed esse catholicum q̄ꝺ
alij nō merent̃: hoc satis est. Sicut em̄ magne lampadis
splēdor in terra noctis obscuritate luminis sui claritate
fulgescit: Ita fidei vestre claritas inter aliarū gentiū ob-
scurā perfidiā rutilat ac coruscat. Quicquid aūt ceteri re-
ges se gloriant̃ habere: vos habetis. Sꝫ ipsi in hac re ve-
hementius superant̃: q̄m hoc principale bonū nō habent
q̄ꝺ habetis. vt ergo sicut fide: ita ⁊ actione regnū regat̃:
benignam se excellentia vestra suis subiectis semꝑ exhi-
beat: ⁊ si qua sunt que ei⁹ animū offendere valeant: ea in-
discussa nō puniat. Tunc em̄ vero regi regū amplius pla
cebit si potestatē suā restringēs minus sibi crediderit lice
re ꝙ pōt. Hucusq̧ Grego. faciūt ad hec. xxiij. q. iiij. sicut.
⁊ c. si nō ex fidei. Est ⁊ alia ratio q̄re deus iniusta regna ⁊
violenta sustinuit: vt per taliū reges israeliticū ppl̄m de-
linquētē: ⁊ idololatrā feriret/⁊ alios dei inimicos: vt ma
li malos punirēt. xxiij. q. v. §. hinc notādū. vnde sennache
rib qui dicit̃ assur: iudeos puniuit. de quo dicit dn̄s Esa.
x. Assur virga furoris mei: ⁊ ipse nō cognouit. ⁊ nabucho
donosor. iiij. Reg. c. penul. ⁊ vlt. ⁊ antiochus. ij. Macb. v.
⁊ principes romani. Luc. xix. ⁊ pre. §. hinc notādū. Scd̄m
Augu. em̄ malus aut ideo viuit vt cōuertat̃: aut ꝙ ꝑ eum
bonus exerceat̃. facit. xxiij. q. iiij. hec autē. in fi. Nec obstat
q̄ꝺ legit̃ factū. Ibi allegat Hiero. Quis em̄ illi exercitui
talē potestatē dedit: aut ppl̄o romano/ꝙ iurisdictionem
det imperatori in vniuerso orbe? ⁊ vide. s. e. ar. ℞. et si di-
catur. ⁊ q̄ꝺ no. in spec̄. in rubrica de scripti. ꝓsentia. §. rōne
cause. ℞. itē q: obtent̃. est ⁊c. ꝙ exercit⁹ imperatorē facit.
xciij. [illegible] legim⁹. ⁊ ꝙ imperator habet iurisdictionē a ppl̄o
insti. de iur. na. §. sed quod principi. ⁊ no. ex̄ de transla. c. i.
glo. i. quia illud olim. hodie verū nō est: sed electores/⁊ cō
firmatio pape. ex̄ de elec. venerabilem. Itē s̄m Innocē. ⁊
Ostien. qui hoc no. ex̄ de vo. ⁊ vo. re. ꝙ super his. papa vi-
carius generalis est dn̄i iesu christi. s. de transla. c. i. ⁊ ij. et

Deus iniusta ⁊ violēta ꝑmisit dn̄ia.

Sennacherib ē assur.

Mali q̄re viuāt.

ideo potestatē habet nō solū suꝑ christianos/sed etiā suꝑ
oēs infideles. Quū em̄ christus plenariā recepit potesta-
tē. Ps. lxxi. Deus iudiciū tuum regi da: ⁊ iustitiā tuā filio
regis. ⁊ Matth. vlti. Data est mihi om̄is potestas in celo
⁊ in terra. Nō videret̃ diligēs siue sapiēs paterfamilias:
nisi ⁊ vicario suo: quē in terra dimisit: plenā suꝑ oēs pote
statē dimisisset. ex̄ lib. vj. de homici. ꝓ humani. vbi de hoc
etiā Ostien. no. ¶ F Et ideo dicit̃ de papa/ꝙ habet nō
solū potestatē: sed plenitudinem potestatis. ex̄ de vsu pal.
ad honorē. ij. q. vj. qui se scit. quia petro et successorib⁹ ei⁹
claues regni celorū dedit dicens: quodcūq̧ ligaueris ⁊c.
Mat. xvj. ⁊ xxiiij. q. i. quodcūq̧. ⁊ iterū: pasce oues meas.
Ioan. vlti. ex̄ de maio. solite. Oues aūt sunt nō solū fide-
les: sed etiā infideles per creationē/licet adhuc nō sint de
ecclesie ouili. vn̄ Ioā. x. Et alias oues habeo que nō sunt
ex hoc ouili. vn̄ sequit̃ ꝙ papa suꝑ om̄es habet potestatē
⁊ iurisdictionē super terrā de iure: licet nō de facto. appro
bant̃ hec in eo q̄ꝺ legit̃ ⁊ no. s. de elec. significasti. de iudi.
nouit. ⁊ pre. c. solite. Et per hanc potestatē quā habet pa-
pa: dicendum est ꝙ si gentilis/vel paganus/vel barbara
queuis alia natio: etsi nō habeat nisi legē nature: si tamē
cōtra ipsam legem nature faciat: licite per papā potest pu
niri. xxxij. q. vij. flagitia. ⁊ ar. Gen. xix. vbi habes ꝙ sodo-
mite quia cōtra legem nature peccauerūt: puniti sunt a
dn̄o. ij. q. i. deus omnipotēs. ex̄ de accusa. qualiter et q̄n. ij.
vnde quū iudicia dei nobis sint exēpla: nō occurrit ratio
quare papa qui est vicari⁹ dei: hoc nō possit ⁊ debeat dū-
modo facultas adsit. Iō ⁊ om̄es idololatras punire pōt.
naturale em̄ est vnum ⁊ solū deū credere ⁊ nō creaturas:
vt mādauit dn̄s moysi Deut. xiij. ⁊ xxiij. q. v. si audieris. ⁊
Matth. iiij. vnum deū adorabis ⁊c. vnde Paulus ad Ro
ma. i. Inuisibilia em̄ ipsius a creatura mūdi per ea que fa
cta sunt intellecta conspiciunt̃. sempiterna quoq̧ eius di-
uinitas: ita vt sint inexcusabiles. ⁊ i. e. Qui cōmutauerūt
veritatē in mendaciū: ⁊ coluerunt ⁊ seruierunt creature
poti⁹ ꝙ creatori. Inde est ꝙ papa iudicat ⁊ punit iudeos
si contra legē faciant in moralibus: que immutabilia ꝑse
uerant. vj. di. §. his itaq̧. q̄n prelati eorū eos nō puniunt.
⁊ eodem modo punit eos si contra legē suam hereses in-
ueniant ⁊ obseruent. Hac ratione moti Grego. ix. et In-
nocen. iiij. mādauerūt comburi librū quē iudei vocāt tal-
muth: in quo multe hereses cōtinent̃: ⁊ puniri illos q̄ do-
cerent dictas hereses vel seruarent. De christianis nō est
dubium ꝙ potest eos iudicare ⁊ punire si contra legem
euangelij faciant/vel grauiter peccēt: vt patet in his que
legunt̃ ⁊ no. ꝑ Innoc. ⁊ Ostien. ex̄ de iudi. nouit. facit. xv.
q. vj. alius. item. xxxij. q. v. preceptū. ex̄ lib. vj. de sup. ne. pre.
grandi. Et quāuis papa aliq̄n omittat penitētias iustas
⁊ debitas penas oībus ꝑdictis inferre: vel quia facultatē
nō habet coercendi: vel ꝓpter pericula vel scandala que
incūbunt: vel que venire timet/vel quia multitudini par-
cit. ex̄ de cleri. excō. mi. latores. de tempo. ordi. c. ij. l. di. vt cō
stituent̃. Est t̄n̄ potestas hoc faciēdi apud eū quando pōt
⁊ vult. ¶ H Iuste etiā papa dat indulgentias illis qui
vadūt ad defendendū ⁊ occupandā terrā sanctā ⁊ aphri-
cā quā incolunt saraceni/q̄ n̄r̄a fuit: sicut apparet in con-
cilijs ibi celebratis. ⁊ quia saraceni aut nocent: aut semꝑ
nobis parati sunt nocere sicut nostre fidei inimici. ad hoc
xxiij. q. viij. dispar. ⁊. q. v. omniū. ⁊ infidelib⁹ terrā possidē-
tibus iustū bellū indicit/quia iustam habet causam: quū
illa terra sit consecrata natiuitate cōuersatione et morte
iesu christi: ⁊ in qua non colitur christus/sed machomet⁹.
Unde ⁊ ꝙuis infideles saraceni ipsam possideant: iuste
tamen exinde depelluntur vt colatur a christianis: et ad
ipsorum dominiū reuocetur. nam ⁊ predicatione aposto-
lorum: ⁊ iusto bello victa fuit et acquisita ab imperatore
romano post mortem christi. ⁊ ideo papa ratione imperij
romani quod obtinet: potest et debet ipsam ad suam iu-
risdictionem reuocare: qua iniuste ab illis qui de iure
hoc non poterat facere: noscitur spoliatus et interuallo

Oues christi.

Papa punit iudeos.

Causa crucis ꝑdicande cōtra infideles.

etiā gn̄cūq̄ potuerit.ex̄ de resti.spo.olim.j.collectis amis
cis.ff.de acqui.pos.qđ meo.§.vlti.⁊.l. dam possidere.§. q̄
ad nundinas.⁊ no.ex̄ de homici.significasti.ij.in glo.ma
gna.⁊ hec ratio sufficit in oībus alijs terris in q̄bus nūq̄
romani imperatores iurisdictionē habuerūt. Nec obstat
si dicat̄ q̄ ecclesia nō habet imperiū nisi in occidēte.xcvj.
di.Cōstantinus.j.q: illud loquit̄ quoad ꝓprietatē: secus
quoad tuitionē ⁊ defensionē.hoc eīn certū est.q: vnꝰ gla
dius alteri adsistere pōt.vt d: ex̄ de sentē.excō.dilectio.li.
vj.ꝑcellit tn̄ spūalis:vt pater ⁊ magister. vn̄ pōt supplere

Papa hꝫ iurisdictionē super infideles.

⁊ punire tēporalē negligentiā ⁊ delictū.xcvj.di. q̄s dubi
tet.c.duo sunt.c.si imperator. ❡ J Quinimmo ⁊ contra
alios infideles:etsi nō teneāt terrā in q̄ iurisdictionē ha
buerunt principes christiani:pōt tn̄ papa iuste facere pce
ptū ⁊ constitutionē q̄ nō molestent iniuste christianos q̄
eorū iurisdictioni subsunt.arti.j.de iude.c.de iudeis.⁊.c.
quū sit.⁊.c.ex speciali.⁊.c.si.liiij.di.mancipia.⁊.c.seq. imo
et si male tractēt christianos:pōt eos priuare p̄ sentētiā iu
risdictiōe ⁊ dominio qđ sup̄ eos habēt:sed nō nisi ex ma
gna causa.debet eīn eos quātū pōt tolerare: dūmodo nō

Nemo cogendꝰ ad fidē.

sit periculū christianis:nec exinde graue scandalū gene
retur.Licet eīn infideles ad fidē p̄cise non cogant̄:q: oēs
sunt libero arbitrio reliquēdi:quia sola gratia dei in hac
reuocatione valꝫ.xlv.di.de iudeis.⁊.xxiij.q.v.ad fidē.de
con.di.iiij.gratia.pōt tn̄ papa mandare infidelibus q̄ in
terrenis sue iurisdictiōis euāgelij p̄dicatores admittāt.
nam quū omnis creatura rationalis facta sit ad deū lau
dādum iuxta illud psalmiste.cxvj. Laudate dn̄m omnes
gentes.⁊ iterum p̄s.cl. Omnis spiritus laudet dominū.
Certum est q̄ si omnes pagani predicatores prohibeant
p̄dicare: peccāt.ar.ex̄ de iudeis .quā sit.⁊ ideo a papa sūt
puniendi.In omnibus autem predictis casibus ⁊ in om
nibus alijs/in quibꝰ licet pape aliquid mandare infide
libus: ⁊ cōpellere siue punire eos si nō obediāt: papa pōt
solus ⁊ non alius de iure suo contendere:bellum eis indi
cere:⁊ contra eos seculare brachiū inuocare. ❡ L Nec
est cōtra quod dicit apostolus:Nihil ad nos qui foris sūt
j.ad Corin.v.ij.q.j.multi.quia illud verum est excommu
nicando vel precise ad fidem compellendo:quuꝫ sola dei
grā vocandi sint.vt pre.c.de iudeis.xlv.di.als autē si nos
vel nostros perturbent siue inquietent:seu bona nostra
occupent:multum ad nos.de quo dic vt legitur et no. ex̄
de diuor. gaudemus.℣.⁊ in premissis casibus/ibi: Qui
ꝯstitutiōibꝰ canonicis nō arctant̄.verū est q̄ad matrimonia
vel q̄ad hoc vt excōicari possint: vt sequit̄.arceātur tn̄ si
alicui christiano iniuriosi existant.multo fortiꝰ si fidei vel
cultui diuino contumeliosi inueniātur.in talibꝰ enim per
subtractionem participationis ⁊ societatis omnium chri
stianorū satisfacere cōpelluntur. ex̄ de iude. ⁊ si iudeos.
⁊ quasi per totū.xvij.q.iiij. ꝯstituit.sed ⁊ legibꝰ humanis
imperatorū sub imperio degētes/subiacēt:cuiuscūq̄ sint
secte:⁊ ip̄am necesse habēt seruare: alias gladio:si res exe
gerit : ferient̄. C.de iude.l.ij.⁊.l.ne quis.⁊.l.iudei.et.C.de
paga.l.si. ❡ L Uidetur etiam dn̄o ostiensi qui hoc etiā
no.p.c.q̄ super his.q̄ in aduentu christi oīs honor ⁊ prin
cipatus:⁊ omne dn̄ium: ⁊ omnis iurisdictio de iure et de

In aduētu christi oīs p̄latio ē trāslata ad fideles.

iusta causa:⁊ per illū qui supremam manū habet: nec er
rare potest:omni infideli subtractus fuerit: ⁊ ad fideles
translatus:quia hec iusta causa fuit.ꝓbatur Eccl̄i.x. Re
gnū a gente in gentē trāsfert̄ ꝓpter iniustitias/iniurias
⁊ cōtumelias ⁊ diuersos dolos. facit.xxiij.q.vij.c.j.ij.⁊.iij.
⁊ q̄ hoc factū sit cōprobat̄ ex̄ de cōsti.trāslato.⁊ hoc in p̄so
nā christi filij dei viui:q̄ nō solum sacerdos fuit/sed ⁊ rex.
Luc.j.Ecce ꝯcipies ⁊c.vsq̄ ibi:et regni eius nō erit finis
vn̄ ⁊ ipse dixit Matth.xxj.Auferet̄ a vobis regnū:⁊ dabi
tur genti faciēti fructus eius. ❡ M Huius aūt regni ⁊
sacerdotij principatū ꝑpetuū cōmisit filiꝰ dei petro ⁊ suc
cessoribus eius:vt patet in eo qđ legit̄ ⁊ no.ex̄ li.vi.de ho
mici.pro humani.ex̄ qui fi. sint legi.per venerabilē.§.ra
tionibus.per totū.maxime in.℣.fi.vn̄ cōstanter asserimꝰ/

q̄ infideles de iure debēt subijci fidelibꝰ. nō ecōtra: vt pꝫ
in eo qđ legitur et no.ex̄ de iude.c.j.in fi.⁊.c.multorū.⁊.c.
et si iudeos. ❡ N Concedimꝰ tn̄ q̄ infideles q̄ dominiū
ecclesie recognoscunt:sunt ab ecclesia tolerandi:quia nec
ad fidem sunt precise cogendi: vt dictū est.tales enim pos
sunt habere possessiōes ⁊ colere christianos ⁊ iurisdictio
nē ex tolerantia ecclesie.⁊ in talibus ab ecclesia toleratis
dicimꝰ locū habere illud petri ap̄li in canonica sua.j.c.ij.
Subditi estote in om̄i timore dn̄is:nō tn̄ bonis ⁊ mode
stis/sed etiā dyscolis.⁊.j.ad Timo.vj. in prin. Quicūq̄
sunt serui:dn̄os suos om̄i honore dignos arbitrent̄.⁊ oēs
infideles qui nec potestatē ecclesie romane: nec dominiū
recognoscunt/nec ei obediunt:indignos regno principa
tu iurisdictione ⁊ omni dominio iudicamus.⁊ illos q̄ ter
ram sanctā:vel alias partes quas christiani acquisierūt:
occupāt vel occupatas detinēt:debere authoritate eccl̄ie
impugnari.sup̄ quo vide qđ no. Ostien.in summa de iu
deis ⁊ paga.§.fi.⁊ in summa de hereti.§.qualiter deuitet̄
ſm Ostien. qđ etiā no.ex̄ qui fi. sint legi.p̄ venerabilē.§.
rationibus.℣.sunt autē.ibi: Paulus etiā vt potestatis ple
nitudinē exponeret ad Corin.scribēs ait.j.ad Cor.vj.di
cēs: Nescitis q̄m āgelos iudicabimꝰ: ❡ O Et sic loqns
de papa: hāc maioritatē potestatē ⁊ authoritatē summā
⁊ excellentē in omnibus: ⁊ per oīa:pre oībus:⁊ super om
nibus totius mūdi christianis indistincte sibi datā conce
do:ſm ea que no.s̄.de concef.p̄ben.ꝓposuit. Habuit eīn
papa plenitudinē potestatis:vt hic.⁊.s.de elec.illa. de vsu
pal.ad honorē.⁊ maior ⁊ superior est om̄ibus christianis: *Probat̄ pluribꝰ rōnibus papa eē sūmꝰ etiā tpalibꝰ ⁊ spūalibꝰ*
multo potius infidelibus.qđ pōt ꝓbari multis rationibꝰ
nimis dilucidis ⁊ efficacibꝰ. Primo ratione ordinis scri
pture etiā legis humane. in aut̄.quō oportet ep̄os.in p̄n.
coll̄.j.C.de sac.⁊.l.fi.C.de ve.iur̄.cū.l.ij.§. sed diuine. prio
res eīn ⁊ maiores inferioribus preponunt̄.C.de no.C.fa
bri.l.l.vnica.post međ.facit ex̄ de maio.⁊ obe.c.j.vbi de hoc
no.⁊.c.statuimꝰ.⁊.c.quū iferior. ❡ P Est aūt multiplex *Maioritas multiplex.*
maioritas:scꝫ dignitatis.ex̄ de elec.dudū.§.gestis igitur.
ex̄ de offi.del̄.pastoralis.Tēporis.ex̄ de ma.⁊ obe.c.j.Se
nectutis.ff.de iur̄.immu.semp.ex̄ de transla.quāto.Prela
tionis siue dispēsatiōis.ex̄ de elec. trāsmissam.ex̄ de iudi.
at si clerici.Consecratiōis.ex̄ de cōse.ec.vel al.aqua.ex̄ de
maio.⁊ obe.c.p̄ tuas.⁊.c.quū inferior.Ordinatiōis.ex̄ de
maio.⁊ obe.statuimꝰ.hic adde qđ scripsi.j.in ar̄.lxviij.℣.
ad horū suppletionē.Scđo rōne subiecti.s.aie que oībus *Rō scđa*
rebꝰ hūanis p̄ponēda est.C.de sacrosctis eccl̄ijs.sancimꝰ
j.xij.q.j.p̄cipimꝰ.xxxviij.di.sedulo.⁊ quanto q̄s melioribꝰ
⁊ maioribꝰ p̄est:tanto ipse maior ⁊ honestior est.in aur̄.de
defenso.ciui.§.nos igit̄.Jmmo ⁊ ex hoc sequit̄ q̄ oīa tēpo
ralia subsint ei.nā aīa facta est ad seruitiū dei: cetera aūt
ad seruitiū anime.⁊ consueuit dici q̄ q̄ habet rusticū: ha
bet ⁊ bouē.⁊ hoc etiā probat̄ per p̄all̄.c.p̄ venerabilē.ibi.
in prin:⁊ probabilius reputat̄ vt eos ad actus legitima
re valeat seculares. vnde ꝓpterea creata est aīa ad ima
ginem dei.xxxiij.q.v.hec imago.hominē eīn creauit deus
ꝓpter se cognoscendū ⁊ diligendū: alia ℞o ab hoīe fecit
ꝓpter hoīem.i.ad eiꝰ vtilitatē.⁊ iō vltimo creatus est hō:
q: qđ vltimū est ī opatiōe:p̄mū est ī intētiōe ſm p̄hm. Ps̄.
viij.Oīa subiecisti sub pedibꝰ eiꝰ.Gen̄.j.ad fi.ibi: Cresci
te ⁊ multiplicamini:⁊ replete terrā:⁊ subijcite eā:⁊ dn̄ami
ni piscibus maris/⁊ volatilibꝰ celi/et vniuersis animāti
bus que mouent̄ sup̄ terrā.Jtē Paulus.j.ad Cor.iij.c.in
fi.Omia aūt vestra sunt:siue paulus:siue apollo:siue ce
phas:siue mūdus:siue vita:siue mors:siue p̄sentia:siue fu
tura.omia eīn vestra sunt:vos aut christi: christꝰ aūt dei.
xxiij.q.vij.q̄ aūt . in fi.Sic ergo p̄ quādā cōsequētiā:q̄ ha
bet regere animas:non est exclusus ab his que sunt subie
cta animabus.⁊ qui habet quod maius est: habꝫ ⁊ quod
minus.vt predi.c.precipimus.ex̄.de dona.inter vi. et vxo.
per vestras.§.fina.ibi:quū ergo satis ei possit modicū cre
di dotis: cui creditū est corpus vxoris.ex̄ q̄ fi. sint legi.per
venerabilē.j.rn̄so.ibi; Sic ad actus spirituales illos legi

mans vt possint in ep̄os ꝓmoueri: et quo verisimiliꝰ creditur ⁊ probabilius reputatur ⁊c. sic econuerso vt q̄ tēporalia habet habeat spūalia. nā tēporalia accidūt anime: nō econtra. ff. de redhibi. ac iustissime. arg. i. q. iii. si quis obiecerit. vnde dn̄s Matth. vi. loquēs de tēporalibꝰ. dicit ⁊ hec oīa scʒ tēporalia adijcient vobis. vbi expositor: nō ait dabunt ne putent eē terminꝰ vie/sed adijcient: q̄si adiectiuo mō/ nō substātiuo. Vn̄ Chrys. nō dixit dabunt: quia quasi nihil sunt. ⁊ ita quere futura: et accipies p̄sentia. sed quidā de adiectiuo faciūt substantiuū: ⁊ econuerso. s. de substantiuo faciūt adiectiuū. de q̄bus Aug. Ve eis q̄ derelinquūt te dn̄e: ⁊ oberrāt in vestigijs tuis: ⁊ nutꝰ tuos ꝓ te amāt. ⁊ obliuiscunt quid innuāt. Nutus tui sunt om̄e creaturarū genus. In typo isto merito pōt dici terra vacua ⁊ inanis. Gen̄. i. in prin. Sūt aūt tēporalia ad solatiū ⁊ corporis sustentationē: vt in peregrinatiōe viaticū. In seruitio dei spiritualia sunt ad decorē aīe vt digna sit visione dei. Eterna sunt ad ꝯsummationē vtriusq̄: vt beatificemur in regno dei. Bona ergo tēporalia dant in solatiū: spūalia in meritū: eterna in p̄miū.

Eximia s̄nia Augustini.

Finis tēporaliū et spūaliū.

Rō. iij.

¶ Tertio ratiōe ꝓbabili cōgrua: quia sicut christus est deus ⁊ homo: vtrancq̄ perfectissime naturā participās. Athanasius. deꝰ et homo vnꝰ est christus. Et iterū. ꝑfectus deus ꝑfecꝰ hō. xxiij. di. q̄ ep̄s. ex̄ de summa trini. c. i. ex̄ de here. quū christꝰ. de cele. missi. i quadā. Sic eius vicariꝰ generalis ⁊ singularis papa participat cū christo quodāmodo naturā diuinitatꝭ: quoad spūalia: ⁊ humanitatis quoad tēporalia. Nā quoad spūalia dicunt hoīes dij. Ps. lxxxi. Ego dixi dij estis: quoad tēporalia hoīes q̄ de terra sunt ⁊ terrena querunt q̄ dicunt corpori. vn̄ Phil. ij. Omes q̄ sua sunt querunt. i. tēporalia. sic exponit. viij. q. i. sunt in ecclesia. ⁊ vere: q̄ de terra sumus ꝑ desideria ⁊ cogitationes in terram reuertimur. Gen̄. iij.

Papa pticipat vtramq̄ naturā cū christo.

Rō. iiij.

¶ Quarto rōne fortitudinis: q̄ spūalia fortiora sunt tēporalibus. s. de transla. inter corporalia. quia temporalia transeūt. Sap. v. Quid nobis profuit supbia: aut q̄d diuitiarū iactātia cōtulit nob: trāsierūt oia illa tamq̄ vmbra. spūalia nō trāseūt. Luc. xxi. Celū et terra transibunt: v̄ba aūt mea nō trāsibūt. xxxv. q. i. fraternitatꝭ.

Ratio. v

¶ Q. Quinto: q̄ q̄libet princeps ⁊ imperator: medū pape subest/sed etiā alijs ep̄is: ⁊ suo etiā simplici sacerdoti. q̄ ipsum soluit et ligat ⁊ iudicat. ad hoc. lxiij. di. valētinianꝰ. xcvi. di. quis dubitet. cū duobus. c. seq. ex̄ de maio. ⁊ obe. solite. §. verū. ⁊ §. potuisses. ex̄ de iudicijs. nouit. §. nō igit. ex̄ de peni. et re. omnis. Quū tn̄ nullus clericus quātūcumq̄ minimꝰ existens clericus ⁊ vtens priuilegio clericali alicui laico possit subesse personaliter i aliquo casu. xi. q. i. clyta. c. placuit. xcvi. di. satis euidēter. ex̄ de iudi. at si clerici. et hoc hodie sancit noua cōstitutio Frederici secūdi: q̄ incipit hac editali.

Imperatores et reges subijciūtur ep̄is.

Rō. vi

¶ Sexto hoc fulcit infinitis authoritatibꝰ. xcvi. di. quū ad verū. c. duo sunt. ⁊ p. c. solite.

Rō. vij.

¶ Septimo diuino oraculo: ⁊ antiq̄tate/seu diuturna cōsuetudine approbata. s. ex̄ de transla. ep̄o. c. i. ⁊ c. quāto.

Rō. viij.

¶ Octauo ex vi fidei orthodoxe. sicut enī ponere duo principia hereticū est xxiiij. q. i. quedā. ꝟ. cerdoniani. sic ponere duos vicarios generales ⁊ sibi eq̄les in terris hereticū videtur: q̄d ius ptinet. Ne igitur videaris heresiarcha iure: hec sit fides tua catholica: q̄ sicut vnus est deus incōmutabilis. s. de sum. trini. c. i. p̄mo rn̄. sic est vnus vicarius suus in terris generalis: cui omnes angeli. i. hoīes debent esse subiecti: ⁊ in oībꝰ obedire: cuius nauis stabilis est ⁊ immutabilis. nā etsi q̄nq̄ fluctuet. xxiij. di. in noīe dn̄i. in p̄ma pte. ⁊. i. q. iiij. turbat nauicula. nō mergit. xxiiij. q. i. nō turbat. Sic etiā superiori cōuenit inferior hierarchia: q̄n om̄es hoīes vicario dei in terris: sicut in celis deo oēs angeli seruiunt ⁊ intendūt. q̄n ꝟo superbiūt ⁊ resistūt: turbat inferior: et offendit superior hierarchia. xi. q. iij. qui resistit. ⁊ melius lxxxix. di. ad hoc.

Rō. ix.

¶ Nono ratione vnitatis: que diuisionē nō recipit. xxiiij. q. i. loquit. ergo quū vna sit tm̄ ecclesia generaliter simul collecta. de conse. dist. i. ecclesia. vnum baptisma: vnus deꝰ: vna fides/vt ibi Eph. iiij. vij. q. i. nouatianus. nō potest habere vna spōsa generalis/nisi vnum sponsum generalē: nec alium sibi parē et equalem. ar. ad hoc. ex̄ de preben. quū nō ignores. faciunt. vij. q. i. scire. ⁊ c. sicut. aliud est dicere opinio monstrosa. ex̄ de offi. or di. q̄m. ⁊ in superioribus primis articulis de hoc satis dictū est. hac etiā ratione nullus sapiens rex ordinat regnū suū ad diuisionem/sed ad vnitatē: quia omne regnū in seipso diuisum desolabit. Matth. xij. Luc. xi. ⁊ xxv. q. ij. si ea. Sed deus est rex sapientissimꝰ a quo est omnis sapiētia. Sap. i. ⁊ cui dicitur in Ps. ciij. Omnia in sapiētia fecisti: ergo regnum suū quod est ecclesia. de quo alibi dicitur Matth. xiij. Mittet filiꝰ hominis angelos suos ⁊ colligent de regno eius omnia scandala: quod Grego. in homilia de cōmuni virginū intelligit de ecclesia militanti: vbi sunt scandala facta tota die. Sic cōgregationē fideliū nō ordinat deꝰ ad diuisionē/sʒ ad vnitatē: ordinaret autē ad diuisionē/siue schisma: si in eccl'ia duo capita ordinasset: q̄rū vnū alteri nō subesset. q̄ tūc eēt occasio q̄ aliq̄ ex subditis adhererēt vni: alio ꝯtēptorali ecōuerso: vel q̄d eēt iurgiū inter eos sicut inter pastores abraā ⁊ loth q̄ eq̄les in potestia videbant. Gen̄. xiij. Igit nō nisi vnū caput i vna vniuersali ecclesia ordinauit loco sui qui est caput ecclesie. ad Ephe. i. et Col. i. ⁊ ij. Et ipsum loquor de christo: dedit caput super omnē ecclesiā que est corpus ipsiꝰ. xxiiij. q. i. aduocauit. Et ipse ascēsurus in celum corporaliter a nobis recedēs/ne sine capite corporali et visibili remaneret: dedit loco sui Petrū: ⁊ post cū successores suos/vices Joā. vlti. Pasce oues meas. vt. s. sepe dictū est. et est expressum in illo. c. pro humani. de homici. lib. vi. Nec valet dicere q̄ romani vel alij ad quos deuenit imperiū/eligebāt imperatores. quia sicut ex sola violentia competebat eis: vt totius orbis vicē gererent: ita ⁊ imperatori electo ab eis cōpetebat toti orbi ex eadē violentia imperare. ¶ R. Deo autē qui ex malo scit eligere bonum. placuit fm̄ Augusti. xviij. de ciui. dei. c. xxij. per romanos orbem debellare terrarum: vt in vnā societatē reipublice legemq̄ perductū/longe lateq̄ pacaret: que pacatio valuit postea ad fidem christi liberius predicandā: ⁊ dei cultum amplius dilatādum. et propterea christus tēpore pacis nasci voluit. Luc. ij. Exijt edictū.

Ratio. x.

¶ Itē decimo om̄is potestas q̄ in ecclesia est a deo est: nō est potestas nisi a deo. Roma. xiij. xi. q. iij. qui resistit. ⁊ Joan. xix. Nō haberes in me potestatē vllā/nisi tibi datū esset desuper. facit. xxiij. q. i. quod culpatur. sed que a deo sunt/ordinata sunt. vt dr̄ ibidem. Rom. xiij. Ergo iste due potestates spiritualis ⁊ tēporalis: que sunt in ecclesia ordinate sunt: nō autē essent ordinate/sed potius dissipate: si vna alteri minime subderet. facit. lxxix. dist. ad hoc. igitur vna alteri subiecta est: sed nō spiritualis temporali. vt. xcvi. disti. quis dubitet. cum seq. ergo tēporalis spirituali tamq̄ digniori. xcvi. di. duo sunt.

Rō. xi.

¶ G Itē ad propositū redeundo, in argumentū superioritatis ⁊ dominij pape ad imperatorē possunt induci exēpla ethnicorū regum ⁊ imperatorū. Scribit em̄ magister Petrus manducator in historijs: Alexandrum macedonē monarcham orientis habuisse in visiōe de Joiada summo pōtifice iudeorū: vt ipsi tamq̄ superiori et digniori honorē deferret. Propter quod quū dictus Alexander in iudeā veniret cū proposito destruēdi et humiliandi iudeos: post dictā visionē in itinere habitā ipso appropinquante hierusalē: Joiadas pontifex a deo in visione instructus cum reliquis sacerdotibus in pontificalibus Alexandro extra ciuitatē occurrit. Qui alexander vt ipsum vidit pontificalibus ornatū ⁊ cidarim vbi erat scriptum nomē dei tetragrāmaton s̄m legē in fronte pōtificis: statim de equo descendit: dignissimeq̄ antistitē veneratus est: nomēq̄ adorauit diuinū. Quū autē principes eius admirarentur quod imperator fecerat. R̄ndit q̄ nō ipsum adorasset: sed deum cuius principatū teneret: ⁊ vices gereret: ⁊ in somnis pridie deum in tali habitu cōspexisset: qui ⁊ iusserat ei de asia cōfidere: ad cuius aspirauerat monarchiam. Veniēs igit cū Joiada in hierl̄m, templū maximis honorauit donis. Barbaricamq̄ contra iudeos feritatē deponens: ipsos ab omni exemit tributo ac libertate donauit. p̄pter quā causam prosperatū est eius imperiū. Simile legit de Totila rege vandalorum circa Leonē papā in anno dn̄i. cccclj. vt habet ex chronicis summorū pontificum. qui Leo papa veniēs de vrbe: occurrit eidem Totile in planicie lōgobardie quā flāmāti gladio crudeliter deuastabat. Et ex visiōe quā habuit Totila de eodē papa de eq̄ descendēs pape reuerentiā fecit. ⁊ papa sibi eū p̄pitiū ⁊ placabilē inuenit. Ad cuius p̄ces a feritate destitit: ⁊ de italia recessit. Sed de Pompeio imperatore ab eodem petro in historijs contrariū scribit. Quū em̄ intrasset hierusalē: non exhibuit templo ⁊ pontifici reuerentiam debitam: sed de porticibus templi stabulū fecit equis suis. Qui quum semper in bellis victoriosissimus fuisset: ex tunc hostibus semper succubuit. Ad hoc etiā facit qd̄ dicit papa Gelasius anastasio imperatori. xcvi. dis. duo sunt. in fi. Quippe quū videas regū colla ⁊ principū submitti genibus sacerdotum: ⁊ osculata eorū dextra ⁊c.

Pape superioritas ethnicorū regū exemplo ostēditur.

¶ H Tres etiam imperatores tradunt historie preter alios sup alios gloriosos fuisse: et in pace quieuisse in senectute bona: q: deo fuerūt deuoti ⁊ eccl̄ie subiecti. Primus constantinus a sylvestro baptizatus: q̄ quātū magnificauit ecclesiā habet. xcvi. dis. cōstantinus. etiā quātū deuotus habet. xcvi. di. in scripturis. vbi sic dicit. In scripturis nar sortiri.

Imperatores deo deuoti bonū finē

ratur imperator Cōstantinus dixisse: vere si ꝓprijs oculis vidissem sacerdotē dei aut aliquē eoꝝ q̄ in monachico habitu circumamicti sunt: peccantē/chlamydē meā spoliarē ⁊ cooperirē eū:ne ab aliquo videret̄. habet̄ etiā. xi. q. i. sacerdotibus de quo cōstantino dicit ibi papa Greg. ꝙ quū libellos ꝯtra epos accepisset accusatiōis: cōuocauit epos accusatos: ⁊ in ꝯspectu eoꝝ libellos quos acceperat incēdit/dicēs: Ite ⁊ inter vos causas disponite: q: dignū nō est: vt nos iudicem⁹ deos. In qua sententia magis sibi ex humilitate: ꝙ illis pstitit ex reuerētia impensa. Ante eū quippe in republica pagani principes fuerunt: q̄ verū deū nesciētes: deos ligneos ⁊ lapideos colebant: ⁊ tamē eoꝝ sacerdotib⁹ honorē maximū tribuebāt. Quid ergo mirū si christianus imperator veri dei sacerdotes honorat: dum pagani (vt pdiximus) principes honorē impendere eoꝝ sacerdotibus nouerāt: qui dijs ligneis ⁊ lapideis seruiebāt. Ad istā materiā facit ex de immu. eccle. nō minus. i. rn̄so. Secūdus fuit iustinianus: qui ecclesiā scte Sophie cōstantinopoli ⁊ alias ecclesias muniuit legib⁹ sacris ⁊ sumptibus amplis ⁊ firmis dogmatibus fidem catholicā corroborauit. ꝓpter quod victoriosus semp extitit. vt ex titulis qui sibi adscribunt̄ ex gentibus ⁊ prouincijs quas sibi subiecit imperio declarat̄ in principio codicis. Tertius fuit Carolus magn⁹: de quo. lxiij. di. hadrianus papa. ¶ I Et ecōtra fuerunt alij tres imperatores christiani: qui inter alios truculētiores psecutores fuerūt ecclesie: qui mala morte finierūt. Prim⁹ fuit Julian⁹ apostata: de quo. xi. q. iij. iulianus. qui transuerberatus lācea mercurij militis iā mortui sibi apparentis occubuit: vt legitur in vitis patrū. Secūdus Otho. iiij. de quo. j. dicet̄. Tertius Fridericus scd̄s qui ab Innocētio. iiij. deposit⁹. ex li. vi. de re iudi. ad apostolice. Et etiā christus cuius vices plenarie papa gerit: verus etiā fuit dn̄s tēporalis apparet ex eo qd̄ dicit magister in historijs: ⁊ Amb. ⁊ Innoc. iij. ꝙ quū in die natiuitatis christi Octauianus cesar august⁹ in meridie in secreto suo cubili a sibylla tyburtina de cultu diuino: ⁊ quis verus deus esset in hoc mūdo interrogaret. Quum dicta sibylla oraculo se dedisset: apparuit circa solē circulus aure⁹: ⁊ in medio circuli virgo pulcherrima puerū gestans in gremio. Tunc sibylla inquit: respice imperator. Quū aūt cesar stuperet ad visionē: audiuit vocē de celo dicentē: Hec est ara celi. dixitq̄ ei sibylla. Hic puer maior est te: ideo ipsum adora. qd̄ ⁊ fecit. Tūc pcepit ne quis vt deū ipsum adoraret vel dn̄m vocaret. ¶ K Scribit̄ etiā p Innoc. iiij. ꝙ quū imperator Fridericus a summo pōtifice recepit coronā: simul ⁊ recepit ensem in vagina: sed imperator tūc ipsum. vide qd̄ scripsi. j. lviij. ar. §. sed de pfecta. Et illud. etiā euaginat et vibrat: ad insinuandū suū ministeriū a papa procedere: ⁊ executionis officiū post coronā. Quē ensem accepit petrus a christo quū dixit: Cōuerte gladiū tuū in locū suum. Matth. xxvi. vbi Innoc. no. ꝙ nō dixit abijce: sed cōuerte. ad designādū ꝙ ecclesia eo qn̄ voluerit possit vti. vnde dicit tuū. que etiā est sententia Augustini cōtra faustū: vbi dicta verba ptractat. sicut etiā exponunt̄ p Archidiacono. magistruꝫ meū dicta verba. xxiij. q. viij. §. j. ibi: Conuerte gladiū tuū in vaginā ⁊ c. vbi dicit. est ergo iussus seruare nō abijcere: ⁊ ita videt̄ ꝙ ecclesia adhuc habeat gladiū materiale. Iꝫ ar. cōtra. xxiij. q. ij. inter hec. ibi: gladiū nō habet nisi spiritualē: quo nō occidit/sed viuificat. sed glo. ibi dicit sup illud: gladiū nō habꝫ quoad executionē. hoc ideo dico: q: imperator habet illud a papa Joan. Itē corporalia ex spiritualibus dependēt: sicut corpus ex aia/quia nec motū habet nisi ex anima. vnde corpus est organū aie ad operādum: vt philosophi tradunt. sicut ergo anima vtitur corpore vt instrumēto: sic summus pōtifex se habet ad imperatorē vt spirituale ad temporale: ⁊ vtitur officio imperatoris vt instrumēto. ad hec faciunt. xcvij. dist. ecclesie mee. ⁊ c. victor. xxiij. q. v. pncipes. Itē sicut angeli maioris virtutis sunt ꝙ orbis: ⁊ nobilioris nature. ⁊ mouens excellētius moto: ⁊ agens melius patiēte. ⁊ actus nobilior potētia: vt ꝓbat ph̄s. ix. metaph. ⁊ Aug. sup Gen. ad literā: sic papa se ad imperatorē habet ipsum mouēdo in ipsum agēdo. Et sicut deus cuius potētia efficaciter oia gubernantur: quia portat omnia verbo virtutis sue. ad Heb. j. quod quidē facit mediātibus angelis: qui sunt sp̄uales substātie. vt tradit Aug. in. iiij. de ciui. dei. sic ⁊ papa p imperatorē. et hoc satis apte: quū ex parte prime cause summi dei: cuius vices gerit in terris. ex vt eccle. bene. c. j. Tū ex parte bonorū spirituū quib⁹ mediantib⁹ mundū regit: cuius typum representant officiales ecclesie spirituales ⁊ tēporales: vt sic ecclesiastica hierarchia congrue ⁊ pfecte imitet̄ celestē. ar. ad hoc. lxxxix. di. ad hoc. ꝓpter quod argumentum conducit̄ ꝙ iurisdictio imperatoris ex virtute ⁊ authoritate depēdet summi pontificis. Patet etiā hoc ex quatuor maximis cōcilijs generalibus: de quibus. xv. di. sicut. quibus imperatores se submiserūt. vt patet. xv. dist. canones. ⁊ c. sancta. ⁊ xvi. dist. synodus. facit qd̄ no. ex de vsu. quia in omnib⁹. glo. j. Itē facit ad hoc. quia leges canonibus subijciunt̄: ⁊ p canones corrigunt̄. nō ecōtra: q: nec dedignant̄ sacros canones imitari. ad hec. x. di. c. j. certū. ij. q. iij. §. hinc. etiā. ex de no. op. nun. c. j. ex de secun. nup. c. fi. in aut. vt cleri. apud. ppri. epis. ad fi. coll. vj. i aut. de ecclesia. titu. in prin. coll. ix. ⁊ p ista subiectiōe imperij ad ecclesiā facit op. x. di. suscipitis. ¶ L Si aūt cōcedat̄ ꝙ electus in imperatorē cōcorditer ⁊ canonice/ex sola electione ante confirmationē pape administret in regno alemānie ⁊ in imperio fm̄ Innoc. ⁊ Ostien. qui hoc no. in. c. venerabilē. ex de elec. dicēdū est ꝙ istud ius sibi acquirat̄ ex longa cōsuetudine que ius dat. ex de fo. cōpe. quū contingat. cū fi. vel forte ex ipsa ordinatione principū alemānie: cui se tamē ꝙ iure ꝓprio possunt subijcere saluo iure cuiuscūq̄ superioris. vnde post electionē canonicā et cōcordē/ nomen regis sortit̄: sed nō imperatoris ante coronationē pape. vt pre. c. venerabilem. ¶ Expeditis. xl. ar. primis de quibus mētionē feci in prohemio in fine istius operis: sequunt̄ alij articuli ad supradictam materiā/⁊ alias ecclesiasticas pertinentes. ¶ Articulus. xlj. A

Sciendum etiā circa hec est/ꝙ a tēpore Cōstantini eligebantur imperatores antiq̄ more: siue a pplo/siue a senatu/siue ab exercitu: ⁊ aliqū de genere: ⁊ aliqū nō. ⁊ iste modus retentus est in cōstantinopoli: que erat sedes ⁊ caput imperij sicut antiquit⁹ roma. xcvj. dis. cōstantinus. qui quidē modus seruatus est vsq̄ ad tēpora michaelis imperatoris ⁊ Caroli magni: ⁊ fuit fere spatiū quingentorū annorū: vt apparet in chronicis. Cōstantinus em̄ qn̄ cessit imperio occidētali: vt dr̄. pre. c. constantin⁹. ⁊ Richardus narrat in chronicis: elegit sibi in thracia q̄ nūc grecia dr̄: vrbē vocatā Byzantiū. xcvj. di. de cōstātinopolitana. quā rome seniori priuilegijs coequerit. xxij. di. renouātes. ibiq̄ sedē suā cōstituit. vn̄ dicit⁹ imperator: de impio occidētali qd̄ syluestro pape donauerat: se nō ampli⁹ intromisit: nec sui successores debēt facere/nisi ad ecclesie inuocationē ⁊ defensionē. ⁊ si alio mō fit: vsurpatiue fit: sicut fecit ꝯstātin⁹ arrian⁹/⁊ iulian⁹ apostata: ⁊ quidā alij de facto. nec papa posset licite alienare bō dn̄ij in occidēte: ⁊ donationē sibi factā a ꝯstātino. xij. q. ij. nō liceat pape. In ꝯitate em̄ nihil impator hꝫ facere rome: nec in toto impio occidētis: hoc solo ei reseruato/ꝙ in currib⁹ veniebat romā/vocat⁹ ab eccl̄ia in succursum. Vn̄ iustinianus impator: aduenietib⁹ gotthis romā ⁊ eā infestātib⁹ misit belisariū nobilē pncipē ⁊ patriciū ad subueniēdū summo pōtifici ⁊ rome. Ad cui⁹ aduētū expulsi sunt gotthi de tota italia: vt hr̄ ex historia lōgobardoꝝ. ¶ B Per eundē modū lōgobardis ecclesiā grauātib⁹: quū iperiū cōstātinopolitanū iā pene deficeret: vocat⁹ carol⁹ rex frācoꝝ ab eccl̄ia tpe hadriani ⁊ leonis successor. ei⁹: cui p romanos ⁊ lōgobardos pfidos eruti fuerāt ocli ⁊ ligua abscissa: &

Impatores christiani anima li ⁊ ecclesie psecutores.

Christ⁹ ver⁹ dn̄s tpalis declaratur

Mod⁹ eligendi imperatores.

Impera tor tenet̄ subuenire eccl̄ie.

diuina virtute postea restituta: venit in italiā cū exercitu
magno: ꝛ capto rege desiderio/ac lōgobardis prostratis
de seruitute ipsorū ecclesiā liberauit: ꝛ fuit ab ecclesia pri/
uilegiatus. vt habet̄. lxiij. di. hadrianus. cū. c. seq. Richar/
dus tū claremontensis dicit in chronicis hadrianū solū
ex causa dicta dedisse patriciatū Carolo. Sed Leo terti⁹
q̄ hadriano successit. lxiij. dist. in synodo. post miraculū fa
ctum de ipso de oculis ꝛ de lingua: iuit ad Carolū regem
francorū: q̄ honorifice susceptus ab eo: duxit ipsum romā
q̄ vindicauit iniuriā Leonis: quā sibi romani fecerant de
oculis ꝛ de lingua: ꝛ restituit eū in sede sua. Leo ꝯo in die
natalis dn̄i coronauit eū in imperatorē in basilica beati
petri apl̄i: circumdans ei imperatoriā vestē. ꝛ tūc sibi ac/
clamatū est ab vniuerso populo romano: Carolo Augu/
sto magno a deo coronato pacifice romano imparori vita
ꝛ victoria. Facta ergo fuit Carolo donatio: q̄ habet̄ pre.
ca. hadrian⁹. sꝫ adhuc vices imperij nō gerebat: quousq̄
a leone coronā suscepit. Sed iā trāslatio imperij a grecis
in germanos facta fuerat antea iam septē annis per ste/
phanū papā. ij. in ꝑsonā eiusdē Caroli. vt no. ex̄ de elec. ve
nerabilē. ꝛ in glo. legit̄. ¶ C In dicta aūt trāslatiōe di/
uersificatus est modus assumēdi imperatorē: q: primo ꝑ
electionē: ex tūc ꝑ successionē. ꝛ hoc durauit vsq̄ ad octa/
uam generationē Caroli vt chronici ponunt. Eadē defi/
ciente generatione Caroli quantū ad potentiā in regno
frācie ꝛ imperio: primo q̄dē Hugo dux aurelianeū. sibi re
gnū francie vsurpauit occisis illis ꝛ extirpatis q̄ erāt de
genere regio. vnde de dicto Hugone descenderūt om̄es
reges francie: ꝛ nō de Carolo vsq̄ ad tempora ista: nisi ꝙ
fert̄ ꝙ dictus Hugo vxorē habuit de genere illo. Impe/
rio etiā deficiēte ꝛ scisso in multas partes/intm̄ ꝙ Ludo/
uicus impator vltim⁹ de genere Caroli a lōgobardis or
batus est oculis: vt historie tradunt. Quidā berengarius
inuasit italiā. ibiq̄ ipso tyrannizante cōtra italicos/ ꝛ cō/
tra ecclesiā: quū ipsa fluctuaret in capite: quia summ⁹ pō/
tifex cui nomē erat Joānes: vir lasciuus ꝛ lubricus erat:
aduocauit cetus cardinaliū Othonē primum regē saxo
nū: qui dictū berengariū eiecit de regno. ꝛ cū assensu ec/
clesie totā sibi italiā subiugauit. Veniens ꝯo romā/pri/
mo quidē cū cardinalibus ꝑsuasit pape correctionē: quia
erat filius cuiusdā nobilis romani: qui vocabat̄ alberic⁹.
Sed dictus papa in sua malitia ꝑsistēs: coactus est renū/
tiare papatui ꝛ factus est leo. ix. Dicto aūt Othone se ab/
sentante ab vrbe romana: romani in contemptū ecclesie
fecerunt aliū papā quē benedictum vocauerūt: papā ꝯo
leonē eiecerunt a sede. q̄d audiens Otho romam rediēs
cū exercitu magno ipsam obsedit: quousq̄ benedict⁹ pa/
pa ei a romanis traditus est: quē ipse misit in saxoniā in
exiliū: ibiq̄ vitā finiuit. Ex hoc aūt beneficio collato eccle
sie ꝑ othonē primū/p̄dictus princeps a leone p̄dicto sum
mo pontifice cū toto clero ꝛ populo in imperatorē consti
tutus est: vt habet̄. lxiij. di. in synodo. licet ibi nō fiat men/
tio de imperio: sꝫ de regno italie ꝛ theutonie. Talis autē
institutio ꝓcessit per successionē vsq̄ in tertiā generatio/
nē. hoc est in tertiū othonē: qui fuit nepos primi. i. filius fi
lij. nō enī inuenitur de istis ꝙ fuerint electi: sed sola ꝓui/
sione per summū pontificē. vnde dictus otho secūdus vo
catus est a ioanne papa. xj. qui fuit post ioannē depositū.
de quo. s̄. facta est mentio. Causa aūt sue vocationis fuit
persecutio magna quā romani fecerunt ecclesie. ꝛ dictū
Joan. xj. in castrū sancti angeli detruserunt: et postea in
exiliū ipsum miserunt. tunc dictus Otho ꝑ procuratorem
iurauit fidelitatē pape: cuius forma habet̄. lxiij. disti. tibi
dn̄o. Tandē veniēs personaliter romā coronatus est a be/
nedicto septimo cū magno gaudio ꝛ pace inter papā et
imperatorē. ¶ D Post hunc fuit otho tertius fili⁹ otho
nis medij: cuius tēpore vexabatur ecclesia a quodā crescē
tio scilꝫ patricio. Qui crescentius intm̄ ꝑsecutus est papā
Joannē. xij. ꝙ coactus est vrbē derelinquere: et tusciā in/
trare. Sed vocatus otho tertius/totā illā progeniē extir
pauit. Tandē mortuo dicto Joan. ad instantiā dicti otho
nis/electus est in papā quidā cōsanguineus eius: qui vo
cabat̄ Brunus: postea vocatus est Greg. v. a quo dictus
otho est coronat⁹: hic otho redijt in germaniā. ¶ E Sꝫ
crescētius consul romanus fugato Greg. papa/fecit pa/
pam quemdā grecū ep̄m Placeñ. noie Joan. Quod au/
diens imperator romā rediens cū exercitu magno ꝛ furo
re immenso: tamdiu crescentiū in castro sancti angeli ob/
sedit: quousq̄ ipsuꝫ ꝛ papā eius cepit: ꝛ vtrūq̄ membris
debilitauit. Deinde imperator ordinatis imperij sui reb⁹:
ꝛ Greg. restituto in sede sua: ducēs secū multos nobiles
romanos/in saxoniā reuersus est. His ergo pactis vlte/
rius per ordinationē ecclesie viuente dicto Grego. voca
tis ꝛ requisitis dictis pricipibus alemānie/instituti sunt
per papā de consensu principū electores: videlꝫ officiales
curie imperialis: q̄ quidē sunt septē: quatuor laici: ꝛ tres
clerici. Prim⁹ rex bohemie: qui imperatori ꝓpinat de cu/
pa. Secundus dux Saxonie: qui coram imperatore por/
tat ensem. Tertius comes palatinus: qui ei de scutella mi
nistrat. Quartus marchio brandeburgēsis: qui est came
rarius eius. Inter clericos. Primus archiep̄s Maganti
nus: qui est cancellari⁹ in germania. Secūdus archiep̄s
Coloniensis: q̄ est cācellarius in italia. Tertius archiep̄s
Treuerensis: qui est cancellarius in gallia. De istis electo
ribus no. per Joā. and. ex̄ de re iudi. ad apl̄ice. li. vj. in glo.
s̄. ibi etiā no. ꝙ papa nō posset priuare electores iure eli/
gendi. hoc idem no. ibi Ber. cōtra crederem quū ab eccle
sia hanc habeant potestatē. ex̄ de elec. venerabilē. §. j. ꝛ in
demē. de iureiur̄. romani. sed ꝓpter periculū ꝛ scandalū
nō est faciendū. l. dist. vt constitueretur. ex̄ de renun. nisi. §.
pro graui. ꝛ de tēp. or. sane. c. ad aures. Item scripsi in. xv
arti. post prin. ꝟ. item credo. ¶ F Causa autē quare oēs
electores assumpti sunt de germania. vna est principalis:
quia de germania fuerūt qui liberauerunt ecclesiā de ser
uitute longobardorū ꝛ impiorum romanorū: vt patet de
Pipino qui venit in italiā cōtra regem arnulphum: q̄ ni/
mis grauabat ecclesiā. de quo. xxiij. q. viij. vt pridem. Itē
de Carolo filio eius: qui venit ad requisitionē ecclesie cō/
tra Desideriū regem in longobardiā: vt. s̄. dictū est. ꝛ. j̄. di
cetur. ꝛ hi duo principes fuerūt de germania inferiori ci/
tra rhenū: que antiquitus gallia braccata vocabat̄. vnde
ꝛ decre. venerabilē. ex̄ de elec. dicit ꝙ imperiū est trāslatū
in germanos in persona Caroli: quia scꝫ in germania na
tus ꝛ ibi sepultus est. Idē de othone qui liberauit eccle/
siam de manu alberici romani. vt. j̄. patebit. Et hic otho
fuit de germania superiori. Secūda ratio fuit deuotio il/
lius populi ad sanctū petrū ꝛ paulū: que apparet in eoꝝ
peregrinatione rome. Tertia causa fuit volūtas summi
pontificis: qui tunc erat/scꝫ Greg. v. q̄ de theutonia fuit
natus: ꝛ consanguineus othonis vt. s̄. ꝛ. j̄. tangit̄. Quar/
ta causa: quia germani ꝓbiores sunt alijs ꝛ audaciores.
vnde a nobili germine germani dicti sunt. Ista ergo ele/
ctio vsq̄ modo perseuerat: que incepit anno dn̄i. M. xxx.
ꝛ ꝑseuerabit quātū ecclesia romana ꝑmiserit: cui⁹ est re/
gna transferre: ꝛ principes de sua sede deponere. vt Hie/
re. testat̄ Hiere. j. ex̄ de sup. ne. pre. grandi. li. vj. xv. q. vj. itē
alius. ꝛ pre. c. venerabilē. hoc autē de facto inuenimus in
multis principibus. Nā legit̄ Zachariā papā deposuisse
regē francorū: vt pre. c. item alius. quia dissolutus et effe/
minatus erat: vt dicit ibi glossa ꝛ inutilis. vt dicit textus.
Item legitur in chronicis Innocen. iij. Othonem. iiij. de/
posuisse ab imperio: quia ab iuramento fidelitatis eccle/
sie resiliuit: quod fuit circa annos domini. M. cc. xxiij. Itē
Innoc. iiij. natiōe Genueñ. de domo de flisco: Fridericū
imperatorē: qui primo amicus su⁹ erat intim⁹ tēpore car/
dinalat⁹: deposuit: amicitiā ei⁹ dissoluit/ne ꝯ dominū im/
pio ꝑberet auxilium. ij. Paralip. xix. ꝛ quia sanctū est ꝓm
ꝓbm prehonorare veritatem. que depositio habetur ꝛ for
ma eius. ex̄ lib. vj. de re iudi. ad apostolice. ꝛ sic de multis
alijs: vt legit̄ in chronicis. ¶ G De verbo aūt illo quod

Institu/
unt ele/
ctores i/
periales

Electo/
res q̄re
ex ger/
mania
assumā/
tur.

opponitur:Reddite que sunt cesaris ꝛc̃.vt.s̃.in ar.xxxvij
§.ad illa.℟.j.respōsuz est.Item illud intelligit Origenes
quantū ad equalitatē iustitie legalis.quasi eque sit prece
ptū seruādū cesaris debite sicut diuinū pceptū: vt videlz
vnicuiq̧ ius suū reddatur.sicut apl's dicit ad Rom̄.xiij.
Reddite inquit oībus debita.cui tributū tributū:cui ve/
ctigal vectigal:ꝛ cui timorē timorē:ꝛ cui honorē honorē.
ad hanc solutionē facit.xj.q.j.magnū.xxiij.q.viij.§. ecce ꝙ
nicolaus.Sed non ꝑpter hoc excludit̃ q̄n iurisdictio im
peratoris pendeat ex iurisdictione pape: qui immediate
ipsam habet a christo. ex quo imperator minister dei vo/
catur ab apostolo pre.c.ad Rom̄.quia eius ministeriū est
ecclesiā dei defendere.xcvij.dis.ecclesie.ꝛ.c.victor.xxiij.q.
v.principes.Itē ꝙ cesar recipiat tributū suū dignum est:
quia iure nature ꝛ diuino sibi debet̃ tanq̄ ministro chri/
sti.vt dicit paulus in pre.c.ad Ro.xiij.ibi:Ideoq̧ em̄ ꝛ tri
buta prestatis.ministri em̄ dei sunt ꝛ in hoc ipsum seruiē/
tes.vnde sequit̃:Reddite ergo omnibus debita ꝛc̃.vt.s̃.
quis em̄ pascit gregē et de lacte eius nō manducat:quis
militat stipēdijs suis:j.ad Cor.ix.xiij.q.j.§.his ita.xxviij.
q.j.iam nunc.in fi.ex̃ de pscrip.quū ex officij.cū si.que vba
exponens Aug.de verbis dni/ait: Quadā diuina proui/
dentia sunt militantibus stipendia cōstituta: ne dū sum/
ptus queritur:predo grassetur.xxiij.q.j.militare.Or scdo
opponitur ꝙ ante fuit imperiū ꝛ imperator q̄ papa.s̃.la/
te in alio ar.xxxvj.probaui rationibus ꝛ authoritatibꝰ cō
trariū.quibus adhuc ꝛ hic addo querendo vnde ortū ha
buit imperiū:vel quodcūq̧ dominiū:nullo em̄ iure natu/
re inueniniꝰ alicui cōpetere dominij dignitatē.ꝛ hoc ostē
dit Aug.li.xix.de ciui.dei.c.xix. Quū oēs hoīes ex eadem
radice originē duxerint/scilz ex adam ꝛ muliere vna eua.
xxxv.q.j.quū igitur.ꝛ.xxxiij.q.v.nec illud.ex qua ꝑpagine
In statu innocentie fuissz plātio. bona mūdialia cōcessa homini ad vsum:vt pz Gen̄.j.con
muni iure essent equaliter diuidēda. Licet em̄ in homini/
bus etiā in statu innocētie fuisset plātio:sicut apparet in
primis parētibus:in quibus adam plātus fuit eue.xxxiij.
q.v.hec imago.c.quū caput.c.mulierem.alio t̄m intuitu ꝛ
respectu:quia nō inquantū dominiū opponit̃ seruituti:q2
hoc penale.Iure em̄ nature communis est possessio:ꝛ cō/
munis omniū libertas.di.j.ius naturale.ꝛ ƀm Greg.quū
culpa nō exigit:oēs ƀm rationē humanitatis equales su/
Quare introducta sit seruitus. mus.xxij.di.de constantinopolitana.Nā post peccatū in/
troducta est seruitus ꝛ ꝑpter peccatū.xxxv.di.sexto die.q̄
qualiter fuerit introducta no.j.di.ius gētiū. ꝛ ex̃ de iude.
ita quorūdā.in glo.nō.sed ex officio consulendi ꝛ diligē/
di:sicut in angelis.lxxxix.dist.ad hoc.homo em̄ naturali/
ter animal sociale:quē oportet adinuicē ordinare.in his
autē que sunt ordinata adinuicē: oportet semꝑ esse aliq̄ḋ
principale ac dirigēs:vt dicit phs in primo politice.ꝛ hoc
apparet in corpore humano:ꝛ p̄terea hoc requirit ipa cō
ditio ordinis.Est em̄ ordo ƀm Augu.xix.de ciui.dei.c.xiij.
pariū dispariūq̧ sua cuiq̧ loca tribuēs dispositio.idē est
de iustitia. instit̃.de iusti.ꝛ iur̃.in prin.ꝛ in prohe.decre.rex
pacificus.❡ H Sed ꝙ vnus alteri est ꝑpositus ab ini/
Dn̄ium vbi ꝛ q̄n ceperit. tio seculi post peccatū:nō eo mō dn̄ium est assumptū:sed
ex quodā fastu superbie per vsurpationē incepit:sicut in
lucifero volente suꝑ alios ex superbia exaltari. Esa.xiiij.
de peni.di.ij.principiū.Cuius signū ꝛ argumentū haberi
potest:quia soli reprobi in principio creationis mūdi do/
miniū acceperūt.vnde ante diluuiū primus dn̄s inter ho/
mines fuit cayn.vt dicit Augustinus.xv.de ciuitate dei.c.
xx.et inde motus fuit ad ciuitatē edificandā: vt domina/
retur in ea:ꝛ hec fuit prima ciuitas in mundo: quam no/
mine filij sui vocauit enoch.Gen̄.iiij.ad ꝑpetuationē do/
minij filij.Post diluuiū vo qui primo dominiū acceperūt
fuerunt de maledicto genere cham: vt habet̃ ex Gen̄.ix.
c.ꝛ magister in historijs ꝛ Iosephus dicunt.❡ I Nam
post diluuium primus accipiens dominiūfuit nēroth de
genere cham.Gen̄.x.ꝛ dist.v .§.fi.cuius cōsilio edificata
est turris babel:vt historie tradunt/ad dominādū.in cuiꝰ
signū legitur in pre.c.Gen̄.xj.ꝙ volebant per cacumē eiꝰ
in celum ascendere:ignorantes altitudinē celi indinume
rabilem:ad designandum cordis ambitionē in ꝑeminē/
do alijs.propter quod deus in suā displicentiā ostenden/
dam scissurā fecit eorundem dominij confundendo eoꝝ
linguas:quum essent vnius labij vt pre.c.ij.De nemroth
descēdit belus rex babylonie: de quo natus est ninus rex
niniue:qui primus fuit monarcha assyriorū arte magica
procreatus:vt historie tradunt.ꝛ hic primus statuam eri
gens patri suo belo in reuerentiā habendam/fuit occasio
idolorū:que primo vocata sunt bel/baal/baalim/beelze/
bub ƀm diuersitatē linguarū ƀm magistrū petrū in histo/
rijs:qui etiā dicit ꝙ iste ninus primus regnauit in barba/
ria(al's babylonia)alio nomine dictus zoroastres/inuē
tor primus artis magice.Ex quibus.s̃.dictis satis appa/
ret ꝙ dominiū in principio mundi consideratis personis
que assumpserunt corrupta processit intentione: scz fastu
Zoroastres rex bactrianorū ƀm berosuz ꝛ alios, est cham filiꝰ noe/ a nino rege assyrioꝝ bello superatus:vt etiā vult Aug.lib.xxj.de ciui.dei.c.xiiij. superbie ꝛ tyrānidis.❡ K Unde primꝰ imperator post
diluuiū nemroth:de quo.s̃.dixi.ꝛ.xxxj.ar.nō rex/sed tyrā/
nus erat:q2 homines opprimebat. vnde venator robustꝰ
corā dn̄o vocabatur.vt pre.§.fi.vj.dist.ꝛ.x.c.Gen̄.Et ideo
nō placuit deo:in cuiꝰ signū cayn primus imperans fra/
tricida occisus est a lamech.Gen̄.iiij.xxxj.q.j.quō. Ninus
q̄ zoroastres filiꝰ noe:vt dicit magister Pet.i historijs rex
in barbaria/occisus est:vt dicit̃ in lib.clemētis a demone:
quē exercendo artem magicā colebat:ꝛ familiarē habe/
bat:ꝛ vt sub compendio loquamur omnes antiqui dn̄i ꝛ
monarche dura morte interierūt:vt pharao.Exo.ix.xxiij.
q.iiij. nabuchodonosor. Rex egypti in mari rubro sub/
mersus .Datan ꝛ abiron principari volentes absorpti a
terra. Nume.xvj.de conse.di.ij.ꝛ dixit.vij.q.j.deniq̧. Sen/
nacherib a filijs ingulatus.iiij.Reg.xix.in fi. Antiochus
a vermibus cōsumptus.ij.Mach.ix. Alexander macedo
veneno.Gualterus.Tabefactus interijt. in libro alexan
dri.Et multi alij vt historie tradūt ꝛ sacra scriptura.Hic
est etiam ꝙ saul primus rex israel a dn̄o extortus potiꝰ q̄
datus:vt.j.Reg.viij.dicente dn̄o samuele/ibi:Nō enim te
abiecerūt:sz me ne essem rex super eos.viij.q.j.audacter.
percussus letaliter a philisteis ab amalech ita morte do/
lorosa interemptus est.ij.Reg.j.c.❡ L Quāuis aūt am
bitio dominādi deo esset odiosa:dn̄oꝝ t̄m ambientiū regi
Dominādi ambitio deo odiosa: sed non dn̄oꝝ ambientiuz regimē. mē ad refrenandā inordinatorū hominū malitiā:ꝛ ad cō
seruandū vnūquemq̧ in sua iustitia: quū ad disponendū
ciues in cōcordia ꝑmissum est a deo dominiū ꝛ prouisuz.
Permissum ad punitionē malorū. Prouisum ad concor/
diā bonorū.xxiij.q.v.§.hinc notandū.di.iiij.facte sunt. de
hoc.j.ar.proximo.in fi.Hinc est ꝙ apl's dicit.xiij.ad Rom̄.
Nō est potestas nisi a deo.qḋ Aug.contra manicheos ex/
ponit dicēs: A deo siue iubēte/siue sinēte.xxiij.q.j.qḋ cul/
pat.Ex quo quidē verbo satis est manifestū a deo omne
ꝑuenire dn̄ium.vn̄ christꝰ ad pilatū: Nō haberes ptātem
aduersum me vllā:nisi tibi datū esset desup.Ioā.xix.ꝑui/
sum siue cōsiderata natura entis/siue motus/siue finis.
Rōne aūt entis:q̄m oē ens ꝑ participationē hz se ad ens
ꝑ se. Sz illi q̇ habēt dn̄ium/plus viget in natura entis q̄
ꝑuate ꝑsone:q2 gerūt vices totiꝰ entis cui p̄sunt. vn̄ ꝛ po
pulus dixit dauid.ij.Reg.xviij.Tu vnꝰ ꝑ.x.milibꝰ cōputa
ris.vn̄ ꝛ bn̄ p̄sidētes merent̃ diuinos honores. etiā dupli
catos:vt dicit Augu.ꝑpter qḋ dicit apl's.j.ad Timoth.v.
Qui bn̄ p̄sunt.glo.vita ꝛ doctrina/p̄sbyteri duplici hono
re digni habeant̃.igit̃ mag2 appropinqnt ad summū p̄n/
cipiū:ꝛ plus ꝑticipāt de diuīa influētia rōne sui regiminis.
vn̄ ꝛ.s̃.illud Luc.ij. Pastores erāt in regiōe eadē vigilan
tes ꝛc̃.glo.Illi pre ceteris sublimia audire merent̃:q̄ fide
libꝰ solicite p̄sunt.Hinc est etiā ꝙ de saule scribit̃:ꝙ assum
ptus in regem per samuelē ex hoc influentiā meruit pro/
phetie.vnde insiliuit in eū spiritus dn̄i:ꝛ cū prophetis ꝑ/
phetauit.j.Regū.x.Et de salomone legit̃/ꝙ ordinatus in
regem meruit diuinā sapientiam.iij.Reg.iij.Et cayphas
contra dn̄m impius cōcionator ratione sacerdotij ꝑphe/

rat. Joan.xj.ad hoc facit.j.q.j.pphetauit. Reges fracie et anglie habere dicunt virtutē sup quibusdā egritudinib⁹ laborantes. ¶ Scda ratio/ꝙ omne dominiū sit a deo:sumitur in cōparatione ad motū. Probat enim phs in.viij. physicorū:ꝙ in mouentibus et motis nō est in infinitum abire:sed est venire ad aliquod mouens quod nō mouet ⁊ hoc est de⁹. iuxta illud Boe.iij.de cōsol.phie.metro.ix. Stabilisq; manēs das cuncta moueri. Quum ergo dñi in gubernando sint motores orbis:ergo oportet motum sui regiminis in deū sicut in pmū motorē reducere. vnde Job.ix. Sub eo curuant qui portant orbē. Hanc rationē tradit beatus Aug.in.iij.de trini.vbi ordinē motus ⁊ mobilis ponens/ab infimo corpore: puta terra/p subtiliora ⁊ virtuosiora dicit moueri gradatim ascendēs ꝑm ordinē elementorū/vsq; ad supremū mouens:quod est deus: in quo consistit tota ratio motus. vnde ⁊ apl's Act.xvij. In christo viuimus/mouemur/⁊ sum⁹. ¶ Tertia ratio/ꝙ omē dominiū sit a deo:sumit ex parte finis. Diuina em̄ puidentia oīa in debitū finē deducit.inquantū mouet vnamquāq; creaturā in suū finē distinctū:sicut sagittator sagittā ad determinatū signū.qua ratione dicit beat⁹ Augustinus.iij.de trini.Q2 de⁹ quibusdā ordinatissimis motibus primo spiritualibus:deinde corporalibus semp cūcta defendit:⁊ vtitur omnibus ad cōmutabile arbitrium sententie sue sicut ad finē congruū. Si ergo alias creaturas debito ⁊ ordinato fine cōcludit:multo magis creaturā rationalē aut hominē.quod apparet: qn̄ ipsam gubernat per suos dispensatores: vt sunt reges ⁊ principes ecclesiarū p̄lati.hinc est ꝙ quū apl's dixisset Rom.xiij. Nō est potestas nisi a deo.statim subdit:Que aūt sunt a deo/ordinata sunt:itaq; qui potestati resistit/ordinationi dei resistit:quia ad hoc deus de eis huic mundo prouidit/vt vniuscuiusq; status prosequat in debitū finē.hinc dicitur in Prouerbijs.viij.c. Per me reges regnāt:⁊ legū conditores iusta decernūt. Per me principes imperant:⁊ potētes decernunt iustitiā. Preterea/quāto quelibet natura nobilē finē apta est cōsequi: tanto habet magis mouētia disposita ad cōsummationē finis.sicut manifeste in corruptibilibus presicut in incorruptilib⁹ celestibus ⁊spiritib⁹ angelicis que sine agente contrario mouent ad suū finē. puta corpus celeste ad dominiū sui motus. angelus autē ad diuinorū cognitionē ⁊ suū ministeriū adimplendum. Quū ergo creatura rationalis creata sit ⁊ producta vt sit dei capax:⁊ hic est finis eius pcipu⁹: vt dicit Aug.xiiij. de trini.⁊ item Aug. Natus est homo ab exterioribus ad interiora redire:ab interioribus ad superiora ascendere. Tante em̄ dignitatis est humana conditio: vt nullū bonum posset ei sufficere. Sed in solo summo bono satiat. Ps.xvj. Satiabor: quū apparuerit gl'ia tua. Ad hūc ergo finē cōsequendū:etsi homo adiuuetur luce diuine gratie. maxime tn̄ iuuatur per mundi gubernatores. tū p bone vite exempla.tū per quotidiana documēta.tum p correctionē cōtinuā.qua rōne Paulus vocat rectores coadiutores dei:dicens.j.ad Cor.in.iij. Dei enim adiutores sumus. Sunt enim iudices et rectores mūdi/sicut instrumenta principalia. ¶ Articulus.xlij. A

Sed licet principat⁹

omis agentis a deo sit prouisus:specialiter tamē romanus de quo Aug.in li.de ciui.dei plures causas assignat: sed tres nos tm̄mō colligam⁹/s; ppter tres virtutes quas lex precipit euāgelica:quibus precipue romani primitus claruerūt:et ex eis tamq; mercedē condignā dominiū meruerūt. vnde ⁊ dicit a Hiero. Romani virtutibus pmeruerūt imperiū. xxviij.q.j.§.ex his itaq;. Prima virtus fuit sincerus amor p patria. Secunda traditio legū sanctissima. Tertia morū beneuolentia. ¶ Quantū ad primā/exempla veterū romanorū habentur in promptu:quia tota eorū intentio erat in ipsorū regimine ⁊ dominio ad conseruandā rem publicā vt eiusdem consulerēt profectibus. vnde Aug.v. de ciui.dei.c.xij.⁊.xiiij.inducens verba Sallustij de bello catiline sententiā catonis in dicto lib.contentā de virtutibus veterū romanorū attollit vnde respublica diuina prouidentia facta est magna dicens: Nolite inquit cato existimare maiores nostros armis rempublicā magnam fecisse. Si ita quidē esset:multo pulcherrimā nos haberemus. Quippe sociorū atq; ciuiū preterea armorū ⁊ equorū maior copia nobis est ꝙ illis. Sed alia fuere que viros illos magnos fecerūt:q nobis nulla sunt. domi industria: foris iustū imperiū:animus in consulendo liber: nec delicto/neclibidini obnoxius. Pro his nos habem⁹ luxuriā ⁊ auaritiā:publice egestatē: priuatim opulētiā: laudam⁹ diuitias:sequimur iertiā. Inter bonos ⁊ malos discrimē nullū:omnia virtutis premia ambitio possidet. ⁊ sequit: Ut erariū esset locuples:res priuate egebant. Nūc econtra vt.s.pro ista materia faciūt. viij.q.j.c.si ergo.c.nec nonum.c.sunt in ecclesia.l.xj.dist.miramur.c.quid proderit.j.q.j.principatus.lix.dist.si officia secularia.cum.c.seq.vsq; ad finem dist.xlviij.di.c.j.⁊.ij.xxiiij.dist.c.j.xxiij.q.iiij. sicut excellentiam.xl.distin. qui'priuatum.xxiij.q.iiij.si non ex fidei merito.ibi: Ubi em̄ meritorum vestrorū loquat nō discurrit opinio:que bella vos frequēter appetere nō desiderio fundēdi sanguinis:sed tm̄ dilatandi causa reipublice:in qua coli,peū cōspicimus:loquitur ⁊c.j.q.j.fertur. ibi:Si em̄ is dignus sacerdotio creditur cui nō actionis materia:sed pecunie copia suffragat:restatvt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas: nihil sibi defendat industria: sed totum sibi auri prosanus amor obtineat ⁊c. ⁊.c.quibusdā.in fi.ibi: Nisi eū quē vite meritū ⁊ actionis qualitas ad hoc dignū esse mōstrauerit.j.q.iij. ex multis. post mediū.ibi: Neceligant in domo dñi/qui maiores sacculos pecunie conferant: sed eos qui moribus ⁊ disciplina atq; scientia diuites/pro officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiam.xxiij.q.j.paratus.ibi: Ac per hoc si terrena res ista publica christiana precepta custodiat: etiā ipsa bella sine beneuolētia nō gerentur:sedvt ad pietatis iustitieq; societatē victis facilius cōsulatur ⁊c.⁊.c.militare.ibi: Nec rēpublicā gerere criminosuz est: sed ideo agere rempublicā vt diuitias augeas:videtur esse damnabile ⁊c.⁊.c.summa. Sūma militie laus inter alia merita bona hec est:obedientiā reipublice vtilitatibus exhibere. et xxiij.q.iij.c.sex differētie.§.item ab aliquo.ibi: Petere aūt vel prestare solatiū vt malis facultas delinquēdi adimat vt ecclesie pacem adipiscatur:vt aliquis multorū vtilitati seruetur:vtile est ⁊ honestū ⁊c.⁊.j.ibi: Non sue volūtati:sed omi vtilitati victurus ⁊c.⁊.q.viij.vt pridem.ibi: Et quecūq; vobis deo adiutore pro vtilitate reipublice persuaserint: facite.⁊.j. ibi: Quicquid vtile reipublice iudicaueritis peragite.⁊.j.ibi: Neq; vtilitas nostre reipublice (quod dñs auertat)negligatur ⁊c. viij.q.j.in scripturis. ibi.expressum.⁊.q.ij.dilectissimi.ibi: Nullus vestrū neglecta vtilitate cōmuni/suo lucro prospiciat: ne si quispiā ppria cōmoda appetit:friuola existimatiōe fallatur ⁊c. facit.c.causa.⁊.q.j.sciendū.xvj.q.j.nos autē fratres.ex de renun. nisi quū pridē.§.porro. ¶ B Antiqui etiā cōsules romanorum pauperes erāt in rebus priuatis:prout narrat Augustinus.v.de ciuita.dei.c.xviij.ꝙ Luciusvalerius defunctus in suo consulatu/adeo pauper fuit vt nummis a populo collectis eius sepultura curaret. Consimile narrat Uegetius de re militari/de Attilio regulo:qui quum summis rebus prefuisset:adeo pauper fuit/vt coniugem liberosq; collocaret in agello: qui colebatur ab vno villico. Ibi etiā narrat Augu.de quintio/qui quū quatuor iugera possideret ⁊ manibus suis ea coleret: ab aratro abductus est vt dictator fieret: maior itaq; honore ꝙ cōsul. victisq; hostib⁹ ingentē gratiā cōsecutus est: ⁊ tn̄ in eadē paupertate māsit. Ibi etiā narrat Aug.ꝙ quidā eorū qui fuerat bis consul:ex illo senatu est pulsus eo ꝙ.x.pondera argēti in vasis habere cōpert⁹ est. Nō em̄ ditari intendebāt

Quib⁹ romani imperiū meruerunt.

Qui rei pu. apud ro. pficiebantur.

propter lucra:nec h̄ fuit apud eos ingeniū ꝓut r̄ndit Curius consul quū samnites magnū ei pondus argenti attulissent.q̄bus nō habere aurū p̄clarū ait sibi videri:ſʒ eis q̄ habēt aurū imperare.Cōsimile narrat Vegetius li.iiij de re militari:ꝙ quū legatus epirotarū fabricio consuli grande pōdus auri offerret:illo nō accepto/dixit se malle habētibus id imperare:q̄ illud habere.Et ob hoc nolebant p̄fici dignitatibus/nisi possent reipublice proficere. prout dicit Valerius li.vj.de Cornelio scipione.Cui quū hispania sorte venisset:r̄ndit nolle illuc ire:adiecta causa ꝙ recta facere nesciret. ¶ C Itē suos filios nō patiebātur p̄fici:nisi possent ꝓficere prout narrat Helinādus historiographus de elio.qui quū ex senatore esset creatꝰ imperator:⁊ obsecrāte senatu vt filiū suū augustū cesarē vocaret:r̄ndit sufficere inq̄t debet/vt ego ipse inuitꝰ regnauerim quū nō mererer. Primatus em̄ nō sanguini debet sed vite ⁊ fidei claritati.viij.q.j.moyses.xl.disti.nos q̄.Et inutiliter regnat:q̄ rex nascit̄ ⁊ non meret̄. Proculdubio parētis affectū exuit:qui paruulos suos importabili mole sup terrā extinxerit.Hoc em̄ est suffocare filios:nō promouere.Alendi prius sunt ⁊ virtutibus exercēdi:⁊ quum eo profecerint vt ꝓbent̄ illos antecedere quos debēt honore anteire: inuiti ascendāt. et tūc ciuiū suorū nequaq̄ se subtrahāt votis.Implebāt em̄ illud tūc Eccl̄i.vij. Noli querere fieri iudex:nisi valeas virtute irrūpere iniquitates.⁊ Prouerb.xx. Rex q̄ sedet in solio iudicij:dissipat oē malū intuitu suo.ad hoc faciūt.xxvj.di. vna tm̄.ibi. Quō aūt pōt esse hortator viduitatis:q̄ cōiugia frequentauit? xliij.di.sit rector.xxv.di.primū.ibi:Quō pōt p̄ses eccl̄ie auferre malū de medio eiꝰ: q̄ in delictū simile corruerit? aut qua libertate corripere peccantē:quū tacitus ipse sibi respondeat eadē se admisisse que corripit?xlij.di.§.j.lxj.di.in sacerdotibus.ibi:Irrep̄hensibiles esse cōuenit:q̄s preesse necesse est corrigēdis.longa debet vitā suā ꝓbatione mōstrare:cui gubernacula cōmittunt̄ ecclesie.xxviij.di.pusq̄ iij.q.vij.q̄ sine.cū.iiij.c. sequētibꝰ.viij.q.j.licet.cū.c. seq̄nti.

Primatus cui debeat̄.

¶ D Sectantes etiā auaritiā nō p̄ficiebant̄ reipublice: vt narrat Valerius li.vj.titu.de grauiter dictis aut factis ꝙ quū duo cōsules cōtenderēt in senatu/q̄s eorū in hispaniā mitteret̄:ait scipio emilianus oībus suā sententiā expectātibus. Neutrū inq̄t mihi mitti placet:q: alter nihil habet: alteri nihil satis est.eque malā licētis imperij magistrā inopiā indicans ⁊ auaritiā. Narrat etiā Valerius maximus li.iiij.c.de abstinētia ⁊ ꝯtinētia de marco curio quō ipse samnitū diuitias cōtēpsit etiā post victoriā habitā de ipsis.Nā quū ad eū in scamno ligneo sedentē:⁊ catino ligneo ad focū cenantē: magnū pondus auri legati tulissent:benignis verbis inuitatus vt eo vti vellet:vultū protinus risu soluēs/supuacue igit̄ inq̄t: Narrate inquit samnitibꝰ Marcū curiū potius malle locupletibꝰ imperare:q̄ locupletē fieri.⁊ memētote me nec acie vinci: nec pecunia posse corrumpi. Hoc idē scribit idē Valerius in eodē/de fabricio: qui quū honore ⁊ authoritate oībus in ciuitate sua maior esset: censu ꝑo pauprimus:a diuitibꝰ tm̄ samnitibꝰ quos in clientela tenebat: pecuniā et seruos sibi missos cōtempsit:ac frustratos remisit: cōtinētie sue beneficio:ac zelo patrie sine pecunia p̄diues sine vsu familie abunde comitatꝰ:q: locupletē illū faciebat nō multa possidere:sed pauca desiderare. ¶ E Itē iustitia romanorū patebat erga rempublicā intm̄/ꝙ nec sibi parcebant ob salutē reipublice.vtilitatē em̄ reipublice vite ꝓprie etiā p̄ponebāt:prout narrat Augu.j.de ciui. dei.c.xv. Et tullius de officijs li.j.⁊.iij. ꝙ quū esset marcꝰ regulus ductus captiuus ad carthaginē:⁊ missus romā ⁊ sub iuramēto redeūdi ꝓ cōmutatione captiuorū. Ille romā veniēs in senatū venit:⁊ captiuos reddi vel cōmutari negauit esse vtile:eo ꝙ illi essent adolescētes ⁊ boni duces:ipe aūt senectute cōfectus.Et quū retineret̄ a ꝓpinq̄s ⁊ amicis:redire maluit magis q̄ hosti fidē datā fallere. Nā ꝺm Aug.ad bonifaciū:Fides em̄ q̄n ꝓmittit̄ etiā hosti seruāda est.xxiij.q.j.noli.qꝺ verū/si ipse hostis fidē seruat. als nō.vt ibi no.⁊ ex̄ de iureiur̄.puenit.ij.vbi de hoc.⁊ licet nō ignoraret se ad crudelissimū hostē/⁊ ad exquisita supplicia ꝓficisci: iusiurandū tm̄ seruādū putauit.ar.bonū.xxij. q.iiij. innocēs. ex̄ de elec.venerabilē.⁊ ex̄ de iureiu.cōtingat. ¶ Cōsimile exinde narrat Aug.xviij.de ciuita.dei.c. xix.⁊ Tullius de senectute de Codro rege atheniensium. Quū em̄ instaret bellū inter athenięses ⁊ peloponnęses: ⁊ accepissent in r̄nsis/ꝙ illi essent futuri victores quorum dux occideret̄. Hoc audiēs Codrus in habitu pauperis transiuit ad hostes:seq̄ obiecit eis necē p iurgiū ꝓuocando.de quo Virgil̄.in bucol̄.Et iurgia Codri.Maluit em̄ mori dū vincerent sui:q̄ viuere suis superatis. Seruauit aūt ad literā iste Codrus ꝟbū dn̄i:sed nō ꝓpter dominū. Maiorē charitatē nemo habet q̄ vt aiam suā ponat q̄s ꝓ amicis suis. Joan.xv.⁊.j.Joan.iij.Ille ꝓ nobis animā suā posuit:⁊ nos debemus ꝓ fratribꝰ aias nostras ponere.⁊.j.Macb.ix.Moriamur in virtute ꝓpter fratres nostros.qualiter hoc intelligit̄ habet̄.vij.q.j.§.hoc tunc. de hoc etiā de peni.di.ij.qui vult facere dei mādata.⁊.c.si q̄s tantā.Duo em̄ fuerūt p̄cepta ꝺm Platonis sn̄iam volētibus ꝓdesse reipublice:vt ait Tullius li.j.de officijs. Unū vt vtilitatē ciuiū sic tueant̄:vt quecūq̄ agant/ad illā referāt obliti cōmodorū suorū.ad hoc.viij.q.j.sunt in ecclesia. alterū p̄ceptū/vt totū corpus reipublice curēt; ne dū partē aliquā tueant̄: reliq̄s deserāt. ar.ad h̄ ex̄ de p̄ben.maioribꝰ.⁊.c.quū causam. Itē narrat Aug. dicto li.de ciui. dei. lib.iiij.c.xx.⁊ li.v.c.xviij.de marco curio:q̄ se armato equo sedētē in abruptū terre hiatū p̄cipitē dedit: vt pestilentia cessaret ab vrbe. ¶ Itē de marco regulo q̄ cōsulē de salute vrbis a carthaginēsibꝰ est occisus. Itē nec pater parcebat filio ꝓ republica.prout narrat Valeriꝰ li.v.⁊ Aug.v. de ciui.dei.c.xviij.de bruto/q̄ filios cōprehensos ꝓ tribunali virgis cesos/⁊ post ad palū religatos securi percuti iussit:q: dominationē tarquinij a se expulsam/reducere volebāt.exuit em̄ patrē vt ageret consulē: orbusq̄ viuere q̄ reipublice vīdicē deesse maluit.de q̄ ait poeta: Natosq̄ pater noua bella mouētes: Ad penā pulchra ꝓ libertate vocabit Infelix: vtcūq̄ ferēt ea fata minores.Sed versu sequēti cōsolatus est infelicē. Vicit amor patrie laudūq̄ immēsa cupido. ¶ Cōsimile narrat Augu.vbi.s̄.de torq̄to q̄ filiū nō q: cōtra patriā/sed etiā ꝓ patria pugnabat: tm̄ quia cōtra imperiū suum:licet vicisset/occidit:ne plus mali in exēplo contempti imperij:q̄ boni in gloria occisi hostis esset.sicut scripsi.j.lxvij.ar.ꝟ. ampliꝰ. ¶ Similiter idē narrat Valeriꝰ vbi.s̄.titu.de parētū seueritate aduersus liberos:de manlio torquato:q̄ quū esset filiꝰ suꝰ accusatus ⁊ cōuictꝰ:ꝓtulit sn̄iam de eo dicēs:Quū syllanū filiū meū pecunias a socijs accepisse mihi probatū sit:eum republica ⁊ domo mea indignū iudico. Idē sic adiudicatus/pre tristitia suspēdio se cōsumpsit. Narrat etiā dictus Valerius li.vj.titu.de iustitia/de zaleuco locrensiū duce: ꝙ quū legē fecisset inter alias saluberrimā:ꝙ dep̄hensus in crimine adulterij vtroq̄ oculo carere deberet:⁊ filius eius esset in tali crimine dep̄hēsus quū tota ciuitas in honorē patris necessitatē pene adolescētulo remitteret: aliquādiu repugnauit. Ad vltimū p̄cibꝰ ppl̄i deuictus suo prius: deinde filij oculo eruto:vsum vidēdi vtriq̄ reliq̄t. ita debitū supplicij modū legi reddidit:eq̄tatꝫ admirabili tēperamēto se inter misericordē patrē/⁊ iustū legislatorē partitus. Facit ad hoc:q: saul ionathan filiū suū/q: cōtra edictū suū fecerat etiam ignorans: voluit occidere.j. Regū.xiiij.xxij.q.ij.§.itē opponit̄.ibi:Probat̄ hoc etiā.facit etiā.xxiij.q.v.si audieris. Deut̄.xvj.xlv.disti. disciplina. ibi: Ite ⁊ redire.⁊.j.⁊ occidat vnusquisq̄ fratrē ⁊ amicū suū ⁊c.Exo.xxxij. Itē nec filiꝰ debebat parcere patri agenti cōtra rēpublicā: ꝓut ait Tullius li.iij.de officijs.c.ꝙ nihil est vtile qꝺ ab iniustitia ⁊ malitia ꝓficiscit̄:ante finem inquirēs an si tradere patriā conabit̄ pater silebit ne filiꝰ et r̄ndet ꝙ primo obsecrabit patrē ne id faciat: deinde si nihil proficiet:

Duo p̄cepta cupientibꝰ ꝓdesse reipublice.

Virgil. vj.eneid.

nihil proficiet: accusare debet. ad extremuz si ad perniciē
patrie res spectabit: patrie salutē anteponat saluti patris
nec mirū vt ait ibidē. Si duo sapiētes essent sup vnā tabu
lā in mari: q̄ nō posset vtrūq̄ deferre simul: minus sapiēs
deberet cedere sapiētiori: eo q̄ ille vtilior esset reipublice.
ppter hec exempla de laude romanorū consulū et multa
alia concludit Aug. in li. v. de ciui. dei sic dicēs: Talib⁹ in/
quit dominādi potestas nō dat: nisi summi dei prouiden
tia qn̄ res humanas iudicat talib⁹ dominis esse dignas.
¶ Secūda ratio quare romani habuerūt dñium: tradi/
tio legū sanctarū per ora principū diuinitus promulga/
tarū. C. de legi. leges sacratissime. xvi. q. iij. nemo. ad cōser
uandū vnūquemq̄ in sua iustitia. vnde ⁊ Aug. dicit. xviij.
de ciui. dei. c. xxij. q̄ deo placuit orbē terrarū p romanos
debellare: ⁊ in vnā societatē reipublice legūq̄ pductū/lō/
ge lateq̄ pacare. In. v. etiā li. eiusdē. c. xv. dicit. q̄ quia ro/
mani auaritie restiterūt: cōsuluerūt patrie consilio suo li/
bero: neq̄ delicto ſm suas leges/neq̄ libidini obnoxij.
Sed ijs oībus artibus vsi sunt tanq̄ recta via ad hono
res/⁊ imperiū/⁊ gloriā. Nec habēt vnde cōqueri debeāt
de summi ⁊ veri dei iustitia. perceperūt em̄ mercedē suā/
sc3 ex vigore virtutū suarū legaliū dominādo ⁊ imperan
Nota do. Iustitia ergo quia suis legibus vnūquēq̄ regebāt:
fecit eos legitime dominari. Quātā aūt iustitia viguerit
apud romanos: satis apparet in paulo cesarē appellāte:
de quo festus p̄ses ait: Quū essem hierosolymis: adierūt
me principes sacerdotū ⁊ seniores iudeorū postulantes
aduersus paulū damnationē. Ad quos respondi: q: non
est cōsuetudo romanis dānare aliquē hoīem priusq̄ is
q̄ accusat: p̄sentes habeat accusatores: locūq̄ defendēdi
accipiat ad abluenda crimina que ei obijciunt. Act. xxv.
Ad hoc faciūt capl'a totius questionis. ix. iij. cause. maxie
ca. nō oporet. c. habet. c. qui accusare. c. absens. ⁊. c. j. et. ij.
Romanorū iustitia. q. viij. ⁊. ij. q. viij. c. j. c. perscripta. cū si. ¶ F Apparet etiā
p multa exempla. primo quidē qd̄ sanciebāt legislatores:
seruabāt. vn̄ narrat Trogus pompeius de Lycurgo: qui
lacedemonijs multas leges duras dedit: s3 nihil in alios
sanciuit: quod ipse nō prius seruaret. Nā princeps se vel/
le viuere legibus pfitet. C. de legi. digna vox. C. de testa.
ex impfecto. ff. de leg. iij. ex impfecto. insti. q̄bus mo. testa.
infir. §. vlti. ix. dis. iustū est. palea est. pricipes legib⁹ teneri
suis: nec in se posse damnare iura: que in subditis consti/
tuūt iustū est. Iusta est ei vocis eorū authoritas: si q̄ popu
lis phibēt, sibi licere nō patiunt. facit ex de homi. cū iura/
mento. qd̄ legit ⁊ no. ex de cōsti. quū oēs. §. quū igit. de ri/
gore tn̄ princeps legibus humanis solutus est. ff. de legi.
princeps. nō diuinis. x. di. nō licet imperatori. Narrat aūt
Valerius li. vj. titu. de iustitia. de Charōda turiorū legisla
tore: qui quū lege cauisset ob seditiosas cōciones ciuiū:
vt si quis cū ferro concionē intraret: interficeret. ⁊ ipē de
rure longinquo domū repetēs/accinct⁹ gladio ex impro/
uiso cōcionē intrasset: et admonitus de solutiōe legis ab
eo qui proxime stabat: fuisset. Ego inq̄t illā resarciā: ac p/
tinus: qd̄ habebat: ferro districto incubuit: ⁊ penā mortis
Nihil expediens qd̄ nō iustum. pprie reportare maluit: q̄ fieret fraus iustitie. Fuit autē
generale edictū apud antiq̄s: nihil expedire qd̄ non erat
iustū. vn̄ ⁊ narrat idē maxim⁹ Valeri⁹. vj. li. tit. de iustitia.
q̄ quū Themistocles diceret atheniēsibus/q̄ sciret salu/
berrimū eis consiliū/scilic3 q̄ incēderent classem lacede/
moniorū: nec cōsiliū publicare voluit/sed petijt vnū sapiē
tē cui tacite id exponeret: cui fuit dat⁹ Aristides. Qui au/
dito ɔsilio/redijt ad cōcionem dicēs Themistoclem vtile
ɔsiliū: minime tn̄ iustū/aio voluere. At vniuersa cōcio qd̄
equū nō ē/nec vtile nec expedire pclamauit. Et sic edicto
ciuiū ancillata est iustitie prudētia: imo nō esse pruden/
tiā/s3 poti⁹ calliditatē dicēdū est: cui iustitia aduersat. pro
h facit ex de vo. et vo. re. magne. §. q̄uis. ibi: Quid liceat
ſm eq̄tatē: q̄d deceat ſm honestatē: q̄d expediat ſm vtili/
tatē. igit nō est vera vtilitas: vbi nō equitas ⁊ honestas.
Cōtra talē malā vtilitatē dicit Aug. in sermone innocētū:
Lucrū in bursa: damnū in cōsciētia. tulisti vestē: pdidisti fi
dē. Itē scribit Prouerb. xxj. Nō est sapiētia: nō est pruden
tia: nō est cōsiliū cōtra dñm. Viguit etiā eorū iustitia apud
hostes. vn̄ narrat Valeri⁹. vj. li. titu. de iustitia. de camillo
consule. qui quū phaliscos obsideret: magister ludi nobi
lissimos pueros eorū in castra romanorū pduxit. q̄bus in/
terceptis: nō erat dubiū q̄n illi se essent tradituri. Camil/
lus v̄o nō solū spreuit pfidiā: sed censuit vt pueri magr̄m
vinctū virgis cedētes ad parētes reducerēt. q̄ iustitia ani
mi eorū capti: et beneficio magis: quā armis victi portas
romanis aperuerūt. Itē narrat ibidem/q̄ Timochares
pollicitus fuit se pyrrhum veneno necaturū. q̄ res quū ad
senatū esset delata: missis legatis pyrrhum inimicū roma
norū/monuit vt aduersus hmōi insidias se cautius age/
ret. maluit em̄ bella nō venenis: sed armis gerere. nomen
aūt Timocharis supp̄ssit: vtroq̄ mō amplexus eq̄tatē: q:
nec hostē malo exēplo tollere: nec eū q̄ bene mereri para/
tus erat de romanis/pdere voluit. Narrat etiā Lucius flo
rus in historia romanorū: q̄ medic⁹ pyrrhi nocte venit ad
fabriciū cōsulē romanorū pmittēs se pyrrhū occisurū ve/
neno/si sibi aliq̄d polliceret: quē fabrici⁹ vinctū iussit du/
ci ad dñz suū. Pyrrhoq̄ dici q̄d ɔtra caput ei⁹ medic⁹ spo
pōdisset. Et tūc rex pyrrhus admirat⁹ fert dixisse: Ille est
fabricius: q̄ difficilius ab honesto: q̄ sol a cursu suo auerti
pōt. ¶ Legit etiā de alexādro: qui quū fleuisset in morte
darij inimici sui: quē sui letaliter vulnerauerunt vt place/
rent ei. volēs scire q̄ hoc scelus cōmiserāt: iurauit se factu
rū eos notissimos atq̄ sublimes: ⁊ tūc pdiderūt se besas
⁊ arbosones hui⁹ facti authores: quos statim in vindictā
in altissimā crucē suspēdit: ⁊ sic sublimes ⁊ notissimi cūn/
ctis fuere. p hoc facit/q: dauid mortem inimici sui saulis
plangit ⁊ eū vindicat. ij. Regū. j. c. ⁊. ij. q. vij. §. de his. v̄. itē
in libro regū. de peni. dist. ij. §. opponit. v̄. nūquid etiā dicē
dū. Itē plāxit filiū suū absalon eū p̄sequentē. ij. Reg. xviij.
⁊. xix. ⁊. xxiij. q. v. q̄s etenī nostrū. Si ergo ignari legis di/
uine/tales fuerint in operib⁹ iustitie amore patrie ⁊ cu/
pidine tēporalis glie: q̄les debēt esse illuminati fide/ordi
nati charitate/certi spe glie/p republica christiana ī opē/
ribus diuine iustitie: Sed q: oēs querunt q̄ sua sunt: nō q̄
iesu christi. ad Phil. ij. ⁊. viij. q. j. sunt in ecclesia. ideo pau/
de differentia ⁊ cōuenientia duplicis potestatis regie scʒ spiritualis et secularis. Harum autē potestatū differentia ex ipsis nominibus considerari pōt. dum vna spiritualis alia secularis vel tēporalis vocatur. ¶ Ad cuius differentie intellectum sciendū est ꝙ spirituale dupliciter dr̄. Uno em̄ modo spūale dicit / id qđ ꝑtinet ad aīam que spūalis est nature. Tertullianꝰ hereticus aīam corpoream esse dicit. xxiiij. q. iij. quidā. ꝟ. tertullianiste. ⁊ precipue quantū ad partē rationalē. ⁊ hoc modo sciētie ⁊ virtutes dicuntur spiritualia quedā. huic autē spirituali contradicit corporale: quod scilʒ pertinet ad corpus: vel ad animā. vt est corporis forma. ex̄ in clemen. de si. ca. fidei. §. porro. et vt cōmunicat cum animabus brutorum. Et sic dicunt quidam ꝙ potestas prelatorū ecclesie spiritualis dicitur: quia est super animas: ⁊ super ea que ad perfectionē pertinent anime. Potestas autem principū seculariū dicitur corporalis: quia est supra corpora: ⁊ super ea que pertinēt ad corpus. ad hoc. xcvj. dist. cum ad verum. ibi. quatenus spūalis accusatio a carnalibus distaret incursibꝰ. ¶ Sed hoc dictum habet dubium. nam etiam secularis potestas si recta ⁊ ordinata sit: intendit ꝓncipaliter ⁊ finaliter subditos dirigere: ⁊ inducere ad vitam virtuosam: que principaliter ad animā pertinet. ar. ad hoc di. iiij. facte sunt. ex̄ in prohe. decre. rex pacificus. §. ideoqʒ. Id em̄ debet intendere omnis recta potestas in hominibꝰ: ad qđ homo finaliter ordinatur. Finis autem hominis inquātum homo / est felicitas. Unde omnis potestas recta debet intendere / vt multitudo sibi subiecta sit felix: felicitas autē hominis principaliter cōsistit in actu virtuoso. vnde Ps̄. j. Beatus vir qui nō abijt in consilio impiorū ⁊c̄. Et iterū ps̄. cxxvij. Beatus vir qui timet dominū. ⁊ Ps̄. cxviij. Beati immaculati in via ⁊c̄. cum si. Quare ad officium huius potestatis pertinet dirigere homines in hunc finē. Uerum quia ad felicitatem politicam precipue requiruntur exteriora bona / que vite corporali deseruiant: Ideo cōsequenter ad eius officiū pertinet gubernatio / quantū ad res exteriores / ⁊ quantū ad corpora; sine quibus nō exercentur anime opera in huiꝰ vite statu. ar. j. q. iij. si q̄s obiecerit. ꝫm ꝙ hoc videtur ꝙ secularis potestas principaliter etiā debet dici spūalis: accipiēdo spirituale modo predicto. ¶ Alio modo vero dicitur spirituale id quod ad animā pertinet: non ꝫm naturam: sed ꝫm gratiam. ⁊ ꝫm hoc dicuntur spiritualia illa que respiciūt gratiam: ⁊ que ad gratiam habent habitudinem. Et hoc modo potestas secularis nō dicitur spiritualis: sed tēporalis: ꝫm quod hmōi respicit naturam. spiritualis autē respicit gratiam. Patet ergo differētia predicta duplicis potestatis regie: que est / ꝙ vna dicit̄ naturalis: alia supernaturalis. Quia tēporalis / ꝫm ꝙ hmōi / respicit naturam: spūalis autem respicit gratiam: que est super naturā. Ex hoc vna dicitur celestis: alia terrena. Spiritualis em̄ que respicit gratiā: que facit hominem deiformē: dicitur diuina: Temporalis aūt / que respicit ipsam naturā hominis: ꝫm ꝙ est homo: dicitur humana. ¶ Conueniunt autē he due potestates regie. Primo ꝫm causam efficientē. quia omnis potestas a deo. Roma. xiij. xxiij. q. j. quid culpatur. ¶ Item secundo conueniunt ꝫm causam finalem. q: finaliter in vtraqʒ intenditur beatitudo. vt proxime dictū est. ¶ Tertio conueniunt quantū ad subiectum. quia vtriusqʒ potestatis subiectū est homo. Differunt tamen he potestates quantū ad dispositionem subiecti. vt quidam dicunt. q: in homine cui cōmunicanda est potestas tēporalis: requiritur perfectio prudentie: per quā dirigatur in agendis. optimū ar. xxix. di. §. j. ⁊ c. petrus. In homine autē / cui cōmunicanda est potestas spiritualis: requirit̄ perfectio sapientie: per quam cōtempletur diuina. Unde potestas tēporalis requirit vitā actiuam. spūalis autem contēplatiuam: nihilominus ⁊ actiuam. ex̄ de renun. nisi cum pridem. §. nec putes. xxvj. dist. si quis vult. ¶ Quarto conueniūt he potestates quantum ad obiectū. quia vtraqʒ potestas exercetur circa hominē. nam hic loquitur de potestate circa hominē. Sed tn̄ differēter habet se esse vtraqʒ circa homines. Tēporalis enim habet esse circa homines: vt ꝫm suam naturā considerantur. Spiritualis autē debet esse circa hoīes: vt sunt susceptibiles gratie. ¶ Quinto conueniūt he potestates quā-

Spūale dupliciť accipiť.

Spirituali alis ⁊ secularis regie potestates in q̄bꝰ cōueniunt.

tum ad actus.q: cõsimiles sunt actus vtriusqꝫ potestatis. Differũt tamen in modo agendi. vtriqꝫ nãqꝫ conuenit iudicare.sed vni corporaliter:alij spũaliter. Judicat vna spirituales causas.xj.q.j.per totum. Alia determinat temporales.ex̃ de iudi.nouit.ex̃ qui fi.sint legi.c.j.⁊.c. causamqꝫ. Una infert penam corporalem.xxiij.q.v.quasi per totum. Alia vero penam spiritualẽ.xj.q.iij.quasi per totum.ex̃ de sen.excõ.per totum. Unde vni dicitur competere gladius spiritualis.xvj.q.ij.visis.in fi. Alteri vero gladi⁹ materialis.xxiij.q.v.non solum.xxxiij.q.ij.inter. Utriqꝫ cõuenit pascere.sed temporalis pascit corporaliter:sicut christus turbas. Jo.vj. Matth.xiiij.⁊.xv. Marc.viij. Luce.ix.xxix.di. §.j. Spiritualis autem spũaliter.xcv.distin.esto.j. Pet.v. Pascite qui in vobis est gregem ⁊c.licet etiã corporaliter pascere debeat:quũ potest.vt pre.§.j.⁊.xxxvj.di.§.j. Utriqꝫ conuenit pugnare.sed spirituali oratione ⁊ verbo.xxiij.q.viij.cõuenior. Temporali autẽ armis ⁊ materiali gladio. vt hic ꝓbatur.xxiij.q.viij.quasi per totum.ex̃ de vo. ⁊ vo. redẽp.ex multa. ¶ Assignata vero cõuenientia ⁊ differẽtia potestatum predictarũ:restat cõsiderare de quibusdã alijs cõparationibus earũdem. Et primo quidẽ quomodo comparantur adinuicem ẽm tẽporis prioritatem. Sicut autem lex naturalis precessit tẽpore legem scriptã. vj. di.§.his ita.⁊ dist.j.ius naturale. sic videtur dicendum ꝙ potestas regia tẽporalis que a natura oritur: precessit potestatem regiam spiritualẽ: que ex gratia sumit exordiũ. Nam spiritualis potestas ẽm veritatem a christo initium habuit:qui nobis celeste regnum patefecit. ad cuius cõsecutionẽ ordinatur spiritualis potestas. Secũdum significationem tamen ⁊ figurã/etiam in veteri testamẽto/hec potestas esse cepit.vt longe.s̃.probaui:precipue in.xiij.ar.

Alia iti/dẽ harũ potesta/tũ cõpa/ratio.

¶ B Secundo videndũ quomodo comparantur adinuicem ẽm dignitatem. Est autem simpliciter ⁊ absolute dicẽdum/ꝙ potestas spiritualis est dignior et superior multipliciter. Primo ratione agentis. quia etsi vtraqꝫ sit a deo.Roma.xiij.tamen spũalis digniori modo est a deo: quia spũalius.xxij.dist.c.j. ¶ Secũdo ratione finis:quia spiritualis spiritualius ad superiorem finẽ ordinatur/q̃ temporalis.vt dictum est. ¶ Tertio ratione obiecti. quia licet homo sit vtriusqꝫ potestatis obiectum:tamen ẽm altiorem modũ est obiectum spiritualis potestatis q̃ tẽporalis.quod patet. Nam temporalis potestatis obiectum/est homo:vt in suis naturalibus consideratur. Spiritualis autem potestatis obiectum/est homo:vt est perfectibilis gratia:⁊ potest effici membrum christi:⁊ dei filius per adoptionem. Jo.j. Dedit eis potestatem filios dei fieri.de peni.di.j.§.hoc autẽ.℣.item vt christus ait. ¶ Quarto ratione actus. quia spiritualis habet altiores et digniores operationes/q̃ temporalis.q: sicut finis ad finem se habet:sic operatio ad finem perducẽs/ad operationẽ se habet. ¶ Quinto ratione modi agendi.quia spiritualis rectius operatur/q̃ tẽporalis.in quo sepe cõtingit obliquitas ⁊ defectus.licet em̃ persona que spiritualẽ habet potestatẽ: deficere possit in operando: tamẽ potestas ipsa ẽm se rectitudinem amplius semper habet.ar.xxiij.q.iiij.qui peccat. ¶ Sexto ratione vtilitatis.nam spũalis plura potest agere:⁊ plures habet agẽdi modos:q̃ tẽporalis. Adhuc plures subdũtur potestati spũali/q̃ temporali.nã spirituali subijciunt̃ tam clerici q̃ laici.vnde ⁊ a subiectione illius cui spũalis potestas cõuenit plene/scꝫ Romani põtificis/nullus excipitur qui ad ecclesiã qualitercũqꝫ pertineat.ix.q.iij.cuncta.ex̃ de maio.⁊ obe.solite.§.nos autem. Temporali vero nõ subijciuntur nisi laici.nec hi quãtum ad omnia.clerici autẽ non subduntur directe.nisi forte ꝓpter aliquod tẽporale.xxiij.q.viij.§.ecce.xviij.dis. ep̃s metropolitanus. ¶ Deinde videndũ est quomodo cõparantur he potestates adinuicẽ ẽm causalitatem. Spiritualis quidẽ causalitatem habet super tẽporalem : et multiplicẽ causalitatis modũ. Nam spũalis est causa tẽporalis per modũ finis.q: finis tẽporalis/qui est felicitas naturalis: ordinatur ad finẽ spiritualis:qui est beatitudo supernaturalis.⁊ ideo tẽporalis est propter spiritualẽ finaliter.⁊ qui potestatem tẽporalem quam habent/ad spiritualem non ordinãt:peruerse eos agere non dubiũ est. optimum ar.xxiij.q.v.principes.⁊.xcvij.dist.ecclesie mee. ¶ Adhuc spũalis potestas est causa tẽporalis per modum principij agẽtis.⁊ hoc tripliciter.primo enim spũalis est principiũ agentis respectu tẽporalis/quantũ ad eius institutionẽ. quia eam instituit.vt dicit Hugo de sancto victore.⁊ sepe supra dictũ est.maxime in ar.xiij.⁊.xl. ¶ Sed considerandum est circa hoc/ꝙ de institutione regni summi imperij due sunt opiniones quasi cõtrarie. Quidam em̃ dicũt ꝙ temporalis potestas a solo deo est immediate: ⁊ a spũali potestate ẽm suã institutionẽ nullo modo dependet.xxiij. q.iiij.quesitum. Alij vero dicunt ꝙ temporalis potestas si debeat esse legitima ⁊ iusta:vel est coniuncta spirituali in eadẽ persona:vel est instituta per spiritualẽ:alias iniusta est/⁊ illegitima.ar.ad hoc.ex̃ de sacra vnc.c.vnico.de elec: venerabilem.

Tp̃alis potestas a quo instituta.

¶ Inter has duas opiniones accipio mediam:que ꝓbabilior esse videtur: vt dicatur ꝙ institutio potestatis tẽporalis materialiter ⁊ inchoatiue habet esse a naturali hominũ inclinatione:ac per hoc a deo: inquãtum opus nature est opus dei. Gen.j.ex̃ de summ.tri.c.j.rñ.j. Perfectiue autẽ ⁊ formaliter habet esse a potestate spirituali:que a deo speciali modo deriuatur. Nam gratia nõ tollit naturam:sed perficit eam:⁊ format.⁊ similiter id qđ est grẽ/non tollit id qđ est nature:sed illud format ⁊ perficit. Unde quia potestas spũalis gratiam respicit: tẽporalis vero naturã:ideo spiritualis temporalẽ non excludit: sed eam format ⁊ perficit. Imperfecta siquidẽ est ⁊ informis oĩs humana potestas:nisi per spiritualẽ formetur et perficiatur. Hec autẽ formatio est ratificatio ⁊ approbatio. Unde potestas humana que est apud infideles/quãtũcumqꝫ sit ex inclinatione nature:atqꝫ per hoc legitima: tamen informis:quia per spiritualẽ non est approbata et ratificata.quia vbi sana fides nõ est:non potest esse iustitia.xxiiij.q.j.℣.sana.ad hoc.xxiiij.q.j.§.sed istud.ibi.cui⁹ potestas nulla est extra ecclesiam.op.facit.xxiiij.q.j.§.ex his. ibi. vbi em̃ deest agnitio eterne ⁊ incõmutabilis veritatis falsa est virtus:etiã in optimis moribus.⁊ per Ostien. de hoc in sum.tri.de homici.⁊ de hoc.s̃.latius in.xiij.⁊.xl.ar. dixi. ¶ Sed ad ampliorẽ huiusmodi euidẽtiam/sciẽdum est ꝙ potestas humana siue tẽporalis duplici informatione indiget/ad hoc ꝙ sit perfecta ẽm rationẽ potentie. Indiget em̃ formatione fidei.quia sicut nulla est vera virtus sine fide:ẽm Aug.vt ꝓxime allegaui.sic nulla potestas est oĩno vera sine fide. Non ꝙ sit nulla:⁊ omnino illegitima. vt.iij.q.vij.§.item in euãgelio.sed q: nõ est vera neqꝫ perfecta.sicut nec matrimoniũ infidelium est perfectum ⁊ ratum:licet sit aliqualiter verũ ⁊ legitimũ.xxviij.q.j.§. item illud Aug. Indiget etiã formatione approbationis ⁊ ratificationis per potestatẽ spiritualẽ. Quantũcũqꝫ em̃ aliquis habeat fidem:non tamẽ habet potestatẽ temporalẽ formatam ⁊ perfectam:nisi per spũalem fiat ratificatio ⁊ approbatio. Nulla em̃ potestas secularis est omnino vera et perfecta:nisi per spũalem ratificetur/⁊ approbet̃/⁊ cõfirmetur. Unde vnctio regibus adhibetur:non solum in signũ sanctitatis/q̃ in eis requiritur:sed etiã in signũ approbationis ⁊ formationis. Et a põtificibus reges vngũtur.q: per spiritualẽ potestatem perficitur ⁊ formatur illa que tẽporalis dicitur.ex̃ de sacra vnc.c.vnico.⁊ ideo spũalis potestas põt dici quodãmodo tẽporalis forma:eo modo quo lux dicit̃ forma coloris. Color em̃ habet aliq̃d de natura lucis.tamẽ ita debilẽ habet lucem:ꝙ nisi adsit lux exterior/per quã formetur:non inherẽter/sed virtualiter: non potest mouere visum. Et similiter tẽporalis potestas habet aliq̃d de veritate potẽtie:quum sit a iure humano: qđ a natura oritur.sed tñ impfecta est ⁊ informis: nisi formetur per spũalem.⁊ hoc modo institui dicit̃ per spũalẽ. Unñ ⁊ Hugo de sancto victore dicit/ꝙ in ecclesia dei sacer-

Ptãs tẽporalis duplici indiget formatione.

dotalis dignitas regalem potestatem ⁊ sacrat/⁊ sanctificat/⁊ benedicit/et format per institutionē. ac si diceret ꝙ eā benedicendo sanctificat:⁊ formādo instituit. dixi. s̄. eo. ar̄. ad hoc. Qđ etiā ampli⁹ ex hoc declaratur. nā ꝙ homo sit super hoīes ex iure humano est non vsqꝫquaqꝫ. xxij. di. de constantinopolitana. quod a natura proficiscitur. Qꝫ autē homo fidelis/sit super hoīes fideles/ex iure diuino est: qđ a gratia oritur. gratia enim non natura similes efficit. Et quia ius diuinū est apud christi vicarium: ideo ad eū pertinet institutio fideliū regum/⁊ tēporalis potestatis/super fideles: inquantum sunt fideles. vnde princeps tēporalis in ecclesia iure humano potestatem habet sup hoīes. viij. dist. quo iure. iure diuino super fideles. Quia ergo fides naturā format: ideo temporalis potestas formando instituitur:⁊ instituēdo formatur per spiritualē:⁊ per eā approbatur/⁊ ratificatur. vnde nec legibus vti debet tēporalis potestas contrarijs spirituali. x. dist. per totū. Patet ergo quomodo spūalis potestas habet rationem cause agentis/respectu temporalis: quantū ad eius institutionem.

Tēporalē potestatē iudicat spiritualis.

¶ Secūdo habet rationē cause agentis/respectu eius: quantū ad iudicium. Quū enim eam instituat: ad eā etiam pertinet ipsam iudicare. xvj. q. ij. visis. ex̄ de paroch. nullus. vbi de hoc. Item quū ex fine sumatur iudiciū eorum que sunt ad finē: potestas spūalis que vltimum ⁊ supremū finem hominis intēdit. j. Cor. ij. spūalis homo. etiā vide. ij. Cor. vj. iudicare habet tēporalem: que intendit finem inferiorē ordinabilem ad finē spiritualis potestatis. Quemadmodū enim scientia sacre scripture iudicat qualibet scientiam philosophicam. ar. xxxvij. di. §. hinc etiā. sic spūalis potestas iudicat qualibet temporalē. ex̄ qui fi. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. ad fi. Et sicut iudiciū sensus quū deficit/corrigitur per iudiciū intellectus: qui est superior in gradu cognitiuarū potentiarum: sic actio tēporalis potestatis quū inuenitur a rectitudine deuiare/corrigitur per spiritualē potestatē: sicut per superiorem. ex̄ de iudic̄. nouit. vnde dicit Hugo de sancto victo. ꝙ spūalis potestas terrenam potestatē ⁊ instituere habet: vt sit:⁊ iudicare hꝫ: si bona nō fuerit. Habet enim eam iudicare: q: eam potest ⁊ debet dirigere/punire/⁊ penam ei inferre: non solū spiritualem/sed etiā temporalem ratione criminis ⁊ delicti. etiā vsqꝫ ad eius destitutionem procedere: si hoc delicti q̄litas exigat. ad hoc. xv. q. vj. item alius. ex̄ de sup. ne. pre. grandi. vj. lib. ex̄ de re iudi. ad apostolice. lib. vj. ⁊ dicitur. s̄. in. xiij. ⁊. xl. ar. Que destitutio nō est ipsi⁹ potestatis. q: sic tolleretur ordo potestatum; que nō peccant. dixi. s̄. in. viij. ar. sed est hoīs male vtentis potestate sibi data. Unde quū dicitur potestas destitui: accipitur potestas ꝓ eo qui potestatem habet. ex̄ de homi. tua nos. §. mane. ibi. potestati incētiue. vt enim dicit glos. sup illud ad Rom̄. xiij. Omnis aīa potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit. noīe potestatis accipitur interdū potestas ipsa/que datur alicui a deo. aliqn̄ homo ipse habēs potestatem. Non ergo destituitur aut dānatur potestas ipsa/que bona est:⁊ ad bonū ordinata. sed destituitur habēs potestatem: quū ea vtitur indebite. ¶ Sicut em̄ per spūalem potestatē cōfertur alicui potestas tēporalis super fideles: sic per eādem potest hac potestate priuari: vt ꝓxime ꝓbaui. ¶ Ab hoc autē iudicio qđ cōpetit potestati spūali sup tēporalem: nullus oīno tēporalis princeps excipitur. quū generaliter potestas tēporalis in quocūqꝫ inueniat̄: subdita sit spūali iudicio: maxime illius in quo potestas spiritualis est plenissime. scꝫ romani pontificis. Licet em̄ alijs pontificibus cōueniat de tēporali potestate iudicare (nā eṗs potest regem excōicare inquātum pertinet ad suam dioc̄. xcvj. dist. duo sunt. lxiij. dist. valentinianus. ibi. nostra capita submittamus) summus tn̄ pōtifex habet plenum iudiciū super omnes principes:⁊ ꝭm omnē modū iudicij qui cōmunicatus est spūali potestati. vt in pre. c. itē alius. cū alijs cōcor. ibi. ⁊. xi. q. iij. cuncta. ¶ Tertio vero spūalis potestas habet rationē cause agentis respectu tēporalis; quantū ad imperiū. Sicut enim cōtingit in artib⁹/ꝙ ars testatis ad quā pertinet vltimus ⁊ principalis finis: imperat arti impare ad quā pertinet finis secūdarius/qui ad principalē ordinatur. sic ⁊ in potestatibus se habet. Unde ⁊ spūalis potestas/ad quā pertinet precipuus finis: q̄ est beatitudo supernaturalis: ita se habet ad potestatē temporalē/ad quā pertinet beatitudo naturalis: q̄ est finis secūdarius ordinatus ad supernaturalē: ꝙ imperat ei:⁊ in sui obsequium vtitur ea:⁊ oībus que ei subduntur:⁊ que ad ipsam pertinent. q: naturalia gratuitis/tēporalia spūalibus/humana diuinis/terrena celestibus/tāꝙ dignioribus obsequi debent:⁊ eorū imperio moueri ⁊ dirigi. xij. q. j. precipim⁹. ex̄ de ma. ⁊ obe. solite. §. verū. ibi. in spūalibus antecellit: q̄ tanto tēporalibus sunt dignior a/quanto aīa prefert̄ corpori. cū concor. ibi positis. vnde spūalis potestas etiā sup tēporalia quecūqꝫ imperium habet: inquantū spūalibus nata sunt obsequi:⁊ ad spiritualia ordinari. ⁊ temporalis potestas iure diuino quantū ad oīa subest spūali: inquantū ordinatur ad ipsam:⁊ est propter ipsam. Ita ergo se hꝫ spūalis potestas ad temporalem: sicut ars architectonica ad subseruientē. ⁊ sicut sciētia sacra ad sciētias humanit⁹ inuentas: q̄bus vtitur in sui obsequiū: ad manifestationē sue veritatis. ar. xxxvij. di. si quid veri. Unde tēporalis vocatur in auxiliū a spirituali:⁊ vocata debet auxiliū ferre:⁊ obsequiū impendere. qđ si non fecerint possunt ab ecclesia puniri. xxiij. q. v. principes. ⁊ expresse ibidem in. c. administratores. xcvj. di. cū ad verum. ex̄ de of. ordi. c. j. ⁊. c. qm̄. ex̄ de maledi. c. ij. vbi de hoc. xvij. dis. nec licuit. ex̄ de sen. ex. dilecto. lib. vj.

Tpalis potestas in spūali cōtinet̄.

¶ Ex dictis aūt potest accipi cōparatio earū ꝭm continentiā. Nam q: virtutes inferiorū continētur in superioribus:⁊ q̄ sunt causatorū preinsunt causis: ideo tēporalis potestas que cōparat̄ ad spūalem sicut inferi⁹ ad superius:⁊ sicut causatū ad causam: cōtinetur in potestate spūali. Et propter hoc a christo dicūtur esse concessa beato Petro iura celestis imperij ⁊ terreni. xxij. dist. c. j. q: petrus. Et q̄libet eius successor/in quo plenitudo spūalis potestatis residet. ex̄ de vsu pal. ad honorem. cū si. prehabet potestatē temporalē: non tamen ꝭm eūdem modū ꝭm quē habetur a principe tēporali: sed modo digniori ⁊ perfectiori. Non em̄ sic habet eā/vt exerceat ei⁹ opera immediate: nisi in aliquib⁹ casibus. ex̄ qui fi. sint le. per venerabilē. §. rationib⁹. sed agit opera eius nobiliori modo: scilꝫ imperādo/⁊ dirigendo:⁊ ad suū finem operib⁹ eius vtendo. Propter qđ principes oēs tēporales obedire debent ei apud quē spūalis potestas in summo residet: tāꝙ summo dn̄o nostro Jesu christo. ex̄ de ma. ⁊ ob. oēs principes.⁊ ipsum sicut superiorē ⁊ sicut caput recognoscere: ipmqꝫ revereri/⁊ honorare: atqꝫ ei subijci. vnde beatus Ber. in epl̄a ad Cōradum imperatorē ait. Legi quippe/Omnis aīa potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit. ⁊ q̄ potestati resistit: dei ordinationi resistit. Rom̄. xiij. xi. q. iij. qui resistit. quā sententiā cupio vos ⁊ oībus modis custodire/in exhibēda reuerentia summe ⁊ apl̄ice sedi:⁊ beati Petri vicario: sicut ipsam vobis vultis ab vniuerso seruari imperio. ad hoc. ij. q. vj. qui se scit. xcv. dis. esto. xi. q. iij. q̄ resistit. lxiij. di. tibi dn̄o. ⁊. c. valētinianus. xcvij. di. victor. ibi. debita reuerentie gratulatione. xcvj. di. constantin⁹. ibi. amplius ꝙ terrene imperialis nostre serenitatis ⁊c̄. ⁊. j̄. ibi. ita eius sacrosanctā romanā ecclesiam decernimus veneranter honorare: et amplius ꝙ nostrū imperiū/terrenūqꝫ thronū/sedem sacratissimā beati Petri gloriose exaltari: tribuentes ei potestatē ⁊ gloriam/dignitatē atqꝫ vigorem/et honorificentiā imperialē. ⁊. j̄. ibi. ⁊ tenētes frenū equi ipsius pro reuerētia beati Petri stratoris officiū illi exhibuim⁹ ⁊c̄. ⁊. c. duo sunt. ibi. in fi. quippe quū videamus regū colla ⁊ principū submitti genubus sacerdotū:⁊ osculata eorū dextra orationib⁹ eoꝝ credant se excōicari vel muniri. ⁊. c. si imperator. ibi. Nō ad seculi potestates: quas si fideles sunt ecclesie sue/sacerdotibus voluit esse subiectas. ⁊ j̄. ibi. Imperatores christiani subdere debent executiones

Spūalis est po

ſuas eccleſiaſticis p̄ſulibus:non p̄ferre.⁊ in pſ.ij.dicit
⁊ nunc reges intelligite eru.qui iudi.terrā.ſeruire dn̄o in
ti.⁊c.xxiij.q.iiij. nō inuenitur.ſup quo dicit gloſ. ꝙ chriſtꝰ
hic loquit̄ ad reges terre/dicens.Et nūc me conſtituto re
ge ſicut p̄dixi.pſ.ij. Ego aūt conſtitutꝰ ſum rex ab eo.
vos reges qui iudicatis terrā:ne contriſtemini:ſed intelli
gite ⁊ erudimini.expedit em̄ vobis vt ſub illo ſitis/a quo
eſt intellectus ⁊ eruditio.⁊ expedit vt temere nō domine/
mini/ſicut illi q̄ nulli putāt ſe eſſe ſubiectos.⁊ dn̄o omniū
ſeruiatis.i.chriſto ⁊ filio dei.quare ⁊ nō eius vicario quē
ſui loco p̄fecit eccleſie:et ſi reges ei obedire debent: q̄re
⁊ non ij omnes qui qualitercūq̄ ſubſunt regibus: immo
multo magis ꝙ̄ regibus.quia quantū ad omnia eſt ſupe
rior.⁊ q: totius poteſtatis ſpūalis ⁊ tēporalis apicem te/
net.vñ ſi ſummus pontifex mandet vnum:⁊ quicūq̄ prin
ceps temporalis contrariū:obediendū eſt magis ſummo
pontifici/ꝙ̄ principi.xi.q.iij.qui reſiſtit.diſ.viij. que cōtra.
¶ De alijs autē pōtificibus ſecus eſt.op.ar.xviij.di.ſi ep̄s
metropolitanus.q: non habēt plenitudinē poteſtatis. ex̄
de vſu pal.ad honorē.vnde in ijs que ad ſalutē anime pti/
nent:magis eſt eis obediendū/ꝙ̄ principi.xi.q.iij.iulianꝰ.
In ijs autem que ad bonū ciuile pertinēt:magis obediē/
dum eſt principi.vt p̄e.c.ſi ep̄s.⁊.c.que cōtra. Tēporalis
itaq̄ poteſtas ita cōparatur ad ſpiritualē/ꝙ ei ſubijcitur
et obſequit̄:ab ea inſtituitur:ab ea iudicat̄:in ipſam redu
citur/⁊ ordinatur:in ea cōtinetur/⁊ reſeruat̄.Et hoc ſim/
pliciter ⁊ maxime verum eſt de poteſtate plenaria ſpūali:
qualis eſt in ſummo pontifice.De poteſtate aūt ſpirituali
Spūalē ſm partem:qualis eſt in alijs p̄latis: verū eſt ſm aliq̄d/
ptātē p̄e ⁊ in parte:vt ſuperius eſt probatū. ¶ Qꝛ autem ſpūalis
ſtare tē/ poteſtas ſit dignior ⁊ ſuperior tēporali ptꝫ ex multis.Pri/
porali,p/ mo ex decimarū datione:quas poteſtas tēporalis dat p̄e
batur. latis eccleſie:in recognitionē ſeruitutis dei: a quo habēt
res tēporales:⁊ poteſtatem ſuper ipſas.xcvi.di.ſi impera/
tor.eo modo quo aliqui ſunt tributarij alicui dn̄o ratione
eius qđ tenent ab eo.ex̄ de cenſi.omnis.iſta ratio ꝓbatur
xvi.q.i.decime.ex̄ de deci.tua nobis fraternitas. Secūdo
ex ſanctificatione ⁊ benedictione. quia ſpūalis poteſtas
tēporalem ſacrat ⁊ benedicit.qui aūt benedicit/maior eſt
vt dicit apl's ad Heb.vij.ibi.ſine vlla aūt contradictione/
qđ minus eſt/a maiore benedicit̄.xxi.di.deniq̄. Tertio ex
rerū gubernatione.quia ſicut in ordine rerum ſpūalia re
gunt corporalia:⁊ corporalia groſſiora ꝑ ſubtiliora regū/
tur:Sic in eccleſia que optime ordinata eſt/poteſtas tem
poralis per ſpūalem regitur:vt corpus per animū/qui ei
ꝑponit̄.xxxviij.di.ſedulo.Et ſicut in vniuerſo vnū corpus
per aliud gubernat̄:⁊ corpus per ſpiritū:⁊ ſpūs inferior ꝑ
ſuperiorē:⁊ omnis ſpūs per deū:vnde Leo papa.Tunc ex
natura pax hoīs/⁊ vera libertas:qñ ⁊ caro animo iudice
regitur:⁊ animꝰ deo p̄ſide gubernat̄.Sic in eccleſia po
teſtas tēporalis per aliam tēporalem:⁊ tēporalis per ſpi/
rituālē: ⁊ vna ſpūalis ꝑ aliā: ⁊ oīs ſpūalis per vnā primā
ſummi pōtificis gubernat̄.ad hec.xi.q.iij.cure.ex̄ de treu.
Tꝑalis ⁊ pa.c.i.ij.q.vi.ad romanam. ¶ Qꝛ aūt ſpūalis poteſtas
poteſtas p̄habeat tēporalem:ita ꝙ ſuper tēporalia poſſit:⁊ ꝙ ſub
quātum ea ſint principes ſeculares:⁊ per conſequens ij q̄ ſubſunt
ad ſpūa/ principibꝰ:non ſolū quantū ad ſpūalia/ſed etiā quantum
lia ⁊ tem ad tēporalia:ꝓbatur multipliciter.Primo quidem q: cui
poralia cōmittitur principale/intelligitur cōmitti ⁊ acceſſoriū.ex̄
ſubeſt de reg.iur.acceſſoriū.lib.vi.⁊ ex̄ de dona.inter vi.⁊ vxo.de
ſpūali. prudētia.vbi de hoc legit̄ ⁊ no.in gloſ.bene dicit.Sed po
teſtas ſpūalis eſt principalis:tēporalis autē eſt acceſſoria
reſpectu eiꝰ quū ſub ea ⁊ ꝓpter eā ſit. vt ſupra ꝓbatū eſt.
Ergo cui cōmittit̄ ſpūalis/intelligit̄ cōmitti etiā tēpora/
lis.vt p̄e.c.de prudētia. Petro aūt ⁊ ſucceſſoribus eiꝰ cō/
miſſa eſt a chriſto ſpūalis poteſtas/⁊ plene. vt ſupra ſepe
dictū eſt.ergo ⁊ tēporalis.q: chriſtus cuiꝰ papa vicariꝰ eſt.
ex̄ de trāſla.quāto.ſuo modo vtrūq̄ exercuit.x.di.qm̄.Itē
qui curā habet de fine:oportet ꝙ etiam de ijs que ſunt ad
finē/curam habeat. Sed ſpūalis poteſtas curā habet de

fine hoīs:qui eſt ſalus ⁊ beatitudo anime:ergo curam ha
bebit de oībus ijs que ad hūc obtinendū cōferre poſſunt:
et de ijs que ipſius executionem impediūt.Inter hec aūt
ſunt tēporalia.quia eorum bono vſu meremur eternū p̄e
miū.⁊ abuſu eternā penā.ar.bo.xi.q.i.expedit. de pe.diſ.i.
§.ex his oībus.R.idem ſuper danielē.Quāobrem ſpūalis
poteſtas etiā ſuper tēporalia pōt:inquantū ordinatur ad
finē ſalutis.Et q: ad hoc ſunt nobis data a deo: vt eis be/
ne vtamur in ordine ad ſalutē:nec aliter appetēda ⁊ poſ/
ſidenda ⁊ diſpēſanda ſunt:ꝙ̄ ꝓpter beatitudinē:Ideo ſpi
ritualis poteſtas extēdit ſe ad illa:ſm id ad qđ nobis da/
ta ſunt:⁊ ſm qđ a nobis habenda ſunt.Unde ad ſpūalem
poteſtatē pertinet imperare bonū eorum vſum:⁊ ꝓhibe/
re abuſum.Nam oīs cauſa ad puniendū peccatū ad eccle
ſiā pertinet.ex̄ de iudi.nouit.Item ſicut chriſtus eſt caput
fideliū:⁊ ſm animas/⁊ ſm corpora.Ephe.i. Ipſum dedit
caput ſupra oēm eccleſiā.⁊ ad Col.i.Et ipſe eſt caput cor/
poris eccleſie.ex̄ de ſacra vnc.c.i.§.caput aūt.Ita ⁊ eius vi
cariꝰ equaliter poteſtatē habet ſuꝑ corpora ⁊ ſuper ea q̄
corporali vite deſeruiūt:cuiuſmodi ſunt exteriora bona ⁊
tēporalia:inquantū ipſa vita corporalis ⁊ ad ipſam cōfe/
rentia organice ad ſalutē adminiculant̄. Nā ad actiones
ſpūales vtitur corporeis mēbris.ꝓpter qđ apl's ait.quod
ipſa corpora veſtra templū ſunt ſpūs ſancti q̄ habitat in
nobis.i.Cor.iij.⁊.vi.c.⁊.ij.Cor.vi. ¶ Item ſpūalis pote/
ſtas tēporalem pōt iudicare rōne delicti.xxiij.q.v.admini Tꝑalis
ſtratores.xxxij.q.v.precepit.ex̄ de iudi.nouit.⁊ eam requi/ poteſtas
rere ꝓ defenſione eccleſie. Poteſt etiā ab ea ⁊ ei ſubditis a ſpūali
exigere auxiliū/⁊ ſubuentionē perſonarū ⁊ rerum ꝓ cō/ iudicat̄.
muni vtilitate eccleſie.ad hoc.xcvij.di.eccleſie.xxiij.q.viij.
vt pridē.⁊.q.iiij.ſicut excellentiā.Ex his aūt ſequitur ꝙ ei
ſubijciatur in tēporalibus.q: ⁊ ipſa tēporalis poteſtas nō
plus videt̄ poſſe in ſibi ſubiectis.Item principes etiā ſecu
lares nedū ſubditi/de ſuis tēporalibus decimas ſoluunt.
no.ex̄ de ma.⁊ obe.oēs principes. ¶ Item ſm ius diuinū
nullus iuſte poſſidet/ſi dei dominio a quo id hꝫ volūtarie
non ſubdatur:⁊ ſi eo non recte vtatur.ꝓpter qđ infideles
et peccatores:q̄ ſe dei dominio ſubtrahunt:⁊ tēporalibus
peruerſe vtunt̄:indigne ac iniuſte ipſa tēporalia poſſidēt:
ſm ius diuinū.quicquid ſit de iure humano.⁊ ſm hoc ve
rificatur illud Aug. ꝙ Iure Diuino Oia Sunt Iuſtorū.
xxiij.q.vij.c.i.ij.⁊.iij. Non eſt autē ſubiectus deo/q̄ non eſt
ſubiectꝰ eccleſiaſtice poteſtati.xxiij.q.i. didicimus. Rectꝰ
q̄ vſus temporaliū eſt ſm ordinē ad finē quē ſpūalis po/
teſtas intendit:⁊ ad quē dirigit:quare nullꝰ iuſte poſſidet
aliq̄d tēporale:niſi in eiꝰ poſſeſſione poteſtati ſpirituali ſe
ſubdat.hoc aūt non eſt:niſi ſpūalis poteſtas ad ipſa tēpo
ralia ſe extendat. ¶ E Recte ꝓpterea quidā docent ꝙ
ſpūalis poteſtas ad temporalia ſe dupliciter extēdit. vno
modo quātum ad vſum ꝓprie neceſſitatis. Dignū eſt em̄
vt qui ſpūalia ſeminat:metat carnalia.i.ad Cor.ix.xiij.q.
i.§.his ita reſpōdetur.ex̄ de p̄ſcrip.cū ex officio.Alio mo
do quantū ad iudiciū.q: quū de ſpūalibus iudicet:que ſu
periora ⁊ potiora ſunt:pōt etiam de tēporalibꝰ iudicare:
vel mediate vel immediate.ſicut ſuperiꝰ dictū ⁊ expſſum
eſt.xi.q.i.quicūq̄ litem. ¶ D Qꝛ aūt poteſtas tēporalis
inſtituat̄ per ſpūalem:licet ſit ſuperiꝰ declaratū: tñ adhuc Spūa/
ſic arguit̄. Populus em̄ iſraeliticus figurabat ppl'm chri lis tēpo/
ſtianū:⁊ q̄ in illo populo cōtingebāt:figura erāt horum q̄ ralē inſti
ſunt in ppl'o chriſtiano.i.Cor.i. In illo aūt ppl'o electione tuit.
ſummi pōtificis ⁊ regis non cōmiſit deus populo:ſed ſibi
reſeruauit.ſicut đ: Deut̄.xvij.Eum conſtitues regem quē
dn̄s deꝰ tuus elegit.Vñ ex ſpeciali dei ordinatione inſtitu
ti ſunt iudices in populo illo.⁊ poſtea reges.viij.q.i.licet.
Quare in ppl'o chriſtiano ex ſpeciali dei ordinatione de/
bēt reges inſtitui.Hec aūt dei ordinatio declarabatur in
veteri teſtamēto per ꝓphetas vel ſacerdotes:a q̄bus vn/
gebātur aliqui in reges.quare etiam in nouo teſtamento
etiā declarari debet per ſacerdotes poteſtatē ſpūalem ha
bentes.⁊ ſm hoc ſpūalis poteſtas inſtituere dicit̄ tēpora/

lem: inquantū vice dei agit. ꝛ id qđ ipse agit dicit deus agere: q: qui per aliū facit: per se facit. ex de p̄scrip. si diligenti. ꝛ de sen. ex. mulieres. in fi. vbi de hoc in glos. si sup:a. Sed hmōi institutio p:incipū in ecclesia iure diuino non exclu dit illā que de iure humano est: sed eā format ꝛ perficit. vt superius est dictū. Nā ꝛ in institutione pontificū que fit per superiorē pontificē/p:ecedit quedā imperfecta institutio ꝑ ius electiōis. de hoc legit ꝛ no. lxiij. di. quāto. ¶ E Cum aūt potestas tēpo:alis ꝑ sp̄ualē iudicet/p:eter sup:adicta sic ostendit. P:incipes em̄ tēpo:ales de facili degenerant a bono regimine: ꝛ efficiunt ty:āni. qđ p3 in multis exemplis: tā apud gentiles/ꝙ in pp̄lo israelitico: ꝛ post ch:istū in pp̄lo ch:istiano: in q̄bus plures p̄ncipes ty:āni fuerūt: pauci aūt reges veraciter. Et huius ratio est: q: regi conceditur magna potestas. ꝛ q: non est nisi hōis virtuosi bene ferre bonas fo:tunas: ideo in eo cui tam magna potestas cōceditur: perfecta virtus requirit. Perfecta aūt virtus in paucis inuenit. Et ideo pauci reges regaliter p̄ncipant. plures aūt ad ty:ānidem declināt: ꝛ maxime ꝑpter cupiditatis vitiū: q̄ radix est oīm maloꝝ ꝭm ap̄lm. j. ad Timo. vj. xlvij. di. bonoꝝ. Hinc est ꝙ dn̄s in populo israel a p̄ncipio nō instituit regem cū plena potestate: sed iudicē ꝛ gubernato:ē/in eoꝝ custodiā. postea vero regē ad petitionē populi quasi indignatus cōcessit. qđ p3 per illud qđ ait ad Samuelē. Non te abiecerūt: sed me: ne regnē super eos. j. Reg. viij. viij. q. j. audacter. Hec aūt facilis declinatio p̄ncipū ad ty:ānidem vergit in dispendiū salutis ꝛ ipsoꝝ p̄ncipantiū iniuste/ꝛ etiā subdito:um. qui dū ty:ānice opp:imunt in ea q̄ sunt saluti cōtraria decidūt. Deus autē ecclesiam suam sic vult disponi ꝛ gubernari: sicut magis expedit saluti fideliū. sed p:incipes seculares ad ty:ānidem cito conuertibiles vt in pluribus vtile ꝛ necesse est/vt iudicentur per superiorē aliquam potestatē in ecclesia: cuius timo:e ab exercenda ty:annide retrahantur. ¶ F

Ex dictis aūt ꝛ circa dicta possumus aliqua elicere: ꝛ aliqua notabiliter considerare circa potestates istas. P:imo q̄dē considerādum est ꝙ q: potestas tēpo:alis p:eexistit in sp̄uali: sicut inferio: virtus in superio:i: et causatū in causa. vt dictū est. Ideo quicūꝙ sunt sub potestate tēpo:ali: sunt etiā sub spirituali. non aūt econtra. vt dictū est. Nā sub sp̄uali sunt tā clerici ꝙ laici: licet clerici specialius. q: eoꝝ status est spiritualio:. quū sint specialiter in so:tē dn̄i electi. xxj. di. cleros. xij. q. j. clericus qui. Sub tēpo:ali aūt sunt laici solū. nec tñ quantū ad oīa: sed solū quoad tēpo:alia. Clerici aūt a tēpo:ali potestate sunt liberi. quū sint ad sp̄ualia deputati. ex de immu. eccle. nō minus. c. j. ꝛ c. aduersus. xvj. q. j. placet. ꝛ c. generaliter. Ex aliqua tñ causa ꝛ ꝑpter aliqđ tempo rale subijciunt interdū p:incipi seculari/ꝭm aliquē modū xvij. dist. nec licuit. xxiij. q. viij. §. ecce. ¶ G Item oīa bo na tēpo:alia q̄ subsunt potestati tēpo:ali/subsunt etiā spirituali. non tñ eodē modo. q: tēpo:ali subsunt immediate sp̄uali v̄o mediate tēpo:ali subsunt: quantū ad immediatam administrationē ꝛ dispēsationē. Sp̄uali aūt quantū ad p:incipalē o:dinationē. Quedā v̄o tēpo:alia subsunt sp̄uali: q̄ non subsunt tēpo:ali. vt sunt illa q̄ ad sp̄ualia cōnexionē habēt. vt ecclesiastica beneficia: siue cōstent in decimis/p:imitijs/oblationibus fideliū: siue in ijs que donātur ecclesijs ex deuotiōe: siue in alijs q̄ qualitercūꝙ obueniūt/aut acquirūtur ecclesijs. ad hec. j. q. iij. si quis obiecerit. c. saluato:. c. pueniēt. ex de iudi. quāto. ex de iure pa. consulit. ꝛ c. de iure. ex de penis. in q̄busdā. ex de v̄. signi. causa carpēsis. ex lib. vj. de elec. generali. xvj. q. vij. decimas. x. q. j. in p:imis. viij. c. ¶ Item oēs actus q̄ conueniūt potestati tēpo:ali: conueniunt etiā sp̄uali. non tñ eodē modo: sed excellētius. Nam sp̄ualia conueniunt ꝭm imperiū: ꝭm nutū: ꝭm directionē: ꝛ immediate. Tempo:ali aūt cōueniūt ꝭm vsum: ꝭm ministeriū: ꝛ obsequiū: ꝛ mediate. Sed spirituali cōueniunt aliqui actus: qui nō cōueniūt tempo:ali: et de q̄bus nō debet nec potest sine offensa se intromittere tempo:alis. cuiusmodi sunt actus sp̄uales: ꝛ circa sp̄ualia. ex de cōst. ecclesia. de re. ecce. non alie. cum laicis. xcvj. di. bene quidem. ex de elec. quisquis. ex de iudic. at si clerici. de fo:o cōpe. si diligenti. x. q. j. sancto:ū. cum si. Et hmōi ratio sumitur ex o:dine potestatū. q: inferio: potestas nō debet sibi vsurpare que ad superio:ē pertinēt. ex de of. le. qđ translationē. vñ ꝛ plures hunc o:dinē peruertentes: ꝛ ea que nō conueniūt ꝑp:io gradui/ꝛ officio: puniti legūtur. sicut p3 de Ozia rege incēsum offerēte. ij. Paralipo. xxvj. ibi. Nō est tui officij Ozia/vt adoleas incēsum dn̄o. Idem in Saule. j. Regū. xiij. ꝛ xiiij. ꝛ. j. statimꝙ o:ta est lep:a in frōte eius. ij. q. vij. §. his ita. ij. Idē in Datan ꝛ Abiron vsurpātibus officiū suum. Nume. xvj. vij. q. j. deniꝙ. ex de elec. licet. ꝛ de pluribus alijs. vt beatus Dionysius pulch:e ostēdit in ep̄la ad Demophilū. vbi post exēpla multa que ponit ad hoc ꝙ aliqs non debet agere nisi ea q̄ pertinent ad ꝑp:iū officiū: cōcludit: Quare non est fas sicut sancta eloquia dicūt: nec ea que iusta sunt: nō ꝭm dignitatē exeq. opo:tet aūt vnumquēꝙ sibi attēdere: ꝛ nō altio:a ꝛ p:ofundio:a intendere: deliberare aūt ea sola que sunt ꝭm dignitatē ipsi o:dinata. hucusꝙ dionysius. ¶ H Uerum tamen q: nōnulli p̄ncipes tēpo:ales de quibusdā se sp̄ualibus intromittūt: vt de collatione beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ. vt Rex Frācie in multis ecclesijs regni sui. aut custodia reꝝ ecclesiasticarū. vt in cano. ex lib. vj. de elec. generali. Ideo vt videat quomodo pōt eis cōuenire aut non: Sciendū ꝙ quedā ꝭm se sunt pure sp̄ualia. ꝛ ad hec nullo modo se extēdit potestas tēpo:alis: cuiusmodi sunt absolutio a pctīs in fo:o pnīe: consecratio eucharistie: ꝛ collatio alioꝝ sacramētoꝝ que ad p:esbyteros nō ad alios spectat. j. q. j. multi. de peni. dist. j. verbū. ex de peni. ꝛ re. noua. ¶ I Quedā aūt sunt sp̄ualia: non ꝭm se/sed ꝑpter connexionem quā habēt ad sp̄ualia. sicut ecclesiastica beneficia. j. q. iij. si qs obiecerit. ꝛ ad hec aliquo modo pōt se extēdere potestas secularis: ꝛ aliquo modo nō. Nā virtute p:op:ia non se extēdit ad hoc: sed in virtute virtutis sp̄ualis et potestatis/q̄ superio: est: pōt se extēdere instrumentaliter ꝛ ministerialiter. Vñ quando p:inceps tēpo:alis dicit cōferre beneficiū ecclesiasticum/et collatione potestatis sp̄ualis. talis collatio est a potestate sp̄uali: sicut ab habēte autho:itatē conferēdi. a p:incipe aūt est: sicut adminiculū exhibente in huius collatione: p:esentādo: vel exp:imendo personā aptā vel dignā. ad hec faciunt ea q̄ no. in summa. j. q. j. lxiij. di. hadrianus. ij. ꝛ. c. se. facit lib. vj. de elec. generali. ex de offi. leg. dilectus. ex de his q̄ fi. a pla. cū in apostolica. i fi. ꝛ vide quod no. xvj. q. viij. decimas. j. ex de deci. q̄uis. Si aūt talis collatio fiat a p:incipe sine cōsensu exp:esso sp̄ualis potestatis/q̄ in hoc habet autho:itatē: nulla est ipsa collatio de iure. vt est exp:essum. xvj. q. vij. laicis. ꝛ vide qđ ibi no. nec ex cōsuetudine quantūcūꝙ lōgeua/pōt hoc licitū sibi esse: quinimmo quāto talis consuetudo diuturnio:/tāto detestabilio:. ex de simo. cū in ecclesie. ꝛ c. non satis. vbi de hoc. Secus si de hoc haberet p:iuilegiū: vt no. p:e. c. laicis. ¶ Scđo considerandū est ꝙ quū dicit potestas tēpo:alis p:eexistere in illo apud quem est sp̄ualis: non ita est intelligendū quasi per duas potestates diuersas ꝛ distinctas habeat: sed q: per vnam suā potestatē super sp̄ualia ꝛ tēpo:alia potest. Nā inferio:a sunt in superio:ibus vnitiue: ꝛ qđ in inferio:ibus distinguitur: in superio:ibus vnitur. Dicit tamen in ipso esse duplex potestas ꝑpter respectū ad actus diuersos. nā p:out exercet actus spirituales/ꝛ administrat sp̄ualia: dicitur habere potentiā sp̄ualem. p:out aūt dirigit/ꝛ consulit/ꝛ imperat in tēpo:alibus: dicitur habere potestatē tempo:alē. Sic ergo vna potentia rationis distinguitur per officia diuersa in superio:ē ꝛ inferio:em. q: ꝭm ꝙ intendit eternis ꝑspiciendis ꝛ cōsulendis: dicit ratio superio:. ꝑut aūt intēdit rebus tēpo:alibus: dicit inferio:. vt btūs Aug. ait. Sic vna potestas habentis potentiā spiritualem/dicitur tempo:alis et sp̄ualis: ꝛ distinguitur circa officia: ꝛ dicitur inferio: ꝛ su

Tpalia oīa sp̄uali subsūt ptāti.

Beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ collatio an ad tpalē spectet ptātem.

perior diuersis respectibus. q: tamen denominatio fit a digniori: ideo simplr dicitur hec ptās spūalis. ad hanc rationē facit ex̄ de sacra vnc. c. j. §. quia vero. ỽ. in vertice vero. ¶ Tertio considerandū est ꝙ licet ille qui habet potestatem spūalem/ p:ehabeat in illa etiā temporalē: nō tm̄ est supfluum esse in eccl'ia pncipem/ tēporalem tm̄ potestatem habentē. P:imo quidē ꝑpter modi agendi varietatem: q: non eodem modo exercet iurisdictionē temporalem p:inceps temporalis ⁊ spūalis. vt dictū est. vnde ꝑpter diuersos agēdi modos/ opo:tet esse diuersitatem agentiū. ¶ Secūdo ꝑpter indecētiam ⁊ indignitatem. Indignū em̄ est ⁊ indecens: vt illi agant opera viliora: qbus cōpetunt digniora ⁊ potiora. Unde spūali potestati cui cōuenit agere spūalia. xcvj. disti. duo. indignū ⁊ indecens est/ circa tēporalium exercitium occupari. op. ar. xvj. q. j. de p̄sentium. maxime ibi. oimoda est em̄ illius habitus ⁊ isti⁹ officij diuersitas. ⁊ nemo deo militās. ꝑm apostolum. ij. ad Timo. ij. implicat se negotijs secularibus. lxxxviij. dist. consequēs. ⁊ p totum. ex̄ ne cleri. vel mona. sʒ nec ꝓcurationes. ⁊ p totum in rubro ⁊ in nigro. xxj. q. iij. credo. ⁊ p totum. xj. q. j. te quidē. Igitur congruū est esse aliquē inferiorem ptātem: q̄ circa hmōi temporalia occupetur. hoc bene ꝓbatur. j. ad Co:. vj. ⁊. xj. q. j. §. ex his. ibi. secularia ergo iudicia si habueritis: cōtēptibiles. i. laicos qui sunt in eccl'ia cōstituite. ⁊ in. c. te quidem. ibi. neqꝫ em̄ iudicem/ neqꝫ cognitorem secularium negotio: hodie te ordinare vult ch:istus: ne p̄focatus hoim p̄sentib⁹ curis non possis verbo dei vacare. hec vero opera que tibi minus congruere diximus: exhibeant sibijnuicem vacantes laici: ⁊ te nemo occupet ab ijs studijs per que salus hominibus datur. ¶ Tertio ꝑpter libertatē agendi. vt videlʒ spūalis ptās liberior fit ad vacandum spūalibus: dū non impeditur per administrationē temporalium. vt in p:e. c. maxime in. c. te quidem. Non em̄ est homo vt deus: q̄ ꝑpter gubernationem inferio: nō impeditur a gubernatione superio:. nec ecōuerso. immo in hoie intentio circa vnū/ impedit intentionē circa aliud: q: Pluribus intent⁹ mino: est ad singula sensus. ⁊ dū ad vtrūqꝫ festinat: neutrum bene peragit. xvj. q. j. p:esbyteros. ibi. satis em̄ incongruū est: si quū vnū ex his p sui magnitudine diligenter quis non possit implere: ad vtrūqꝫ videatur idoneus. facit. lxxxix. di. singula. ⁊ diuisus in duo/ nō habet sui plenariam ptātem. ex̄ de cleri. cōiu. diuersis. vbi de hoc. ⁊ apl'us j. ad Co:. vij. ibi. qui autē cum vxore est: solicitus est que sunt mūdi quō placeat vxori: ⁊ diuisus est. vt p:e. c. diuersis. Ut ergo spūalis ptās sine impedimento intendat circa spūalia ⁊ diuina: expedit vt sub ea sit alia ptās: q̄ intēdat circa temporalia ⁊ humana. ¶ Quarto ꝑpter adiuto:ij necessitatem. q: spūalis ptās non sufficit p seipsam/ ad exercendum oia illa respectu quo: habet ptātem: sed indiget adiuuari. ⁊ ꝑpter hoc opo:tuit esse quādam inferiorem ptātem: que spūali ministraret in regimine tēporalium: vt ipsam adiuuaret in pluribus que sola non pōt efficere: ipsamqꝫ muniret atqꝫ tueretur. ad hoc. xcvj. dist. cum ad verū ventū est. ibi. ⁊ pontifices p cursu temporalium tm̄modo rerū imperialibus legibus vterent: quaten⁹ spūalis actio a carnalib⁹ distaret incursib⁹: et deo militans minime se negotijs secularibus implicaret ⁊c. Item Isid. de summo bono li. iij. P:incipes seculi nōnūqꝫ intra eccl'iam ptātis accepte culmina tenent: vt p eādem ptātem disciplinā ecclesiasticam muniant. Ceterum intra eccl'iam ptātes necessarie nō essent: nisi vt qd̄ non p̄ualēt sacerdotes efficere p doctrine sermonē: hoc imperet ptās p discipline terrorem ⁊c. xxiij. q. v. p̄ncipes. ⁊ vide qd̄ ibi sequit. ¶ Quinto ꝑpter ordinis bonitatē. sicut em̄ bon⁹ ⁊ supbonus deus: q̄uis oia per seipm possit: dignitatem cōmunicat regiminis creaturis diuersis: vt bonū ordinis in causando sicut ⁊ in essendo reluceat in rebus ab ipso ꝓductis: sic etiam in ecclesia voluit esse quādam inferiorem potestatem sub spūali: cui tēporalium regimen committeret: ac per hoc inueniatur in ecclesia bonū ordinis: quātum ad regiminis ptātem. hec ratio ꝓbatur. lxxxviij. dist. decreuit. lxxxix. dist. ad hoc. ad hanc materiā optime facit Exod. xviij. ibi. At ille scʒ Jetro cognatus moysi/ nō bonā inquit rem facis. stulto labore cōsumeris: ⁊ tu ⁊ populus iste qui tecū est. vltra vires tuas est negotiū. solus illud nō poteris sustinere. sed audi verba mea atqꝫ consilia: ⁊ dn̄s erit tecum. Esto tu ppl'o in ijs q̄ ad deū ptinent: vt referas que dicūtur ad eum. ⁊. j. P:ouide de omni plebe viros potentes ⁊ timentes deū: in quibus sit veritas: et qui oderint auaritiam: ⁊ ꝯstitue ex eis tribunos/ ⁊ centuriones/ ⁊ quinquagenarios/ ⁊ decanos/ qui iudicent populum omni tempore ⁊c.

Tpalis ptās ecclesie cō ducibil.

¶ L.

Ex his autem rationibus per quas ostēsum est ꝙ nō supfluit potestas p̄ncipum temporalium in eccl'ia: licʒ spūalis potestas p:ehabeat tēporalem: concludi pōt/ ꝙ spūalis tēporalem iurisdictionē quā habet/ nō debet exercere immediate: loquendo regulariter ⁊ cōmuniter. Hoc em̄ requirit eius modus agēdi: qui est ꝑm imperiū ⁊ directionē: non autem ꝑm imediatam executionē. Hoc enim requirit eius dignitas: cui nō cōuenit inferioribus actionibus intendere. Hoc etiam requirit eius libertas circa spūales actus: cui expedit administratione rerum temporalium nō implicari ⁊ ipediri. vt. s̄. ꝓximo. §. ỽsi. ij. dictum est. Hoc etiam requirit operandi cōmoditas: que ꝓuenit ex eo ꝙ p ptātem temporalem adiuuat et munit. Hoc etiā requirit ordo ptātum: q̄ tolleret si spūalis ptās exerceret imediate iurisdictionē tpalem. vt hec. ỽ. ꝓximo sunt ꝓbata. ¶ L Licet aūt regulariter ⁊ cōiter nō debeat spūalis ptās iurisdictionē temporalē exercere: certis tm̄ causis inspectis ⁊ in aliquib⁹ casibus pōt imediate se de tēporalibus intromittere: sicut ⁊ ipse deus: licet de cōi lege agat in rebus mediantibus secūdis causis: tm̄ de lege speciali aliqñ agit p:eter ordinē secundarū causarū. hec ꝓbantur ex̄ de iudic. nouit. §. nō em̄ intēdimus. ex̄ qui fi. sint legi. lato:. §. si vero. ⁊. c. causam que. ij. §. uos attendētes. ⁊. c. p venerabilem. §. rōnibus. xcvj. di. cū ad verum. ⁊ c. duo sunt. xj. q. j. ꝓuenit. in fi. Casus de q̄bus se eccl'ia de tēporalibus intromittit/ no. ex̄ de fo. cōpe. licʒ. ⁊ plures posui. s̄. in p̄ncipio istius operis: vbi de hoc latius disputaui in. xxxvij. ar. post tria fol. ỽ. dicendū est igit. ⁊. j. e. ỽ. de q̄bus. ¶ Qd̄ aūt possint in casib⁹ ⁊ ex causa habētes potestatē spūalem intromittere se de tēporalibus: regulariter aūt ⁊ indifferenter hec non debeant facere: ex verbis apl'i. j. ad Co:. vj. pōt accipi vbi loquēs ꝯtra illos q̄ iudicia ꝯstituebāt apud infideles/ dicit. An nescitis qm̄ sancti de hoc mūdo iudicabūt: hūc mūdū vocās hoies malos: quos boni iudicabūt ⁊ cōparatione vite ⁊ ptāte. vt glos. dicit. sicut viri Niniuite: ⁊ regina Saba iudeos. cōparatiōe vite. vt dicit glos. Matth. xij. ⁊ Lu. xj. Et subdit apl's. Etsi in vobis. i. p vos/ iudicabit mundus: indigni estis q̄ de minimis iudiceris? q. d. vt glos. supplet. ⁊ vere de his potestis iudicare. Nescitis qm̄ angelos iudicabitis? scʒ malos ⁊ apostatas. quanto magis secularia? sic adaptat ista ỽba Innocē. iij. ex̄ q̄ fi. sint leg. p venerabilē. §. rōnibus. in fi. i. de reb⁹ secularib⁹. ⁊ sequit. Secularia igit iudicia si habueritis: ꝯtēptibiles q̄ sunt i eccl'ia ꝯstituite illos ad iudicandū. Hoc aūt dicit apl's ironice ꝯ illos q̄ eligebāt iudices fideles/ sʒ ꝯtēptibiles. i. idiscretos ⁊ viles. ⁊ huic expositiōi ꝯsonat qd̄ seqt. Ad verecūdiā vr̄am dico ⁊c. Uel alit ꝑm glos. q: dixerat apl's eos posse de his minimis iudicare: determiat q̄ ad hmōi negotia definiēda/ sunt ꝯstituendi. s. ꝯtēptibiles q̄ sunt i eccl'ia. Maiores em̄ spūalib⁹ intēdere dn̄t. Cōtemptibiles ḡ ꝯstituite. i. aliqs sapiētes: q̄ tm̄ sunt mino:is meriti. Apl'i em̄ p̄dicādo circūeuntes/ talibus nō vacabant. ij ergo terrenas causas examinent: q̄ exterio: rerum sapiam perceperunt. qui aūt spiritualib⁹ bonis dicati sunt: terrenis non debent negotijs implicari. vt dum nō coguntur terrebona disponere: valeant

Tpalia an sint a spūalib⁹ administranda.

basan: in quo requieuit. s. supbia. ferreus/q: superbus os frāgit. de q̄ Deut. iij. lect⁹ regis basan erat ferreus hn̄s. ix. cubitos lōgitudinis. ⁊ iiij. latitudinis. Og interptat̄ cōgregās seu coaceruans/vel. abscōdit⁹. Hic est lucifer suis terminis nō ɔtent⁹: cōgregās sibi ampli⁹ p appetitū honoris: abscōdit⁹/q: trāsfigurat⁹ in specie boni. Ois ambitiosus rex basan. Basan ɔfusio interptat̄. ɔfusio ista abiecti o ē ⁊ depssio. vn̄ Apoc. xij. ibi. Et piect⁹ ē draco ille magnus serpēs antiqu⁹: q̄ vocat̄ diabolus ⁊ sathanas. ⁊ quātū q̄sq̄ se gl'iauerit: tātū tormētū habebit. Apoc. xviij. Confusio ista nuditas ē ab oi bono. de q̄ Apoc. iij. ibi. vt nō appareat ɔfusio nuditatis tue. De hac ɔfusione Chrysosto. Quicūq̄ desiderauerit pmatū in terra: iueniet ɔfusionē in celo. nec iter seruos dei cōputabit̄: q̄ primatū tractauerit. xl. di. q̄cūq̄. al's est in. c. multi. Nouē cubitos habuit lectus ille: q: sup. ix. ordines angeloꝝ se extēdere voluit. Et iiij. latitudinis: q: de. iiij. supbiuit. vt dixi. ⁊ habuit imēsitatē bonoꝝ naturaliū. vn̄ Ezech. xxviij. Tu signaculū similitudinis plen⁹ sapia perfect⁹ decore: i delicijs paradisi fuisti dei. Ois lapis p̄ciosus opimentū tuū. ⁊ paulo post. Repleta sunt interiora tua iniq̄tate. i. ineq̄litate. iniquū em̄ mai⁹ esse nō potuit: q̄ se deo similē in potētia facere. Et peccasti/pctō maxime supbie. de q̄ in ps. xviij. Et emūdabor a delicto maximo. glos. i. supbia. de h̄ de pe. di. ij. pncipiū. q: sicut ait Bern. ꝓuidit rōnalē creaturā fore assumēdā ad eq̄litatē dei in vnitate ꝑsone: ⁊ quū se videret ceteris angelis pulchriorē: putauit q̄ ipse eēt illa creatura. ⁊ ideo supbiuit: ⁊ h̄ supbiēdo appetijt: fuit em̄ in eo cōiunctio ɔtraria sc; nature bone. ex de sum. tri. c. j. §. diabolus. xxiij. di. q̄ eps. ⁊ volūtatis a se male. vn̄ j. Reg. xvj. Spūs dn̄i malus exagitabat saul. Dn̄i d:/ꝓpter naturā bonam. Malus/ꝓpter volūtatē malā. ¶ Supbi ḡ ꝑsumptuosi ad imitationē diaboli rapiūt dei potētiā duobus modis. Primo p libidinē dn̄andi. nō em̄ est naturale hoi: vt appetat dn̄ari hoibus. quū nō sit creat⁹ vt dn̄aret̄ hoib⁹: sed brutis. vn̄ Gen. j. Dn̄amini piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ bestijs terre. sed h̄ est ex appetitu diabolico. vn̄ Bern. Quāti vsq̄ hodie feda sequunt̄ infeliciaq̄ vestigia. imo q̄ pauci euadū t q̄bus libido dn̄andi nō dn̄et̄. quē seq̄mini miseri. nōne iste est mons in quē ascēdit angelus: ⁊ factus est diabolus: Scd̄o p ɔtemptū obediēdi suo supiori. q̄d simil'r assimilat hoiem diabolo. Vn̄ illi q̄ ɔtempserūt obedire Sauli. j. Reg. x. dicunt̄ filij belial. q̄d interpratur absq̄ iugo. Hiere. ij. A seculo cōfregisti iugū meū. vtrūq̄ aūt habet honorē appetēs. q: pesse vult/⁊ nō subesse. Contra istos Aug. Locus supior: sine q̄ ppl's regi non pōt/etsi ita teneat̄/⁊ administret̄ vt decet: m indecēter appetitur. viij. q. j. q̄ epatū. Item Ber. Quoties hoib⁹ pesse desidero: toties deū meū pzeire ɔtendo. de illo nāq̄ scriptum est Luc. ij. ⁊ erat subdit⁹ illis. Itē Greg. Supbus toties ad culpā apostasie dilabit̄: q̄ties pesse hoib⁹ delectat̄. Item Chrys. O plate tāto igit̄ sumis caput tuū. Miror: si quē ɔtigerit saluari de ijs q̄ pncipant̄ in tātis ruinis ⁊ tanta pigritia. video m̄ currētes: ⁊ spōte se in picula ꝓijciētes. Item. Lu. xiiij. Villā emi. vno mō exponit̄. i. plationē multo labore acq̄siui. nec nō pcio aie cōparaui. Nā dn̄iū q̄ ambit: aiam pdit. q: gr̄am amittit: q̄ est vita aie. hanc lucifer pdens cupiditate ⁊ desiderio/emere voluit: ⁊ sedē regis celi pdidit. Sil'r pm⁹ hō ambiuit: ⁊ q̄ erat dn̄s oim. Gen. j. in seruitutē oim etiā publice cecidit. ⁊ seq̄tur in Luc. Et necesse habeo exire/ab eternoꝝ ɔteplatiōe/⁊ animi ɔsideratiōe/⁊ cordis cōpunctiōe. vt ait Greg. in ꝓlogo sup li. dialogoꝝ. Et videre illā. i. studiū applicare ad tpalē gl'iā; vel alteri⁹ curā. S; d: Eccl's. vij. Quid necesse est hoi maiora se q̄rere: Grandis villa est vita ꝓpria. felix q̄ hāc custodire sufficit. Prouer. iiij. Oi custodia serua cor tuū. vere h; locū hodie Can. j. posuerūt me custodem. i. platū. non tororē sc; aiarū ⁊ rerū eccl'iasticarū. xvj. q. j. in sacris canonib⁹. Iste est custos cui d: iij. Regū. xx. ꝓpe fi. Custodi virū istū: q̄ si lapsus fuerit/erit aia tua ꝓ aia eius. Hoc d:

Peccatū maximū

ꝓlato: de cuius manibus requirit̄ sanguis subditoꝝ. xliij. di. ephesijs. ex̄ de offi. oꝛ. irrefragabili. vbi de hoc. In vinea. i. i ecclia. Esa. v. Vinea dn̄i exercituū isrl̄ est. Mat. xxj. Malos male pdet ⁊ vineā ⁊c. Vineā meā nō custodiui: ꝯsciam meā ⁊ vitā meā. Cañ. viij. Vinea mea. i. ꝯsciencia mea coꝛam me est. Quiem̄ rectoꝛes hodie ⁊ custodes positi sunt in vinea dn̄i sabaoth: sunt illi q̄ vineā suā. i. vitam suā male custodierūt ⁊ custodiūt. Talib⁹ pessimis custodibus/ nō custodib⁹ sed vastatoꝛib⁹ vinearū/ plena est ecclia sctā dei. de ista materia satis p Bern̄. in pꝛe. s̄bis. Posuerūt me custodē. Cōtra tales ambientes ⁊ pꝛesumptuosos dicit spūs mendax. de q̄. iij. Regū. xxij. Egrediar ego spūs mēdax in oꝛe oīm ꝓphetarū. ascēde in ramoth galaad. Ita clamāt cogitatiōes elatiōis in coꝛde hoīs. Ascēde ad plationē: q: sufficiēs es: optime poteris administrare dignitatē cū salute aīe tue: imo magnā vtilitatē facies: q: malis q̄ iā extulerūt caput/ poteris ꝯtraire: humiles q̄ iam depssi sunt/ releuare. s3 manifeste falsa sunt q̄ ꝓponit. q: multi fuerūt boni ante plationē/ q̄ repꝛobati sunt post adeptā dignitatē. vt pt3 in Saule pus humili. j. Reg. ix. ibi. Erat saul elect⁹ ⁊ bon⁹: ⁊ nō erat vir de filijs isrl̄ melioꝛ illo. Iste tn̄ postea malus ⁊ supbus effect⁹/ meruit repꝛobari: ⁊ diabolo tradi. j. reg. xvj. ibi. Spūs dn̄i recessit a Saul: ⁊ exagitabat eum spūs nequā a dn̄o. Ramoth aūt interptat̄ excelsu3 signū: ⁊ significat dignitatē cui⁹ appetitus est certū signū repꝛobatiōis. Galaad interptat̄ trāsmigrātes testes. q: ibi fit trāsmigratio de bonitate in iniq̄tatē. ps. x. Trāsmigra in montē sicut passer. Cōtra hmōi cogitatiōes elatas sanū dat̄ ꝯsiliū Prouer. xxij. Noli esse cū ijs q̄ defigūt man⁹ suas. i. p̄sumūt fideiubere p subditis. ex̄ de renū. nisi. s̄. verū. quū vix sufficiant p se reddere rōnē. ex̄ de accu. q̄liter. ij. ⁊ q̄ vades. i. fideiussoꝛes ⁊ se offerūt p debitis. i. aīam suam obligāt p pctīs oīm sbditoꝝ. De materia ābitiōis. xl. di. añ oia. c. q̄cūq3. lxj. di. miramur. j. q. j. pncipat⁹. c. nō ē putāda. i fi. c. q̄cq̄d. c. oꝛdinatiōes. c. si q̄s neq3. c. nullus itaq3 p ambitū. ⁊. q. vj. sicut. ⁊. q. vij. sanxim⁹. xlvij. dist. mirū. viij. q. j. in scripturis. c. sciendū. c. q̄ epatū. c. si ergo. ex̄ de elec. q̄liter. ex̄ de rescrip. p. quia. li. vj. de con. pꝛe. detestāda. li. vj. ff. ad le. iul̄. de ambitu. p totū. lxxix. di. si q̄s papa. ex̄ de elec. in plerisq3. in clemen. ⁊. c. cū ꝯcessa ibidē. Adde hic qd̄ scripsi. j. in. ij. pte. in ij. c. tre. in ar. v. in. s̄. iuxta tropologiā. ⁊ in ar. x. §. postq̄. s̄. ambitiosa. cū. s̄. seq. ⁊ in. ij. pte in. §. expeditis. in ar. lxxiiij.

¶ Qd̄ autē dictū est. s. regis p̄miū esse honoꝛē ⁊ gloꝛiā: quātū ex dictis sapientū apparet: nō ea rōne gl̄iam ⁊ honoꝛē p p̄mio pncipi decreuerūt: tāq̄ ad h̄ pꝛincipal̄r ferri debeat boni regis intētio. S3 q: tolerabili⁹ est: si gloꝛiā q̄rat vl̄ cupiat/ vl̄ voluptatē sectet̄. Hoc em̄ vitiū s̄tuti ꝓpīqui⁹ ē. quū gl̄ia quā hoīes cupiūt nihil aliđ sit (vt Augu. definit) q̄ iudiciū hoīm bn̄ de hoībus opinātium. Cupido ergo gl̄ie aliq̄d h3 virtutis vestigiū: dū saltē bonoꝝ appꝛobationē querit: ⁊ eis displicere recusat. Paucis ergo ad virtutē venientibus/ tolerabilius videt̄ si pꝛeferat̄ ad regnū qui vel iudiciū hominū metuens/ a malis manifestis retrahit̄. Qui em̄ gloꝛiā cupit: aut vera via p virtutis opa nititur vt ab hoībus appꝛobet̄: vel saltem dolis ad hoc tendit atq3 fallacijs: aut p apertissima scelera q̄rit obtinere qđ diligit. vnde bestias superat siue crudelitatis siue luxurie vitijs. sicut in Nerone ⁊ Cesare pt3. cuius vt Aug. dicit. fuit tanta luxuria: vt nihil putaret̄ ab eo virile metuendu3. Tanta crudelitas: vt nihil molle hr̄e putaretur. Hoc aūt satis expꝛimit̄ p id qđ i eth. Aristoteles dicit de magnanimo: q̄ nō querit gl̄iam ⁊ honoꝛē: nec aliquid magnū est qđ sit virtutis sufficiēs p̄miū. ¶ Om̄ g̃ mūdanus honoꝛ ⁊ hoīm gloꝛia regie celsitudinis sufficiens pꝛemiū nō est: inq̄rendū restat quale sit sufficiēs pꝛemiū. Est aūt couenient vt rex pꝛemiū expectet a deo. minister em̄ p suo ministerio p̄miū expectat a suo dn̄o. Rex aūt ppl̄m gubernādo minister dei est dicēte apl̄o Roma. xiij. a. Qđ oīs ptās a dn̄o deo est. ⁊ ibi. dei em̄ minister est

Gl̄ia nō est regal̄ dominij p̄miū.

vindex in irā ei qui malū agit. ⁊. xxiij. q. v. nō solū. ⁊. c. qui malos. xxij. q. ij. qui monet. xxiij. q. j. qd culpat̄. ⁊ Sap. vj. Reges regni dei ministri esse describunt̄. Reges g̃ debēt pro suo regimine pꝛemiū expectare a dn̄o. xxiij. q. iiij. si nō ex fidei. Remunerat aūt interdū deus reges p suo ministerio bonis tpalibus. xxiij. q. v. §. hinc notandū. sicut alios. xxij. q. ij. si quelibet. sed taliū p̄mia sunt bonis malisq3 cōmunia. vn̄ Ezech. xxix. Nabuchodonosoꝛ rex seruire fecit exercitū suū seruitute magna aduersus tyrum: ⁊ merces nō est reddita ei neq3 exercitui eius de tyꝛo p seruitute q̄ seruiuit mihi aduersus eā. ea sc3 seruitute qua ptās: s̄m apl̄m Rom̄. xiij. dei minister est vidēx in irā ei qui male agit. ¶ S Et postea de p̄mio subdit. ꝓptera hec dicit dn̄s deus. Ecce ego dabo Nabuchodonosoꝛ regē babylonis in terra egypti. ⁊ diripiet spolia eius: ⁊ erit merces exercitui eius. Ezech. xxix. d. Regib⁹ aūt bonis mercede3 dabit eternā. j. Pe. v. ibi. Pascite q̄ in vobis est gregē dn̄i: vt quū venerit pnceps pastoꝝ: chꝛistus sc3: pcipiatis immarcessibilē gl̄ie coꝛonā. xcv. dis. esto. de qua coꝛona Esa. xxviij. Erit dn̄s sertum exultatiōis ⁊ diadema gl̄ie ppl̄o. Ista coꝛona est btitudo p̄rie. btitudo aūt dr̄ bonū pfectū: cōpꝛehendens oia desiderabilia. tale aūt nō est bonū terrenū qđ nūq̄ satiat. xiiij. q. iiij. quid dicā. Quū g̃ nihil terrenū quietare possit aīam: neq3 terrenū aliq̄d btm̄ facere pōt: vt esse possit regis couenīēs p̄miū. vn̄ Aug. li. v. de ciui. dei. c. xxiiij. Chꝛistianos pncipes nō felices dicimus: q: diu imperarūt: vel imperātes filios moꝛte placida reliquerunt: vel q: hostes reipublice domuerūt. vel inimicos ciues aduersus se insurgentes cauere ⁊ oppꝛimere potuerūt: s3 eos felices dicim⁹/ si iuste impant: si malūt cupiditatibus pꝛauis q̄ q̄buslibet gentib⁹ imparē: si oia faciunt nō ꝓpter ardoꝛē inanis gloꝛie/ s3 ꝓpter charitatē felicitatis eterne. Tales ipatoꝛes chꝛistianos esse dicim⁹ felices: interim spe: postea re ipsa futuros: quū id qđ expectam⁹ aduenerit. s. posui. xxxvij. ar. s̄. item phus. Item nihil est qđ hoīem btm̄ possit facere ei⁹ implēdo desideriū. s. nisi deus. Ps. cij. Qui replet in bonis desideriū tuū. August. Tante dignitatis est humana cōditio: vt nullū bonū pꝛeter summū bonū ei sufficere possit. Ps. lxxij. Quid enim mihi est in celo: ⁊ a te q̄d volui sup terrā: sequitur. Mihi adherere deo bonū est: ⁊ ponere in dn̄o deo spem meam. Ipse est q̄ dat salutē regibus. s̄m ps. cxliij. Nō solū tpalē: qua cōiter saluat hoīes ⁊ iumēta. vt in ps. xxxv. Hoies et iumēta saluabis ⁊c. sed etiā spūalem. de qua Esa. dicit li. c. Salus aūt in sempiternū erit. qua hoīes saluat: eos ad equalitatē angeloꝝ pducens. Sic g̃ verificari pōt q̄ regis p̄miū sit honoꝛ ⁊ gloꝛia. Quis em̄ mūdanus ⁊ caducus honoꝛ huic honoꝛi similis eē pōt: vt hō ciuis sit dei. Eph. ij. ⁊ domesticus dei: ⁊ inter filios dei cōputat⁹: ⁊ hereditatē regis celestis assequat̄ cū chꝛisto: heres dei: coheres chꝛisti: s̄m apl̄m. Rom̄. viij. de hoc honoꝛe ps. cxxxviij. Nimis honoꝛati sunt amici tui de⁹ ⁊c. et iterū ps. viij. Gloꝛia ⁊ honoꝛe coꝛonasti eū ⁊c. Hec est gloꝛia q̄ ꝯfitebit̄ suos ꝯfessoꝛes in gl̄ia p̄ris ⁊ coꝛam angelis filius. Matth. x. d. Qui hanc gl̄iam. de qua. j. Coꝛ. iiij. Lu. xiiij. ps. cxlix. gloꝛia hec est ⁊c. querūt: eā inueniūt. ⁊ q̄ eā non querunt: humanā ꝯsequūtur. Cōsiderādū est etiā q̄ eminēter obtinebunt btitudinē dei: q̄ officiū regiū laudabilit̄ exequūtur. tum q: se ⁊ alios regūt. tum q: bonū multitudinis diuini⁹ est q̄ vni⁹. tum q: si a deo dat̄ p̄miū cuiq3 p̄uate psone: si egēti subueniat. Matth. xxv. lxxxvj. di. pasce. si discoꝛdantes pacificet. xc. di. c. j. ⁊. c. pcipim⁹. si oppssum a potente eripiat. ps. lxxj. ⁊. lxxxj. si libauit pauperē a potēte. xxiij. q. iij. ab impatoꝛib⁹. quāto magis laudādus est ab hoīb⁹/ ⁊ p̄miādus a deo: q̄ totā ꝓuinciā facit pace gaudere: violētiā cohibet: iustitiā seruat: ⁊ dispōit q̄d sit agēdū ab hominib⁹/ suis legib⁹ ⁊ p̄ceptis: Tu3 q: pcipue magnitudo regie s̄tutis pcipue dei similitudinē gerit: dū hoc agit in regno qđ deus in mundo. vn̄ in Exo. xviij. c. iudices multitudinis vocant̄ dij. Imperatoꝛes etiā apud romanos

btitudo regum merces

Gloꝛia quō regū dicat̄ p̄miū

dū vocabant. & leges vocāt imperatorē diuū. Item Grego. Quid est regnū multitudinis: nisi tēpestas mentis? quiero aūt mari & imperitus nauē dirigit. turbato autē tēpestatis fluctibus/etiā peritus nauta se confundit. vnde plerūqȝ in occupatione regiminis ipse q̄ boni opis vsus pditur: q̄ in trāquillitate tenebat. Valde em̄ difficile est vt inter linguas sublimiter honorātiū: & obsequia humiliter salutantiū nō extollant pncipes. s; sese hoies meminerint. & Eccli. xxxi. Beat⁹ diues q̄ post aurū nō abijt. & bm pūerbiū. Principatus virū ostēdit. multi ad pncipatus culmen puenientes/a virtute deficiūt: q̄ dū in statu infimo essent/virtuosi videbant. vñ dr. Honores mutant mores. dicebat Archidiaconus. imo detegunt. vt in Saule prius humili: in regno supbo. j. Regū. xv. Ipsa ergo difficultas q̄ pncipibus iminet ad bene agendū: eos facit maiori premio dignos. xl. dist. ante oia. Et si aliqñ p infirmitatē peccauerint: apud hoies excusabiliores reddūtur: & facilius a deo veniā pmerent: si/vt Augu. ait/p suis pctis humilitatis & miseratiōis & orōnis sacrificiu; deo suo vero nō negligūt imolare. vñ de Achab rege isrl' dñs ad Heliam. q̄ humiliat⁹ est achab &c. nō inducā malum in dieb⁹ eius. iij. Reg. xxi. de pe. dist. iij. talis mihi. sub §. ecce. & c. sicut achab. De pmio excellenti regum. Zach. xij. ibi. sed domus dauid erit sicut dom⁹ dei. q̄: simul sicut regendo fideliter dei officiū gessit in pplo: ita in pmio ei ppinquus inherebit. vñ & antiq̄ ciuitatū rectores atqȝ cōseruatores in deos trāsformari putabāt. Vñ & sicut psbyteri q̄ bene psunt/ duplici honore digni sunt. j. ad Timo. v. & xcv. di. ecce ego. sic & boni reges hic & in futuro singulari honore. Et de hoc loquit̄ christus in parabola de seruo bono & fideli acquirenti de vna mna. x. q̄ constituit sup. x. ciuitates. & de alio lucranti de vna. v. cōstituto sup. v. ciuitates a dño. Luce. xix. simile Matth. xxv. in parabola de talentis. Et sicut boni reges amplior̄i gl'ia in celestibus digni sunt: q̄ eoȝ subditi: sic & tyrāni amplior̄i tormēto in gehēna puniet̄. ar. xi. q. iij. pcipue. xxv. q. j. nulli fas. Nā potentes tyrāni potenter tormenta patient̄. Sap. vi. viij. q. ij. illud. imo & hec tpalia bona pter q̄ tyrāni iustitiā deserunt: magis ad lucrū pueniūt regibus: dū iustitiā seruāt.

Vis amicitie.

Nam iustitia amicitiā seruat. q̄ amicitia virtuosos in vnū conciliat: virtutē conseruat/atqȝ pmouet. nec est alicuius tyrāni tanta crudelitas: qn amicitia delectet̄.

Damōis & pythie amicitia

Nā Dionysius in Sicilia syracusanoȝ tyrānus crudelissimus/ quū duoȝ amicoȝ q̄ Damon & Pythias dicebant̄: alterū occidere vellet: is q̄ occidēdus erat/inducias ipetrauit: vt domū pfectus res suas ordinaret. Alter vero amicoȝ obsidē se tyrāno p eius reditu dedit. appropinquāte aūt pmisso die: nec illo redeūte: vnusquisqȝ fideiussorē stultum arguebat. at ille nihil se de amici cōstantia metuere predicabat. eadē aūt hora q̄ fuerat pfixa/occidendus rediit. Admirans aūt animū amboȝ tyrānus/supplicū pter fidē remisit: & se petijt eoȝ amicitie sociari. Rex aūt bonū cōe querēs/oēs suos subditos diligit: & ab eis diligit̄. vnde et hoc fit regnū stabile. Vñ & refert Suetonius q̄ Juli⁹ Cesar milites suos adeo diligebat. vt audita quorūdam cede/capillos & barbā ante nō depeserit q̄ vindicasset. q̄bus rebus sic deuotissimos & fortissimos milites reddidit: q̄ pleriqȝ eoȝ capti cōcessam sibi libertatē sub ea cōditione si militare aduersus cesarē vellent recusarēt. Octauianus etiā Augustus q̄ modestissime imperio vsus est/ intantū diligebatur a subditis: vt pleriqȝ morientes victimas quas deuouerant imolare mandarent: q̄ eū supstitem reliquissent. vñ & Salomon Sap. vi. Rex q̄ iudicat in iustitia populos pauperes: thronus eius in eternū firmabit̄.

Nō diuturnū tyrāni dominiū.

¶ H Tyrānoȝ vero dñium diuturnū esse nō pōt: quū sit multitudini odiosum. Nam tyrāni regnū solo timore sustentat̄: vñ & timeri se a subditis tota intentione pcurant. Timor aūt est debile firmamentū. nam q̄ timore subduntur: si occurrit occasio qua possint in ptātē sperare: ptra presidentes insurgūt eo ardentius quo magis cōtra voluntatē et solo timore cohibent̄. vñ Aug. Qui ex timore peccare desinit: voluntatē peccādi habet. viuit ergo in eo peccandi volūtas: q̄ tunc apparet in opere si sequat̄ impunitas. sed peccare nō vult charitas: etsi sequatur impunitas. Ad hoc faciunt. iiij. dist. facte. xxiij. q. vi. §. ex his. et de regu. iur. qui ex timore. vbi de hoc. Non pōt ergo dñium tyrāni diuturnū esse. vñ & Aristote. in suis politicis multis tyrānis enumeratis/oim monstrat dñium breui tpe fuisse finitū: quoȝ tñ aliqui diutius pfuerunt: q: nō multū in tyrānidem excedebant: sed quātum ad multa imitabant̄ regalē modestiā. Hoc etiā apparet ex consideratione diuini iudicij: q̄ regnare facit hypocritā. Job xxxiiij. pter pctā populi. Nullus autē verius hypocrita dici pōt/q̄ qui regis assumit officiū: & exhibet se tyrānū. nam hypocrita dr/qui alterius psonam repsentat. Si ergo deus pmittit tyrānos pter pctā populi: & talis pmissio ira dei cōsueuit appellari. vñ Osee. xiij. Dabo eis regē in furore meo. sed infelix talis rex q̄ in furore dei conceditur. nō em̄ stabile pōt esse eius dñium: q: nō obliuiscit̄ misereri deus. qnimo est patiens/& multe mie/& prestabilis sup malitiam. Johel. ij. Non q̄ pmittit deus diu regnare tyrānos: q: sedes ducū supboȝ destruxit: & sedere fecit mites pro eis. Eccli. x. sicut apparet in Saule supbo reprobato: & Dauid humili substituto. j. Reg. xvi. Experimēto etiā apparet q̄ reges p iustitiā magis adipiscant̄ diuitias: q̄ p rapinam tyrāni: q: em̄ tyrāni semp sunt in timore pdendi dñium: q: multitudini displicent: opȝ eos multos hr̄e satellites & custodes: & plura expendere q̄ a subditis rapiant. Quia vero regum bonoȝ oībus dñium placet: oēs subditos p satellitibus habēt. Sed interdū plura p necessitatibus regibus donant spōte: q̄ violēter rapiāt tyrāni. & sic adimplet̄ qd Salomō dicit Prouer. xi. Alij. s. reges diuidūt ppria bnfacīēdo subditis: & ditiores fiunt. Alij scȝ tyrāni rapiūt nō sua: & semp in egestate sunt. imo & iusto dei iudicio agit̄/vt q̄ iniuste diuitias cōgregāt: inutiliter eas dispergāt: aut iniuste auferant̄ ab eis. ar. xvi. q. vij. maiores. Nā qui sectatur auaritiā/cōturbat domū suā. Prouerb. xv. Regi bono adduntur diuitie. vt Salomoni petenti sapiam dedit deus rerū abundantiā cū sapientia. iij. Regū. iij. d. De fama aūt supsluū videt̄ dicere. Quis em̄ dubitat bonos reges nō solum in vita/s; magis post mortē quodāmodo laudibus hoim viuere: maloȝ aūt & tyrānoȝ nomen statim deficere? vel si famosi in malitia fuerint: cum detestatione habent̄ in memoria. vñ Prouerb. x. b. Memoria iusti cū laudibus: nomē autem impioȝ putrescet. & Eccli. xlix. Memoria Josie in cōpositione odoris.

Regi officiū qle debeat esse.

¶ J Cōsequēs est aūt cōsiderare quid sit regis officiū & qualē opoteat esse regem. Quātū ad officiū/ita sit rex i regno: sicut rō in corpore/& aīa. & sicut de⁹ in mūdo. que si diligēter cōsideret rex ex altero ī eo iustitia accendit̄: dum cōsiderat ad hoc se positū/vt loco dei iudiciū in regno exerceat. xxiij. q. v. regum. Ex altero vero māsuetudinis & demētie lenitatē acqrit: dum putat singulos q̄ suo subsunt regimini/sicut ppria mēbra. ad hoc xlv. di. disciplina. vñ Aug. ad Marcellianū comitē. Imple christiane iudex pij pr̄is officiū. sic succēsere iniqtati memineris: vt nō in pctoȝ atrocitatib⁹ exerceas vlciscēdi libidinē: sed pctoȝ vulnerib⁹ curandi adhibeas volūtatem. noli pdere paternā diligentiā quā in ipsa inq̄sitione seruasti. &. j. Ad hoc em̄ mitissimi hoies facinus admissum diligēter atqȝ instanter examinare debēt: vt quibus parcant inueniant. xxiij. q. v. circūcelliones. in fi. ¶ Officium aūt pncipale regum/est dirigere suum regimen in finē verū: q̄ est beatitudo eterna. vñ sic oȝ suos subditos in hoc mūdo peregrinos regere: vt efficiant̄ ciues & domestici dei. Eph. ij. q: quādiu sumus in corpe: peregrinamur a dño. ij. ad Cor. v. c. Sed q: finē fruitionis diuine homo nō consequit̄ p virtutē humanā/sed diuinā: q: gr̄a dei vita eterna. Roma. vi. Perducere ad illum vltimū finem/non est humani p se regiminis: sed diuini. Ad illum

ergo regem hoc ptinet pncipaliter: qui nõ solum est hõ, sed etiã deus: scʒ dñm nostrũ iesum christũ: q hoies filios dei faciens, in celestẽ gl'iam introducit. ppter qd nõ solũ sacerdos: sed et rex in sacro eloquio noiatur. Hiere. xxiij. Regnabit rex. et sapiẽs erit. Unde ab eo regale sacerdotiũ deriuatur. et (qd est amplius) christi fideles inquãtũ sunt mẽbra eius, reges et sacerdotes dñi dicunt. j. Pet. ij. ex de sacra vnc. c. j. §. q: vero. Huius aũt regis ministeriũ, vt a terrenis spũalia essent discreta. xcvj. di. cũ ad verũ. nõ terrenis regibus: sed spũalibus, scʒ sacerdotibus, est cõmissum: et pcipue summo sacerdoti Petri successori romano psuli: cui oẽs reges ppl'i christiani op3 esse subditos, sicut ipsi dño iesu christo. lxiij. dis. valentinian⁹. ex de iudic. nouit. ex de maio. et obe. c. solite. xcvj. dis. quis dubitat. et c. duo. Sacerdotiũ aũt gentiliũ et totus diuinorũ cultus ppter bona tpalia cõquirenda ordinabat. ppter qd conuenienter sacerdotes gentiũ regibus subdebãtur. sicut et in veteri lege pmittebant bona terrena. vñ et in veteri lege sacerdotes leguntur regibus subiecti. Sed in noua lege est sacerdotiũ altius: p qd hoies traducunturad bona celestia. vñ et in lege christi reges debent esse subiecti sacerdotib⁹. vñ mirabiliter ex dei puidẽtia factũ ẽ: vt in romana vrbe quã de⁹ puiderat christiani sacerdotij sedẽ futurã: hic mos paulatim inolesceret. vt ciuitatis rectores sacerdotibus illis gẽtilibus subderent. et narrat maximus valerius li. j. ¶ Et: Qualẽ aũt regẽ esse oportea s. in isto opere dixi in. xlj. et pleni⁹ i. xlij. arti. Quia ho. s. x. cõditiones in summa posui, q regnũ efficiũt gloriosum: ad earũ declarationẽ nũc redeo. Et est, vt dictũ est, Prima cõditio: q regnũ recte sit institutũ. Qd tũc est: quñ non violẽtia, neq fraude, aut alio quouis indebito mõ, sʒ auctoritate legitima regni dñatus assumit: sicut in regno israelitarũ legit accidisse. j. Reg. ix. x. c. vñ et Absalon regnũ occupans, male periit. ij. Reg. xv. xvj. xvij. et. xviij. c. simil'r et filius Dauid Adonias. iij. Regũ. j. et. ij. c. et multi alij. Hec aũt cõditio inuenit in eccl'iastico regno. Est eñ institutũ a deo: in cuius manibus sunt oia iura regnorũ et oim ptãtes. in aut. quõ op3 epos. in pn. coll. ij. x. di. et susci pitis. xxij. di. c. j. ¶ Scda cõditio. q sit regnũ antiquũ. ad laudẽ eñ regis ptinet et nobilitatem: q diu ante durauerit. sic eñ et ipsos nobiles homies et gloriosos vocamus: quorũ pgenitores ex antiquo diuites et potentes fuerũt. Ista cõditio apparet in regno Assyriorũ: qd antiquissimũ fuit, et durauit. vt. s. dixi in. xlj. ar. in pn. sm Aug. Hec autem cõditio est in regno eccl'ie: qd ab ipso mũdi pncipio incepit in sanctis angelis et hoibus deũ colentibus. sicut s. late dixi iuxta pncipium istius opis in. xxxvj. ar. ¶ Tertia cõditio. q sit ordinatũ. nã multitudo sine ordine, confusio est. Ordo aũt regni in hoc consistit: vt sint in eo diuersi gradus: hoim diuersi status: et diuersa officia: put expedit vtilitati regis pariter et decori. Huius cõditiõis exẽplum cõsiderare possumus in regno isrl' tpe Dauid et Salomonis: et in regno Romanorũ. sicut patet legentib⁹ vtriusq regni gesta et historias. Hec cõditio est in regno ecclesie: qd est sapientissime ordinatũ. lxxix. di. singula. et c. ad hoc. xciij. di. legimus. et. c. a subdiacono. ex de maio. et obe. c. j. et. c. statuimus. q: in domo dei pris mãsiones multe sunt. Jo. xiiij. de pe. dist. iiij. in domo. ¶ Quarta conditio. q sit vnitũ p concordiã, eorũ scʒ qui sunt in regno. Dissensio eñ regni destructionẽ causat: q: omne regnũ in se diuisum desolabitur. Matth. xij. Luc. xj. xxv. q. ij. si ea. econtrario concordia regni est causa salutis ipsius: et p consequẽs glorie. Hec cõditio reperitur in eccl'ia: que vnita et concors est vinculo charitatis. xij. q. j. c. j. xxiiij. q. j. c. loquitur. et. c. schisma. xvj. q. vij. sicut. de cõse. di. iiij. eccl'ie vnitas. ¶ Quinta cõditio. q sit iustũ et bonũ. vt scʒ iustis legib⁹ et bonis moribus regatur et viuat. sicut apparet in regno Romanorũ: apud quos fuerunt laudabiles mores: quales esse possunt sine fide. xxviij. q. j. §. ex his. de hoc scripsi s. xlj. ar. Hec aũt conditio inuenitur in ecclesie regno: qd in sanctissimis legibus et optimis moribus viuit et regitur. x. dist. per totum. ex in prohemi. decre. rex pacificus. et ex in phemi. sacrosancte. lib. vj. et in phemi. clemen. io. §. dudum. ¶ Sexta cõditio. q sit magnũ et amplũ: et hominũ numero, et terrarũ spatio. vt ptʒ in regno Romanorũ. quia in lata gente gloria regni est. j. q. iiij. §. item peccato. ℣. his ita. post colũ. ibi. item dauid. Prouer. xiiij. In multitudine populi dignitas regis: et in paupertate plebis ignominia. alia translatio est mca q Hiatiani. Hec cõditio in regno est eccl'ie longe lateq diffuso: et hoibus fidelibus pleno. xxj. dist. quis. xxiij. di. legimus. ad mediũ. ibi. et Gallie: et Britãnie: et Aphrica: et Persis: et oriẽs: et India: et omnes barbare nationes: vnũ christũ adorant: vnã obseruant regulam veritatis. ¶ Septima cõditio est. q sit abundans et copiosum omni scʒ diuitiarũ genere plenũ. sicut apparet in regno isrl' tempore Salomonis. et in regno Romanorũ tempore Augusti cesaris. Hec cõditio reperitur in regno eccl'ie, pleno viris spũalibus et bonis que sunt vere diuitie. de qbus Prouerb. vlti. in fi. Multe filie cõgregauerũt diuitias: tu supegressa es vniuersas. Sunt etiã in ecclesia diuitie tpales: quarũ bono et recto vsu meretur bona eterna: sicut malorũ cõgregatio earum abusu meretur penã eternã. ad hec. xij. q. j. duo sunt. et. q. ij. aurum habet eccl'ia. xx. di. et hec scripsimus. xxxiij. q. v. sm. xlvij. di. sicut hi. In hac aũt cõditione comprehendit finis ecclesiastici regis: qui est beatitudo. q sm Boetium est status oim bonorũ aggregatione pfectus. Sed in hac vita nõ est regimen beatũ pfecte: sed sm quãdam plibationẽ et inchoationẽ. In futuro aũt erit plene beatũ: quñ replebitur ab vbertate domus dei. Adde hic qd scripsi. s. xxvij. ar. §. ad illa. ℣. ij. cum. ℣. seq. ¶ Octaua cõditio. q sit forte et firmum: vt scʒ vinci nõ possit: sed magis possit quecũq aduersantia deuincere. vt ptʒ in regno Romanorũ ferreo, oĩa confringente. Dan. ij. Hec conditio est in regno eccl'ie: qd manet inuictũ: et victoriam de hostibus obtinens: oppugnari quidẽ põt: sed expugnari nõ potest. et impugnationibus crescit. xij. q. j. futuram. in pn. ¶ Nona conditio que regnũ gloriosum facit: est: q sit pacificum et quietũ. Ad pacem eñ ois multitudo et cõmunitas finaliter tendit. hoc ptʒ in regno israel tẽpore Salomonis: q ppter hoc rex pacificus dictus est. iij. Reg. iiij. et in regno Romanorũ tẽpore Octauiani. Hec conditio reperitur in regno ecclesie. xxiij. q. v. pncipes. xcvij. dis. eccl'ie. cuius rector: est christus pacis author. ex in phemi. decre. rex pacificus. qui est etiã nostra pax. ad Eph. ij. ex in clemen. de sepul. dudum. §. scimus. Licet eñ illa pars que peregrinat in terris, aliqñ careat pace temporis: habet tamen pacẽ pectoris. de qua. xj. q. iij. inter verba. in fi. ibi. q: si nos in mente charitatẽ erga odientes seruare cupimus: etsi illi nobiscũ pacem nõ habeant: nos tamẽ cũ illis sine dubio habeamus. xxij. q. j. noli. peruentura demũ ad pacẽ eternitatis. de qua ps. cxxiij. et. cxxvij. Pax sup israel. i. sup videntes deum. et Esa. xxj. Sedebit ppl's meus in pulchritudine pacis. ¶ Decima cõditio est. q sit durabile et perpetuũ. Ad perpetuitatem nãq intendere debet ois cõmunitas. sed hoc terrenũ habere nõ potest ppꝛie loquẽdo: quia oia regna terrena defecerunt et deficient. et sm ps. ciij. In suũ puluerem reuertentur. Sed hec cõditio in regno ecclesie militantis et triũphantis est. quia hoc est regnũ qd non corrũpetur. Dan. ij. Suscitabit deus regnũ celi: qd in eternũ non dissipabitur. ps. cxliiij. Regnũ tuuʒ regnũ omniũ seculorũ. et Luce. j. Et regni eius non erit finis. In his ergo. x. conditionibus attẽditur gloria ecclesiastici regni. omnes alie cõditiones in istis clauduntur. quasdam aũt conditiones de predictis nũc impfecte habet ecclesia: in futuro aũt plene habebit. Unde p illo statu plene dicetur. ps. cxliiij. Gloriam regni tui dicent. Erit eñ tunc eccl'ia nõ habens maculam, neq rugam, nec aliquid hmoi. Eph. v. xxj. dist. quis. xxxj. q. iiij. recurrat. Hec autẽ conditiones ad. iiij. reducũtur: que in symbolo tan

Gẽtiliũ sacerdotes cur regibus fuere subditi.

Ad regnũ esse gl'ia dignũ q necessaria.

guntur. vbi dicit. Et in vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. quatuor verba ex posui. s. §. nunc de gradibus. et. primo enim. in arti. liiij. et in decre. extraua. vnam sanctam. que exponitur. s. §. restat. i ar. li. sed in. §. sequen. lati⁹. lxiij. ar. de cons. di. iiij. prima igitur. ¶ Articulus. lxiij. A

Unitas ecclesie probatur

Ostendendum est autem primo quod regnum ecclesie est vnum. Quod ex hoc patet: quia omnis multitudo participat aliqualiter vno. alioquin multitudo ipsa confunderetur et distraheretur. vt probant. vnde beatus Dionysius vlti. c. de diuinis nominibus ait. quod non est multitudo non participans vno. sed que sunt multa partibus: sunt vnum toto. que sunt multa accidentibus: sunt vnum subiecto. que sunt multa numero aut virtutibus: sunt vnum specie. que sunt multa speciebus: sunt vnum genere. que sunt multa processibus: sunt vnum principio. Ecclesia vero multitudo quedam est plurium personarum: quare oportet ipsam esse vnam: quod et ipsum nomen ecclesie insinuat. Nam ecclesia idem est quod conuocatio. i. ad vnum et in vnum plurium vocatio. de cons. di. i. ecclesia. Iterum maior est conuenientia inter creaturas intellectum habentes/ quam inter partes vniuersi: que sunt corporalia. sed totum vniuersum quod diuersa comprehendit/ est vnum velut vnus principatus vnius principis dei: multo magis ecclesia que solum rationalia et intellectualia continet vna est. ¶ B Oportet autem considerare vlterius per quid et qualiter ecclesia dicitur et est vna. Circa quod illud est primo attendendum: quod differt vnitas/ et vnio: vnum et vnicum. Unitas enim excludit multitudinem. vnio autem attenditur in multitudine. vnde vnum proprie dicitur: in quo est multitudo. vnicum autem dicitur quod multa comprehendit. ergo cum ecclesia sit multitudo quedam magis dicitur proprie vnica quam vna. et eius connexio magis proprie dicitur vnio quam vnitas. tamen secundum communem loquendi vsum et in scriptura vnum sumitur pro alio. Siue ergo vna siue vnica dicatur ecclesiastica multitudo: videndum per quid habeat vnitatem vel vnionem. Et siquidem queratur per quid formaliter sit vna: dicendum est quod per tres virtutes theologicas. s. fidem: spem: et charitatem: vt iam patebit. Si vero queratur per quid sit vna efficienter: dicendum est quod vnitas ecclesie a tota trinitate diuina communiter esse habet: sicut a principio effectiuo: patre dico et filio et spiritusancto. sed interdum appropriatur singulis personis ex diuersis causis. Aliquando enim appropriatur patri: eo quod ipse est principium totius diuinitatis. et vnitas habet rationem principij. vnde secundum Augu. patri appropriatur vnitas. hec appropriatio innuitur Io. xvij. vbi dicitur. Pater serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut et nos vnum sumus. ex de sum. trini. c. ij. §. rursus. vbi exponitur istud vnum. ibi. non enim fideles christi sunt vnum. i. vna res que communis sit omnibus. sed suo modo sunt vnum. i. vna ecclesia: propter catholice fidei vnitatem. et tandem vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis. Aliquando vero appropriatur filio propter naturam scilicet assumptam. secundum quam speciali modo conuenit ei quod sit caput ecclesie quantum ad homines: propter conformitatem scilicet nature ex capite. Ex capite namque dependet vnio membrorum. vnde dicit apostolus Eph. iiij. Crescamus in illo per omnia qui est caput christus: ex quo totum corpus compactum et connexum. ex de sacra vnc. c. i. Aliquando autem appropriatur spiritusancto qui est amor. vnire autem precipue conuenit amori. vnde super illud apostoli. Eph. iiij. Unum corpus: et vnus spiritus. dicit glos. vnum corpus/ multorum adunatione membrorum. et vnus spiritus/ quo vnum corpus efficimur: propter societatem quam facit spiritussanctus appropriate. licet tota trinitas coiter hoc operetur. propter quam insinuandam illi in quos primitus venit ipse spiritussanctus linguis omnium gentium sunt locuti. Actuum. ij. de cons. dis. iij. c. vlti. et di. iiij. proprie. quia per linguas societas humani generis constat. et sic per linguas gentium figurabatur ista societas membrorum christi futura in omnibus gentibus. Unde bene vnitas hec appropriatur spiritusancto: qui est nexus et amor. et quia per amorem habet esse vita spiritualis anime: quum per ipsum anima deo iungatur qui est eius vita. de pe. di. i. resuscitat⁹. sub. §. hoc idem.

Inde est quod per spiritumsanctum dicitur ecclesia viuificari: per quem dicitur et vniri. quia enim viuere viuentibus est esse: et per idem habet aliquid esse et vnum esse: ideo per idem habet ecclesia vitam et vnitatem. ¶ Uiso autem per quid vniatur ecclesia: videndum est consequenter de modo vnionis vel vnitatis ipsius. Non autem potest dici ecclesia/ vna sicut aliquis homo dicitur vnus vnitate suppositi et persone. nisi forte secundum similitudinem. quia sicut multa membra corporis sunt vnum corpus: sic multi fideles sunt vna ecclesia. ex de sum. tri. c. ij. §. verum. Nec potest dici vna secundum vnitatem nature speciei: quia ecclesia non solum homines: sed etiam angelos comprehendit: qui specie differunt ab hominibus. licet in hoc opere sit principaliter intentio de ecclesia specialiter. vt est congregatio hominum fidelium que dicitur ecclesia militans. Sed dicitur ecclesia vna collectiue: sicut multi homines sunt vnus populus. iij. Reg. xxij. Populus meus et populus tuus vnum sunt. et Actuum. iiij. Multitudinis credentium erat cor vnum etc. de hoc. xij. q. i. dilectissimis. ex de sum. tri. c. ij. §. verum. et. §. rursus. de cons. di. iiij. queris a me. i pn. in sancta compage corporis christi. et paulopost ibidem. per hanc societatem vni⁹ eiusdemque spiritus etc. et sequitur. ibi. Potest enim in hoc et in illo homine: etiam si seinuicem nesciant: vnus spiritus esse. et post. Tota que hec sancta mater ecclesia que in sanctis est/ facit: quia tota omnes/ tota singulos parit. Porro secundum Ber. multiplex est vnitas. Nam est vnitas naturalis inter corpus et animam: et hec dicitur integralis. quia homo ex corpore et anima integratur. ex de cele. mis. in quadam. §. i. ibi. nam ad esse hominis etc. Ista etiam vnitas naturalis est. et est due inter homines et hominem: masculum et feminam: quia eiusdem et vni⁹ nature sunt. xxxiij. q. v. nisi illud. Est alia vnitas carnalis inter virum et vxorem. de qua Gen. ij. Et erunt duo in carne vna. ad vnam carnem procurandam. vt no. in. c. debitum. s. allegato. ex de diuor. gaudemus. §. verum. xxxv. q. x. fraternitatis. Designatiua sacri et ecclesie. ex de biga. debitum. in. s. ¶ Uirtualis. que homines sibiipsi coniungit: ne per diuersa defluat: sed cum ps. xxvj. dicat. Unam petij a domino etc. Unde talis vnitas/ est integritas mentis: per varios et diuersos affect⁹ non immutantis seipsam. vnde Eccli. xxvij. Homo sanctus in sapia manet semper sicut sol. i. vniformiter. Nam stultus sicut luna mutatur. que licet substantialiter vna sit: tamen per immutationem accidentium semper est a semetipsa diuisa. sic et stultus tot personas videtur habere quot mores. Hiere. ix. De malo ad malum egressi sunt. s. de cogitatione in cogitationem: de desiderio in desiderium: de peccato in peccatum. Quod pauloante placuit: nunc displicet. quod nunc eligunt: post paululum reprobant. Ad hanc imitationem hortamur Deut. vj. Audi israel: dominus deus tuus vn⁹ est. vbi non tantum vnus numero designatur: quum supra omnem numerum sit credendus: sed quia numquam ab alio in aliud mutatur. sicut dicit ps. ci. Tu autem idem ipse es. Unde ipse ait Malach. iij. Ego deus: et non mutor. In hac vnitate debet rationalis spiritus suum principium imitari. et de hac potest intelligi quod dicit apostolus. i. ad Cor. ix. Unus accipit brauium. ¶ Moralis. que nos coniungit proximo. vnde ps. lxvij. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Hec est conformitas charitatis. de qua Actuum. iiij. Multitudinis credentium erat cor vnum et aia vna. xij. q. i. dilectissimis. ex de sum. tri. c. ij. §. verum. Unus intellectus in fide: et vnus affectus in charitate. Cuius suauitatis dulcedinem exprimit ps. cxxxij. quum ait. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in vnum. et vtilitatem ostendit. quia hic meretur benedictionem gratie: et in futuro vitam glorie. Ad hanc nos hortatur apostolus Eph. iiij. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. vnde Bern. Unusquisque studeat amare et amari: blandum et amabilem se exhibere. supportare libenter infirmitates aliorum tam morum quam corporum. ¶ Spiritualis. que nos coniungit deo in via. i. ad Cor. vj. Qui adheret deo vnus spiritus est. ex de sum. tri. c. ij. §. verum. et ps. lxij. Mihi autem adherere deo bonum est. vnde Bern. Tria sunt vincula quibus constringimur. Pudor. Timor. et Amor. Primum stringit fortiter et dure/ ad modum funis: dum contra tentationem proponit sibi intuitum honestatis/ et memoriam sue promissionis. Secundum fortius et durius/ ad modum claui: dum non expauescit ad vultus hominum: sed ad similitudinem gehennalium tormentorum.

Differunt Unitas Unio Unum et Unicum

Unitatis ecclesiastice mod⁹

Unitas multiplex

Uinculum triplex

Tertiũ fortiter ⁊ secure/deo inherens feruida charitate:
terribili⁹ ipa gehẽna iudicãs vel i re leuissima diuĩe vultũ
offendere maiestatꝫ de q̃ Esa.xli. Glutino bonũ est.piꝫ.
Christus p̃mo ligatur.secundo crucifigitur.tertio quasi
glutino aromatũ in vnctione linitur. Hoc triplex vincu/
lum difficile rũpitur. Eccl'es.iiij.C.cõmunia de succe. aũt
itaq̃z.ff.de li.lega.l.iij.in fi. ex̃ de treu. ⁊ pace.c.j.§.si quis.
¶ Socialis.inter angelos ⁊ beatos.quorũ est oĩmode
idem velle ⁊ nolle.ps.cxxj. Cui⁹ participatio eius in id/
ipsum.Aug.loquẽs de celesti p̃ria. Nõ erit ibi aliqua inui/
dia disparis claritatis:vbi in oĩbus regnat vnitas chari/
tatis. ⁊ Greg. Tanta vis charitatis ibi oẽs sibi associat:
vt bonũ qđ quisq̃z in se nõ accipit:in alio se gaudeat acce
pisse. ¶ Eternalis.que est cõiunctio dei ⁊ spũs rõnalis
in p̃ria ꝑ gl'iam:vbi aĩa sancta capax erit eternitatis sapi
entie ⁊ dulcedinis dei.quia memoria retinebit deũ sine
obliuione.sciẽtia cognoscet sine errore.amore amplecte/
tur sine alterius rei affectione.⁊ ita ꝑficietur trinitas aĩe
illa ineffabili vnione trinitatis increate. Pro hac domi/
nus orat Jo.xvij. Pater sancte serua eos in noĩe tuo/ q̃s
dedisti mihi:vt sint vnũ in natura sua.i.vniantur in esse:
sicut ⁊ nos vnũ sumus in natura nostra.i.vni⁹ essentie.
Uide de hoc in pre.c.ij.de sum.trini.§.rursus. Uñ ⁊ facta
est vnio aĩe ad corpus:vt esset quodãmodo via ad credẽ
dũ vnionẽ deitatis ⁊ humanitatis. Uide de hac vnione
de ꝯse.dist.ij.in christo p̃r.vbi Hilarius. Quasi vltra ho/
minẽ subtiliter loquitur ⁊ obscure. ¶ Personalis in chri
sto.vñ in symbolo Athanasij. Sicut aĩa rõnalis ⁊ caro/
vnus est hõ.ex̃ de cele.mis.in quadã. Ita deus et hõ/vn⁹
est christus.ex̃ de sum.tri.c.j.§.hec sancta.ex̃ de here. cum
christus.⁊ ex̃ de sum.tri.fidei catholice. i clemẽ. ¶ Sub/
stantialis.in trinitate.de qua Deut̃. vj. Dñs deus noster
vn⁹ est.de ꝯse.dist.iiij.de eterna.⁊ in symbolo. Et hi tres
vnũ sunt.ex̃ de sum.tri.dãnamus.§.rursus.⁊.c.j.in p̃n.et
in pre.symbolo. Non tres dij:sed vnus est deus.adde hic
Eccl'ia trifariã dici põt vna. qđ scripsi.j.in.ij.parte in.§.sciscitatur.v̾.sꝫ ꝑuaricatores.
¶ C Ut aũt pleni⁹ appareat qualiter dicit̃ eccl'ia vna:
põt assignari triplex modus vnitatis: ꝫm quẽ dicit̃ vna.
¶ Primo em̃ đ: vna/vnitate totalitatis. Est em̃ ecclesia
velut vnũ totũ:cuius partes sunt singuli fideles.ar.xliij.
di.sit rector.v̾.hinc in exodo. Dicũtur etiã partes ei⁹ par/
ticulares eccl'ie/aut spũalia collegia.xxj.dist.c̃uis.in p̃n.
Quia ⁊ in corpore naturali/ad cui⁹ similitudinẽ đ: cor/
pus mysticũ.ex̃ de ꝑuil̃.dilecta. Quedã sunt mẽbra diui/
sibilia:q̃ in alia minora mẽbra diuidũtur:vt manus in di
gitos:⁊ digiti in articulos. Quedã vero sunt mẽbra indi
uisibilia:q̃ in alia mẽbra nõ diuidũtur:licꝫ diuidi possint
in partes:que nõ dicũtur mẽbra.vtpura articuli. Simil'r
⁊ ecclesie mẽbra quedã sunt diuisibilia. vt ecclesie parti/
culares ⁊ collegia. Quedã autẽ indiuisibilia.vt singule
ꝑsone fideles. Est ergo eccl'ia sicut vnũ totum ex multis
partibus cõstitutũ:⁊ sicut vnũ corpus ex multis mẽbris
cõpactũ.xxiij.q.vij.queãdmodũ.ibi.in christi ergo com
pagem corporis veniant. In hoc tñ differt a corpore na/
turali:q: mẽbra corporis naturalis oĩa sunt simul ꝫm tẽ/
pus.mẽbra vero ecclesie nõ oĩa simul sunt tẽpore:sꝫ q̃ti/
die ⁊ successiue generãtur aliqua mẽbra:dũ auget̃ nume
rus filiorũ ecclesie.xxxij.q.iiij.recurrat. ¶ Secũdo eccl'ia
đ: vna vnitate ꝯformitatis.q: in oĩbus partibus ⁊ mem
bris eccl'ie/est aliq̃d in quo sibi inuicẽ similãtur ⁊ confor
mãtur. Hec aũt ꝯformitas mẽbrorũ eccl'ie/nõ attenditur
ꝫm naturã generis aut speciei:q: talis conformitas inue
nitur etiã in illis qui sunt extra ecclesiã cũ ijs q̃ ad eccle
siam ꝑtinent.sed attendit̃ ꝫm gratie dona.q: ꝫm id attẽ/
ditur cõformitas inter mẽbra eccl'ie:ꝑ qđ sunt ⁊ dicuntur
ecclesie mẽbra.de ꝯse.dis.iiij.ecclesie charitas. Dicit̃ autẽ
aliquis membrũ ecclesie: non rõne nature/sed rõne gr̃e:
p̃supposita tñ natura q̃ est gr̃e capax.cuiusmodi est natu
ra rõnalis vel intellectualis.q: ꝫm gr̃e dona eccl'ie mem
bra illi cõformantur:⁊ vnũ cõformitate esse dicunt̃. vt in
pre.c.§.rursus.nã ꝯformitas vnitas quedã est. Hec autẽ
dona gr̃e in q̃bus sibi cõformantur eccl'ie mẽbra:sunt fi/
des.spes.⁊ charitas.⁊ oꝑa ex ijs ꝓcedẽtia.de q̃bus.j.ad
Cor.xiij. Et ꝑ hoc đ: eccl'ia vna formaliter. q: hec sunt
in ipsis fidelibus:vt quedã spirituales ꝑfectiões ⁊ forme.
de hoc aũt modo vnionis vel vnitatꝫ dicit glos. suꝑ illud
j.ad Cor.x. Unus panis ⁊ vnũ corpus multi sum⁹. Un⁹
panis sumus vna vnione fidei/spei/ ⁊ charitatis. ⁊ vnũ
corpus illius capitis qđ est christus.ex̃ de sacra vn.c.j. Su
mus per ministrationẽ operũ charitatis.⁊ oẽs sum⁹ vna
ecclesia:vnitiuo vinculo fidei spei ⁊ charitatis:⁊ mutua ope
rũ exhibitiõe. Et isto modo sancta mater eccl'ia est in san
ctis.vt no.xxj.di.c̃uis.in glos.fi.⁊ vocatur eccl'ia sctõrũ in
p̃s.cxlix.de ꝯse.di.iiij.queris a me.vltra colũ. ibi. Tota g̊
hec sancta mater eccl'ia que in sanctis est ⁊c. Conformi/
tas ergo mẽbrorũ eccl'ie attendit̃ ꝫm fidem/spem/⁊ cha/
ritatem/⁊ oꝑa ex his ꝓcedentia. Et sic attendit̃ ꝯformi/
tas inter eccl'ie mẽbra:ꝫm cognitionẽ/ꝫm expectationẽ/
ꝫm dilectionẽ/⁊ ꝫm operis imitationẽ: q: idem et simil'r
credunt/sperant/⁊ diligũt:idẽ quoq̃z scꝫ christũ oꝑe imi
tãtur. ¶ Tertio eccl'ia đ: vna vnitate attributiõis. Oẽs
em̃ fideles attributionẽ habẽt ad vnũ finẽ: q̃ est salus et
beatitudo eterna.⁊ ad vnũ p̃ncipiũ ⁊ caput: qđ est tota
trinitas ꝫm rõnẽ influentie. Sed spãliter hõ christus ꝫm
cõuenientiã nature ⁊ gr̃e est hoc caput.ipm em̃ dedit ca/
put deus suꝑ oẽm eccl'iam/que est corpus ipsius. vt dicit̃
Eph.j.xxiij.q.iij.ꝓ mẽbris.ibi. aduersus eccl'iam catholi
cam.i.aduersus corpus christi armamini. ⁊ ibi. q̃ ꝓ chri/
sti corpore.i.ꝓ ecclesia ⁊c. De his aũt modis vnitatis ec/
clesie.dicit apl's ad Eph.iiij. Unũ corp⁹:vnus spũs:vnus
dñs:vna fides:vnũ baptisma.xxiiij.q.j.loquit̃. In hoc em̃
ꝙ đ: vnũ corpus:insinuat̃ vnitas totalitatis. In hoc aũt
ꝙ dicit̃ vnus spũs:tangit̃ effectus vnitatis. In hoc vero
ꝙ đ: vnus dñs:tangit̃ vnitas attributionis ad vnũ p̃nci
pium ⁊ caput.ꝑ hoc aũt ꝙ đ: vna fides/ vnũ baptisma/
tangit̃ vnitas ꝯformitatis. ¶ D Ad cuius intellectum
ꝯsiderandũ ꝙ sicut glos.dicit suꝑ hoc verbo fides dicit̃.⁊
id qđ credit̃.⁊ id quo credit̃.⁊ vtroq̃z modo põt intelligi
ꝙ in eccl'ia est fides vna. Est em̃ vna fides: q: idem iube/
mur credere:⁊ eodẽ mõ oꝑari. vnũ em̃ ⁊ idem est qđ cre/
dit̃ a cũctis fidelib⁹.vñ ⁊ fides catholica đ:.vt ex̃ de sum.
tri.in rubrica.i.vniuersalis. Est etiã vna fides qua credit̃
scꝫ q̃ est in animo credẽtis: q̃ quidẽ est vna nõ numero sꝫ
gñe:q: similis est in oĩbus:sicut eãdem rẽ volentiũ đ: vo/
luntas vna:⁊ duorũ simillimorũ facies vna. In vnitate au
tem fidei intelligit̃ vnitas doctrine:cui⁹ p̃ncipium ⁊ fun
damentũ est fides.⁊ q: fides viua ⁊ formata non est sine
charitate.vñ apl's Gal̃.v.fides ꝑ charitatẽ(al's dilectio
nẽ)oꝑat̃.de pe.di.ij.q̃cũq̃z.cum.c.sequẽ. Ideo etiã in vni/
tate fidei intelligit̃ vnitas charitatis.q: ⁊ oẽs idem dili/
gũt:⁊ q: similis charitas est in oĩbus. sicut de fide dictũ
est. Et quia ꝫm apl'm ad Heb.xj. Fides est substãtia rerũ
sperãdarũ.ideo in vnitate fidei intelligitur vnitas spei:
q: ⁊ idem oẽs sperant:⁊ spes est in oĩbus similis. sicut de
fide ⁊ charitate dictũ est. Quia vero fides sine oꝑib⁹ mor
tua est. Jaco.ij.de pe.di.ij.si em̃. post colum.⁊ amor chari
tatꝫ ꝫm Greg.otiosus nõ est:spes quoq̃z innititur bonis
operibus. Ideo in vnitate fidei spei ⁊ charitatis intelli/
gitur vnitas oꝑationis qua fideles christũ ꝑ oꝑa imitan
tur:⁊ qua simil'r ꝯformiter operant̃. Et q: finis p̃cepti est
charitas.j.ad Timo.j.ideo in p̃dictis intelligitur vnitas
p̃ceptorũ.eadem em̃ p̃cepta oĩbus ꝓponũtur. Et q: spes
⁊ charitas habẽtur ꝓ obiecto que respiciũt vltimũ finẽ:
Ideo in vnitate spei ⁊ charitatis intelligitur vnitas at/
tributionis ad vnũ finẽ. Et q: fide spe ⁊ charitate colit̃
deus:ideo in dictis intelligit̃ vnitas cultus.q: vn⁹ deus:
⁊ eodẽ modo colit̃. In vnitate quoq̃z fidei itelligit̃ vni/
tas cultus ⁊ cõmunio sacramẽtorũ que fide continentur.
¶ E Sũt em̃ eadẽ sacramenta apud oẽs qui sunt in ec/
clesia. Hec tñ vnitas exprimitur magis ꝑ id qđ additur.

tus a ſchiſmatico recipiat characterē. Nā depoſitus nō vi
det̄ ꝙ dare poſſit qđ nō habet. Quō ergo dabit ſchiſmati
cus hereticus vel excōicatus characterē contra iura illa?i.
q.vij.daibertū.ex̄ de iur.patro.ꝙ aūt.ex̄ de cōſue.quanto.
in ſi.ff.de offi.ꝓcō.l.iiij. Reſpondeo quātūcūqꝫ deponat̄
vel excōicetur/vel etiā renūtiet dignitati ⁊ ordini: chara/
cteri tñ ordinis epalis ſemel impreſſo renūtiare non pōt.
arg.ff.de offi.preſi.legatus. et de pac.ius agnationis.C.
de pa.po.abdicatio.de cōſe.diſt.iiij.oſtēditur. ⁊.c.quomo
do.ibi.et dñicū characterē foris accipiebat.c.nullus autē.
⁊.c.nō in vobis.i.q.i.ꝙ quidā.xxxij.q.vij.licite.ex̄ de diuor.
quanto.§.ſi vero.ibi. Quia ſacramentū fidei qđ ſemel eſt
admiſſum/nūꝙ̄ amittit̄. ⁊.xxiij.q.iiij.diſplicet.ibi. Chara/
cterē dñicū portatis in ſacramēto qđ accepiſtis. Et loquit̄
ibi Augu.ad Donatū hereticū. ⁊.xxiij.q.vij.quēadmodū.
ibi. Reſpōdeo q: nō facio iniuriā characteri imperatoris:
quum errorē corrigo deſertoris. ¶ Et ideo cū illo chara/
Chara/ cter ſpiri tualis.
ctere ſemꝑ remanēt alique reliquie ordinis. ſicut dicit̄ de
illo qui cedit actiones.ff.de pecu.quis ergo. et.ff.ꝓ ſocio.
l.ij.et.iij.C.de noua.l.iij. Hec eñ incorporalia talis natu/
re ſunt: ꝙ pñt in aliū trāſferri: et nihilomin⁹ retineri: ſicut
doctor trāſfert ſcientiā in ſcholaſticū: et eā nihilomin⁹ reti
net. Unde nō dat talis ordinans qđ nō habet.ſ.characte/
rem: nō tñ efficacem trāſfert: q: nec efficacē habet: et ideo
quoad executionē neceſſaria eſt diſpēſatio. ex̄ de ſchiſ.c.ij.
q: nudus character trāſfertur; ſed per diſpenſationē calo
rē ſumit: et viuificatur: et ſic electio nuda veſtit̄ per publi/
cationē.ex̄ de elec.publicato. Iſte enim character ſpūalis
eſt et inuiſibilis: et inuiſibiliter a ſpūſancto confertur per
impoſitionē manuū factā iuxta ritū ab apl'is introductū/
ſcꝫ Petro: Iacobo: Ioāne: qñ miſerunt Paulū ⁊ Barna
bam ad predicādū. Act.xiij.lxv.diſt.porro.lxxv.diſt.quod
die.ex̄ de ſacra vnc.c.i.§.i. ⁊ de ſacra.nō ite.c.vlti. ⁊ de bap.
maiores.§.itē queritur.et.§.vlti. ⁊.c.debitū. ¶ C Eſt et Chara/ cter cor/ poreus.
alius character corporeus et viſibilis.ſ. coctura ferri cādē
tis/que furū faciei imprimitur.ex̄ ne cleri.vel mona.ſentē/
tiam.de cri.fal.ad audientiā. ¶ Eſt et alius character cor
poreus: qui ⁊ ſtigma vocat̄: qui fabricēſibus imprimebat̄.
Eſt autē fabricenſis/qui publica arma facit: et in publicis
fabricis/⁊ nō alibi: et dat primicerio qui reponat in publi
cis armamentis. Et eſt ſtigma inſigne quo eoꝝ brachia fi/
gurabātur: cui impreſſum nomē imperatoris erat. Uocat̄
etiā annotatio quidā alius character qui imprimit̄ mani/
bus quorūdā qui vocātur hydrophylati.i. cuſtodes aqua
rū: dicti ab hydor/quod eſt aqua. et inde hydria/vas quo
aqua defertur, Io.ij. et phylare qđ eſt ſeruare vel cuſtodi
re. inde hydrophylati. ⁊ imprimebat̄ nomen imperatoris
in eoꝝ manibus. de his.C.de fabricē.l.ſtigmata.lib.xi.C.
de aqueductu.l.de criminibus.ad ſi. ⁊ legit̄ ⁊ no.ex̄ de ſen
tē.excō.ſi iudex.lib.vi. ⁊.xxxiij.q.ij.hoc ipm. Sed quum iſti
characteres corporei admiſſi ſemel/nūꝙ̄ amittātur: mul/
tominus ſpūalis character impreſſus ī aīa deleri poterit.
vt iurib⁹ preal. ⁊ ar.ex̄ de trāſla.inter corporalia.i.rñ. Per
predicta patet ꝙ ſchiſmaticus eccleſiaſtica ſacramēta cō/
fert. Unde hec ſit fides tua/ꝙ heretici/⁊ ſchiſmatici/excō
municati/ſimoniaci in ordine/depoſiti/ſuſpēſi/ vel inter/
dicti/vera cōferunt ſacramēta: et verū corpus chriſti con/
ficiūt: dūmodo in forma eccleſie conferant.xix.diſt.ſerui.i.
q.i.dñs declarauit.et.c.ꝙ quidā.de conſe.diſt.iiij.quomo/
do. ⁊.c.oſtēditur.c.nullus aūt.c.ab antiqua.c.eccleſia.c.ſa
tis.c.ſiue hereticus. ¶ Ceterū ſi in ijs forma eccleſie non
ſeruetur: nihil agit̄: q: extra eccleſiā.i.extra formā eccleſie
nō eſt locus veri ſacrificij.i.q.i.extra catholicā.de cōſe.diſ.
iiij.hi vero heretici. ⁊.c.ſi reuera. Et tales ordinatiōes ſer
uantium formā eccleſie irrite eſſe dicūtur quoad executio
nē: ſed rate quoad characterē. vt.i.q.i. ſi qui a ſimoniacis.
et ex̄ de ſchiſ.c.i.vt etiā.ſ.dixi.et.i.q.i.qui perfectionē.et.c.
ventū. ⁊.c.ſacramēta.c.ſicut ficti.c.nō ne eſt.xxiiij.q.i.audi/
uimus. et de hoc ꝑ Oſti.in ſumma. ex̄ de tēpo.ordi.§. et a
quo. ¶ Itē ſciendum ꝙ licet ſchiſmatici cuꝫ veſtimentis
ſacerdotalibus benedictis ⁊ in altaribus cōſecratis cele/
brauerint: nō ꝓpter hoc erit bñdictio vel cōſecratio iterā/
da.ex̄ de ſacra.nō iteran.c.ij. ¶ Itē notandum ꝙ eccleſia
ſchiſmatica ex quo cōuerſa eſt ⁊ recōciliata: oīa iura ſua re
cuperare debet.ſ.de elec.q: diligētia.et ex̄ de maio. ⁊ obe.
inter quatuor.in fine.xv.q.vi.iuratos. ⁊.c.nos ſanctorum.
¶ Schiſmaticus aūt volēs redire ad vnitatē eccleſie/ad/
mittit̄: ſed ad mandatū epi ſatiſfacere tenet̄: et debet reci
pi cū manu⁹ impoſitione: vt accipiat ſpm̄ ſctm̄: qui extra ec/
cleſiā nō eſt nec dari pōt.xxiiij.q.i.didicim⁹. ⁊.c.pudēda.et
c.ſchiſma.de cōſe.diſt.iiij.hi de quibus. ⁊.c.ab antiqua.

Ceterū oēs ſchiſmatici/vt dictū eſt/eccleſiā
dei diuidūt: in partē ſe dāt: ⁊ ab eccleſia vni
ca ⁊ catholica recedunt.xxiij.q.iiij.ſi qs a ca
tholica.xxiiij.q.i.aduocauit. Contra ſanctā
dei eccleſiā faciūt cōuenticula: que nō conci
lia ſed cōciliabula ſunt appellāda.xxiiij.q.iij.clericus. Tu
nicam dñi incōſutilem quā milites Pilati nō fuerunt auſi
ſcindere: ſcindūt.xvi.q.vij.ſicut.xxiiij.q.i.qm̄. Ueſtem nu/
ptialem que eſt vnitas et charitas non habēt. Mat.xxij.
Unde ſuper illo verbo non veſtitū veſte nuptiali. Orige.
Quid autem debemus intelligere per nuptialē veſtē: niſi
charitatem? quia hanc in ſe dñs habuit: quum ad ſociādē
eccleſie nuptias venit. Intrat ergo ad nuptias: ſꝫ ſine ve/
ſte nuptiali: qui in eccleſia fidem habet: ſed charitatē non
habet: quā ſchiſmaticus habere non pōt: q: ſpiritū ſanctū
non habet: qui charitas eſt.xxiiij.q.i.§.ſi autē. induti ſunt
ſchiſmatici ſacco ſciſſo et ſordido non contexto ⁊ mundo;

q: separati ab ecclesia vna ⁊ mūda nō habente maculam
neq; rugam.xxiij.q.iiij.recurrat. Nō cōicant cū columba
q: cū ea pacem nō habent.j.q.i.remissionem. Extra hor-
tum cōclusum spinas colligunt.xxiiij.q.i.oibus. Extra ar-
cam naufragio pereunt.xxiiij.q.i.qm̄. Extra domū agnū
nō comedūt. Exo.xij.ad finē.xxiiij.q.i.q:. Nō sunt filij spō-
si christi. Jo.iij.q: ab vna sponsa eiꝰ legitima eccl'ia scʒ/se
secernūt.xxxvi.di.acutius. Nō est cū eis spūssctūs: q: non
sunt cōgregati in vnū locū catholicū. Jo.xx.xxiiij.q.i.§.ei
aūt.sed aduersus dn̄m iesum christū caput eccl'ie.ex̄ de sa-
cra vnc.c.i. ⁊ aduersus christū eiꝰ.i.vicariū suū in terris.
ex̄ de elec vbi.li.vi. Schismatici fures ⁊ latrones sunt.vij.
q.i.nouatianus.⁊.c.nō furem. Tales prelati nō intrant p
ostiū. Lupi rapaces sunt. Oues dispergūt ⁊ occidūt. Jo.
x.xxiij.q.iiij.tres psonas. Oues aliene tales sequunt̄. Er-
ran[...]ost eos in montibꝰ Helboe.ij.Re.j. Helboe decur-
sus interpretatur: q: schismatici extra ecclesiā decurrunt.
Oues legitime nō recedūt ab ouili.i.ecclesia vna: q: vnꝰ
pastor ⁊ vnū ouile. Jo.x.ex̄ de bap licet. Norunt vocē pa-
storis.ipm sequunt̄. Jo.x.xxiij.q.iiij.tres. In vnū se colli-
gunt: q: nō se diuidūt: sed dicūt/stemꝰ simul. Esa.l.xliij.di.
sit rector.ver. hinc in exodo. Pastoris baculo in canibus
predicatoribꝰ/vt pre.c.sit rector.latrantibꝰ predicantibꝰ/
cōtra lupū diabolū.vij.q.i.§.hic aūt.fiducialiter se cōmit-
tunt.v.q.v.nō ois.in fi. Inuente oues ex mandriā ⁊ custo-
diam opilionis sanguinolēte ⁊ dilacerate ⁊ interfecte in
montibus sunt repte: q: lupus vorax diabolus eas cruen-
tauit: q: primꝰ schismaticus qui ecclesiā psequit̄ ⁊ spūali-
ter occidit: lucifer est: qui ⁊ draco dicit̄: qui tertiam partē
stellarū angelorū cauda traxit. Apocal'.xij. ¶ E Inter
alios principales schismaticos fuit dictus Bauarus in-
trusus in imperio: ⁊ caput schismaticoꝝ tam seculariū ꝙ
clericoꝝ ꝙ religiosoꝝ. qui tpe meo/sicut dixi in principio
istius opis/cū romanis dn̄m papā Joan.xxij.de facto de-
posuit: ⁊ Petrū sepedictū de corbaria sibi in sede Petri
substituit.vere ventus frigidus aquilonis absq; haustro.
Cāti.vi.i.calore spūssancti: qui ausus fuit mittere manū
in christū dn̄i papā scʒ. ɔtra illud.ij.q.vij.§.de his. Nā etsi
dn̄s papa Joan. a dn̄o esset reprobatus vt Saul (quod
absit) nunq̄ tn̄ manū depositionis potuit mittere in chri-
stū dn̄i vicariū scʒ christi papā predictus Bauarus: vt ple-
ne probaui in prin.istius operis.xxxvij.ar.ver. cōtra aūt.
Quis em̄ delirus ⁊ infidelis amplius crederet dicto ba-
uaro schismatico seculi quodāmodo: ꝙ dn̄o pape Joan.
predicto ipm cōdemnanti cū eccl'ie catholice cōsilio ⁊ as-
sensu? Sed esto ꝙ a papa (qd̄ nō est verisimile in suo iure
si qd̄ bauarꝰ haberet) grauaret̄: nūquid ppterea schisma
cōtra papā ⁊ eccl'iam debuit cōcitare: ⁊ antipseudopapā
aliū subrogare? Quis dubitat quin hoc bauarus fecerit:
indignatus ⁊ cōtra suū dn̄m recalcitrans ⁊ vindictā fa-
ciens? Nūquid q: papa Joā.negauit ei iustissime vel (qd̄
absit) iniuste qd̄ petebat: hereticus factus est: sicut eū ba-
uarus infidelis appellat? Quis tantā iniquitatē ⁊ infide-
litatem/si attenderet/nō videret? verus em̄ fidelis nūq̄
quemq̄ maxime suū ⁊ mundi dn̄m ⁊ dei vicariū de heresi
diffamaret. Odit deus ⁊ pijcit festiuitates schismaticoꝝ.
nō capit odorē cetuū suoꝝ: aufert a se tumultū carminū
eoꝝ: carmina lyre eoꝝ nō audit. Amos.v.xxiiij.q.i.odi.i.q.i.
odit. Carnes sctē nō auferūt malitias eoꝝ. Hiere.xi.de cō.
di.ij q̄ scelerate.q.d.sed potiꝰ augent. Panē pollutū quan-
tū ad se ⁊ eos sequentes offerūt. Malach.i.xlix.dist.c.vlt.
Osculant̄ filiū virginis in altari: cuiꝰ corpus mysticū qd̄
est eccl'ia.xxiiij.q.iij.pro membris.dirūpunt: dum sanctā fa-
ciem benedicūt quasi in faciem eius spuūt. ⁊ dum dei filiū
sumūt quasi in luto eū pijciunt. ¶ F Cōtra schismati-
cos ait dn̄s per Osee.viij.c.multiplicauit effraim altaria
ad peccādū.facte sunt ei are in delictū. ⁊ sequit̄. Hostias
offerent: immolabūt carnes: ⁊ comedent: ⁊ dn̄s nō susci-
piet eos. Et.c.ix. Osee. Sacrificiū eoꝝ quasi panis lugen-
tium.oēs qui comedent eū/cōtaminabunt̄: q: panis eoꝝ

Ludouicus bauarꝰ imperator schismaticus.

anime eoꝝ. In cōuiuio eoꝝ nō est dn̄s: q: cōuiuiū eoꝝ se-
paratū est. Osee.iiij. Vinū acetosum offerūt dn̄o. Jo.xix.
q: ipsum in ara altaris iterū crucifigunt. sed ipse nō vult
bibere.de pe.dist.ij.§.qd̄ nō reprobi. ¶ Nō placent dn̄o sa-
crificia schismaticoꝝ. Cyprianus. Vultū catholice eccl'ie
⁊ authoritatem sibi ⁊ veritatem vendicant: quum ipsi nō
sint in eccl'ia. Benedicūt/quū sint maledicti. Vitā pollicē-
tur/quū sint mortui. Deū inuocant/quum sint blasphemi.
Sacerdotiū administrant profani. Cōponunt altare sa-
crilegi. Antistites diaboli audēt eucharistiā facere. Obla-
tionem offerūt vbi spūssctūs nō est. Preces offerunt dei
violatores. Falsa quodāmodo altaria ⁊ illicita sacerdo-
tia ⁊ sacrificia quantū ad eos sacrilega offerūt ⁊ compo-
nunt/quos cōstat a charitate atq; vnitate eccl'ie catholi-
ce recessisse. Sacrificia eoꝝ fm Osee.ix.detestat̄ deus: di-
cens. Sacrificia eoꝝ tamq̄ panis luctus.oēs qui mandu-
cant cōtaminabunt̄.hec legunt̄.i.q.i.si quis inquit. Diui-
sum est cor eoꝝ interibunt. Osee.x. ¶ De talibꝰ immolan-
tibus scelerate dicit dn̄s p Esaiā. Esa.i. Quo mihi multi-
tudinem victimarū vestrarū: dicit dn̄s. Plenus sum. Ho-
locausta arietū ⁊ adipem pinguiū ⁊ sanguinem vituloꝝ
agnoꝝ ⁊ hircoꝝ nolui.⁊.i. Ne offeratis vltra sacrificium
frustra. Incensum abominatio est mihi. Neomeniam ⁊
sabbatū ⁊ festiuitates alias nō feram. Iniqui sunt cetus
vestri. Kalendas vestras ⁊ solēnitates vestras odiuit ani-
ma mea. Facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens. et
quū extenderitis manus vestras: auertā oculos meos a
vobis: ⁊ cū multiplicaueritis orationem vestrā: nō exau-
diam: manꝰ em̄ vestre sanguine.i.pctō plene sunt. ¶ Ta-
libus etiam diuisis ab eccl'ia dicit dn̄s p Malachiā.c.ij.
Maledicā benedictionibꝰ vestris.hoc est/quicquid a vo-
bis benedicet̄ per me erit maledictū.i.q.i.maledicā.⁊.c.
multi.in fi.ibi.maledicā.vel q: nō benedicitis ex vero cor-
de: vel q: ij qui inique agunt benedicunt̄ a vobis. Item
Hierony.sup Aggeū.i.c. Propheta qui altari tantū extru-
cto/⁊ domo mea diruta/hostias mihi offers in altari: ⁊
victimis eius sanctificari te putas: scito qm̄ sanctum est
quidem qd̄ offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex
hostijs ꝙ ex mortuis operibꝰ pollueris.i.q.i.ppheta. Itē
Hiero.in Aggeo.ij.c. Sic ppl's iste hereticoꝝ ⁊ schismati-
corum est in cōspectu meo dicit dn̄s. Omē qd̄ fecerint qd̄
mihi obtulerint.⁊.i.cōtaminata erunt ⁊c.i.q.i.sic ppl'us.
Item Hierony.sup Amos.v. Odit deus sacrificia hereti-
corū ⁊c.i.q.i.odit. Item Hiero.sup Osee.ix. Illi offerunt
panē sacrilegū: ⁊ dant eleemosynas: ⁊ sectari vident̄ hu-
militatem: que ego/si fiant vere/holocausta interpretor:
quum aūt scientiā dei reliquerint.i.fidem p quā scitur deꝰ
frustra trūcato fidei capite cetera membra habere se ia-
ctant.i.q.i.illi. Tātum em̄ bonū est charitas ⁊ eccl'ie vni-
tas: vt sine ea nō psit etiā martyriū.i.q.i.vide.de pe.dis.ij.
§.euidenter.⁊ di.iiij.si quis. Et Cyprianus cōtra schisma-
ticos ait. Quā igit̄ sibi pacē pmittūt inimici fratrū: qui
sacrificia celebrare se credūt emuli sacerdotū. secum esse
christū/quū collecti fuerint/opinant̄. hi qui extra ecclesiā
christi colligunt̄.tales etiā si occisi in cōfessione christi no-
minis fuerint: macula ista nec sanguine abluit̄. Inexpia-
bilis em̄ ⁊ grauis culpa discordie: nec passiōe purgat̄.xc.
di.neq; ad cayn. Itē leo papa Leoni augusto. Manifestū
est p crudelissimā ⁊ insanissimā vesaniā in Alexādrina se-
de oē celestiū sacroꝝ lumē extinctū. ⁊ intercepta est sacrifi-
cij oblatio.defecit chrismatꝭ scificatio. ⁊ paricidialibꝰ im-
pioꝝ manibꝰ oia se subtraxerūt ministeria.i.q.i.manifestū.
Itē schismatici magis frequētāt diuina mysteria vt se iu-
stificēt: ꝙ veri mutici eccl'ie. Sʒ ait Cypria.nō statim sus-
cipiēda sunt q̄ iactant̄ in christi noie: sʒ q̄ gerunt̄ in christi
veritate.quare qui schismaticis patrocinantur: censura
diuina in eorum penis ⁊ facinore inuoluuntur: quo eorū
duces ⁊ authores.precipiente dn̄o per Moysen Numeri
xv.separamini a tabernaculis hominū istoꝝ durissimorū.
i.q.i.si quis inquit.⁊.xxiiij.q.i.didicimus. Item Augusti.

schismaticoꝝ sacrificia deo non sunt accepta.

Extra catholicam ecclesiam non est locus veri sacrificij. j. q. j. extra. Hi autē schismatici alieni ab ecclesia ꝓfani sunt. Hostes ecclesie sunt. Nō pn̄t habere deū patrē: quia nō tenent vniuersalis ecclesie vnitatē. quō pn̄t tales cū aliquo cōuenire: qui cū corpore et vniuersa fraternitate nō cōueniūt: ſm Cyprianū. xxiiij. q. j. alienus. ¶ Sed nec spūssanctus descēdēs sup cōgregatos in vnū. Act. ij. eis dat⁹ est: q: in vnitate est spūs vnus: nō in schismate aut discordia. xxiiij. q. j. §. ei aūt. Hi sunt qui ſm canonicā iude segregant semetipsos aīales spm̄ non habētes. Jude. j. xxiiij. q. j. §. si aūt. in prin. Vn̄ Bern. darauallen̄. Videre est aīam hoīs quēadmodū vniuersa corporis mēbra viuificet coherētia sibi: separa ergo qđ vis a iūctura ceterorū: et vide an membrū illud viuificet. Sic est oīs qui dicit anathema iesu: q: anathema separatio est. iij. q. iiij. engeltrudā. Sic inquā oīs qui ab vnitate diuidit̄: nec dubites quin ab eo recessit spūs vite. ad hec. iij. q. iiij. engeltrudā. xxiij. q. vij. quēadmodū. Isti preterea schismatici nō sunt in domo dn̄i. ſm Hiero. q: nō ambulāt in eius cōsensu: et q: nō sunt vnanimes in ea. xxiiij. q. j. oībus. Ista est domus dn̄i/ de qua dicitur. Dn̄e dilexi decorē domus tue. ps̄. xxv. Et iterū. Letat⁹ sum in his que dicta sunt mihi: in domū dn̄i ibimus. ps̄. cxxj. et Beati qui habitāt in domo tua dn̄e: in secula seculorū laudabūt te. ps̄. lxxxiij. vt preall̄. c. oībus. Itē. Vade in domū tuā. Mat. ix. et Introibo in domū tuā. ps̄. v. et Dom⁹ mea domus orationis vocabit̄. Jo. ij. Esa. lvj. Mat. xxj. Mar. xj. Luc. xix. et Domū tuā decet sanctitudo. ps̄. xcij. ex lib. vj. de immu. eccle. ex de custo. eucha. c. ij. Et hec est dom⁹ dn̄i firmiter edificata: que est eccl̄ia catholica edificata supra firmā petrā christū. Mat. xvj. et xix. dis. in memoriā. ¶ Et q̄uis oībus apl̄is christus post resurrectionē suā parē potestatē tribuerit: et dixerit. Sicut misit me pater et ego mitto vos: accipite spiritū sanctum. Jo. xx. xxiiij. q. j. §. qui aūt. tn̄ vt vnitatē manifestaret: vnitatis eiusdē originē ab vno incipientē sua authoritate disposuit: quū dixit. Tibi dabo claues regni celorū &c. Mat. xvj. xix. dist. ita. Hoc erāt ceteri apl̄i qđ Petrus fuit: pari consortio prediti et honoris et potestatis: sed exordiū ab vnitate ꝓficiscitur: vt ecclesia christi vna monstret̄. De qua in Cañ. vj. Una est columba mea/ ꝑfecta mea &c. Et sacramentū vnitatis Paulus ostēdit dicēs. Unū corpus/ et vnus spūs/ et vna spes vocationis nostre/ vnus dn̄s/ et vna fides/ et vnū baptisma. Unus deus. Ephes. iiij. vna ecclesia/ ep̄atus vnus. leguntur hec xxiiij. q. j. loquitur. Una sponsa xp̄i sine macula/ sine ruga. Ephe. v. Hortus cōclusus/ fons signatus/ puteus aque viue/ paradisus cū fructu pomorū. Cañ. iiij. Hec est dom⁹ dn̄i que accepit claues soluēdi et ligādi. Hāc domū si quis corrigentē corripientemqꝫ contēpserit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. legunt̄ hec. xxiiij. q. j. oībus. Nullū peccatū grauius schismate: vt. s̄. dixi: q plus fuit q̄ idololatria. nā hec gladio: schisma terre hiatu et celesti igne punitū fuit: vt. s̄. §. Ceterū in isto arr̄. dixi. vij. q. j. deniqꝫ. xxiiij. q. j. non afferamus. Sed etiā q̄ sit inseparabile sacramentū vnitatis: et q̄ sine spe sit: et perditionē maximā sibi de indignatione dei incurrūt qui schisma faciūt: et relicto romano pōtifice aliū sibi pseudo ep̄m foris constituūt: declarat liber regnorū. s̄. alleg. vbi a tribu iuda et beniamin. x. trib⁹ scisse fuerūt: et relicto rege suo: q̄uis crudeli et stulto/ scilꝫ Roboam filio Salomonis alterū sibi foras constituerunt: et indignat⁹ est dn̄s inquit oī semini israel: et demoliuit eos: et dedit eos in direptionē donec abijceret eos a facie sua: q: dissipatus est israel a domo dauid: et ꝯstituerūt sibi Hieroboam filiū Nabath. Et tanta indignatio dn̄i extitit aduersus illos qui schisma fecerūt: vt quū homo dei ad Hieroboā missus esset: q̇ ei pc̄tā sua exprobraret: atqꝫ vltionē futurā ꝑdiceret: panē apud illos edere: et aquā bibere vetaret̄: qđ quū nō custodisset: et cōtra preceptū dn̄i decept⁹ ab alio ꝓpheta/ prādisset: statim diuina cēsura ꝑcussus est vt inde regrediēs impetu ac morsu leonis necaret̄. iij. Regū. xiij. Et q: decē trib⁹ ſm Cyprianū in Samariā secesserūt: idō dn̄s ꝓhibuit ciuitatē samaritanorū schismaticorum ingredi: et in viā gētiū nō abire: ostēdēs schismaticos gētilibus adequari. hec legunt̄. iij. Reg. xij. et xiij. et vij. q. j. deniqꝫ. Mt̄ ꝯo schismatici eūdē quē nos deū patrē/ eūdē filiū/ eūdem spm̄ scm̄/ nosse dicunt̄: nec hoc adiuuare tales potest. nā Chore Datan et Abiron cū sacerdote Aaron et Moyse eūdē deū nouerant/ pari etiā religione viuentes: vnū et verū deū qui colēdus atqꝫ inuocādus fuerat/ inuocabāt: tn̄ q: loci ministeriū trāsgressi/ et cōtra Aaron sacerdotē qui sacerdotiū legitimū habebat: sacrificādi sibi licētiā vendicauerūt: diuinitus percussi/ statim penas ꝓ illicitis conatibus pēderūt: nec potuerūt rata esse et proficere sacrificia irreligiose et illicite cōtra ius diuine dispositiōis oblata. Turibula quoqꝫ ipsa in quib⁹ incēsum illicite fuerat oblatū: in memoriā tāti facinoris schismatici: vt postea successores a schismate precauerēt: iussu dn̄i cōflata in laminas ductiles ꝓducūtur: et affigunt̄ altari. vt hec legūtur Nume. xvj. et preall̄. c. deniqꝫ. vij. q. j. xxiiij. q. j. didicim⁹. et. s̄. tetigi. Et tn̄ illi ſm Cyprianū in palleg. c. deniqꝫ. schisma ꝓprie nō fecerāt: nec foras egressi contra dn̄i sacerdotes impudēter atqꝫ hostiliter rebellauerūt: sicut plurimi schismatici a dn̄i pape Joan. predicti obedientia recedentes: et Petro de coruaria pseudo pape et Bauaro tyranno vsurpatori imperij: et dicti Petri inthronizatori adherētes: graue schisma cōtra ecclesiā fecerūt: et celebrandi et ecclesiastica sacramēta tradēdi sibi licentiā vsurparūt. Et contra preceptū dn̄i. Exo. xij. Carnes agni immaculati extra vnam domū comedētes. xxiiij. q. j. quia. et. s̄. dixi. vnde ibi Grego. In vna nāqꝫ domo agnus comeditur: quia in vna catholica ecclesia vera hostia redēptionis immolat̄: de cuius carnibus diuina lex foras efferri prohibet: et dari sanctū canib⁹ vetat. Sola est que intra se positos valida charitatis cōpage custodit. Nō est ſm Amb. fides in schismate. nā etsi schismaticus fidē erga deū videat̄ tenere: tamē erga dei ecclesiā nō tenet: quā patitur velut quosdam artus diuidi: et mēbra dilacerari. etem̄ quū ꝓpter ecclesiā christus sit: et corpus christi sit ecclesia: nō exhibet̄ ab ijs fides christo: a quibus euacuat̄ passio eius. xxiiij. q. j. aduocauit. ¶ Schismatici ꝑmogeniti luciferi capitis schismatici/ tunicā dn̄i indecisam et desuper contextā per totū/ minutatim decerpūt. Vulpes sunt vineā. i. ecclesiā: q: vinea dn̄i sabaoth domus israel est. Esa. v. extermināt et demoliunt̄. Lacus cōtriti nō habētes aquā sapiētie saluatoris. Eccl̄i. xv. Nō sunt aquile cōtemplātes: al̄s se cum corpore ecclesie cōgregarent. Mat. xxiiij. quia: vt ibi dicit̄. et. xxiiij. q. j. qm̄ vetus. vbi sunt preall̄. verba. vbi fuerit corp⁹. s. mysticū. s. ecclesia vniuersalis. xxiij. q. v. de liguribus. ibi erūt et aquile. i. sancti vnitatē ecclesie cōtēplātes. Iste sunt aq̄le que volāt alis spūalibus circa corpus christi. i. carnē ei⁹ cōtēplātes in sacramēto altaris et corpus eius mysticū: vt prediximus. de cōse. di. ij. est cibus. al̄s est sub. c. in quibus. vn̄ et glos. i ꝑall̄. c. qm̄. in ver. aq̄le. exponit. i. alie eccl̄ie vel fideles q̇ alte volant. xxiij. q. iiij. cū in lege. Vn̄ in ꝑal. c. Mat. vbi fuerit corpus &c. Orige. vide q: non dixit vbicūqꝫ fuerit corpus: ibi cōgregabunt̄ vultures aut corui: sed aq̄le: volēs ostēdere magnificos et regales oēs q̇ passionē christi crediderūt. Itē super illo verbo Mat. xxiiij. ecce hic est christus: ecce illic. Hiero. Si q̇s ergo ꝓmiserit vobis q in deserto gētiliū et phariseorū dogmate christus moret̄: aut hereticorū penetralib⁹ qui dei pollicent̄ arcana: nolite credere: sꝫ q ab oriēte vsqꝫ in occidentē fides catholica in ecclesijs fulget. ¶ Itē ibi Aug. de questionib⁹ euāgelistarū. Oriētis em̄ noīe et occidentis totū orbē voluit significare (al̄s signare) ꝑ quē futura erat eccl̄ia. ſm aūt illū sensum quē dixit. Amodo videbitis filiū hoīs venientē in nubib⁹: cōueniēter et nūc fulgur noīauit: qđ maxime solet coruscare de nubib⁹. Cōstituta ergo authoritate eccl̄ie p orbē terrarū clara atqꝫ manifesta: cōsequenter oēs discipulos admonet: atqꝫ oēs fideles/ ne schismaticis atqꝫ hereticis credāt. Unūquodqꝫ schisma et vnaqueqꝫ heresis: aut locum

fuū hꝫ in orbe terrarū partē aliquam tenēs: aut obscuris
atꝗ occultis cōuēticulis curiositatē hoīm decipit: quo ꝑti
net qꝺ ait. Si q̇s vobis dixerit/ ecce hic est christꝰ aut illic/
qꝺ signat terrarꝫ partes aut ꝓuinciarꝫ: aut in penetralibꝰ:
aut in deserto: qꝺ significat obscura et occulta cōuēticula
hereticoꝝ. Hec Aug. Terra schismaticoꝝ in eoꝝ operibus
schismaticis maledicta nō triticū generat: sed lolium ziza
niaꝗ ꝓducit: que inimicꝰ homo. i. diabolus q̇ hoīem deui
cit p̄r eoꝝ seminauit in eis. Mat. xiij. vbi Aug. de q̄stioni
bus euāgelij ait. Uerūtamē qm̄ agrū ipm nō ecclesiā: sed
hūc mūdū dn̄s interpretatꝰ est: bn̄ intelliguntᷣ in zizanijs
heretici: q̇ in hoc mūdo ꝑmiscētur bonis: vt illi q̇ in eadē
fide mali sunt palea potiꝰ q̄ zizania deputentur: q: palea
etiā fundamētū hꝫ cū frumēto radicēꝗ cōem. Schismati
ci aūt videntᷣ spicis corruptis etiā similiores vel paleis ari
starū fractis vel scissis: ⁊ de segete abiectis: nō tn̄ ꝯsequēs
est vt ois hereticus vel schismaticus ab ecclesia corporali
ter separetᷣ: multos em̄ portat ecclesia: q: nō ita defendūt
falsitatē sentētie sue: vt intētā multitudinē faciāt: q̄ si fece
rint tūc pellūtᷣ. hec Aug. ¶ Isti schismatici sunt vasa ire
in cōtumeliā dei ⁊ ecclesie. ij. ad Timo. ij. xxiij. q. iiij. quisꝗ.
Nō aurea/ in charitatis vnitate. Neꝗ argētea/ in ecclesie
soliditate ⁊ sonoritate: sꝫ testea ⁊ fictilia ⁊ fragilia/ in eoꝝ
leuitate et mutabilitate eterno incēdio cōburēda. xxiiij. q.
j. qm̄. ¶ In schismaticis nō est ecclesia vera. nā ipsi in par
te sunt: ⁊ partē sibi fecerunt. sicut Donatꝰ/ Arrius/ Sabel
lius: ⁊ ceteri heretici ⁊ schismatici. xxiij. q. v. relegētes. ibi:
vt suā diuisionē. i. schisma catholicam esse credentes eccle
siā ⁊c. ⁊. q. vj. vides. ibi: in partes Donati. ⁊. q. iij. pro mem
bris. ibi: q: seruiētes principibꝰ nr̄is aduersus ecclesiā ca
tholicā. i. aduersus corpꝰ christi armamini. ⁊. q. v. c. j. in p̄n.
ibi: clericos ꝑtis donati. ⁊. j. ibi: quasi in aliene ꝑtis suppli
cijs vindicari ⁊c. Ecclesia aūt est in toto: ⁊ iō dicitᷣ catholi
ca. i. vniuersalis. vt pall. c. ⁊. xxiiij. q. j. schisma. Qui cum ea
nō colligit/ spargit ⁊ diuidit: qui cū ea non est/ extra eā est.
Mat. xij. Luc. xj. ⁊. s. ar. xxxviij. hoc est q̇ christi spōsi eius
nō est: antichristi est: mediū nō est dare. xxiiij. q. j. qm̄. in fi.
¶ Isti schismatici sunt q̇ vadūt de domo vnitatis ecclesie
in domū schismatis ruinosam. Petrū cephas deserentes:
qui ait dn̄o interroganti. Nūquid ⁊ vos vultis abire: dn̄e
ad quē ibimꝰ: ⁊ q: nō mutauit hospitiū celestiū/ cōsortium
habitationis immutauit. Jo. vj. xxiiij. q. j. q̄ dignior. de cōse.
dist. ij. prima quidē. ⁊. c. forte. Un̄ dicit dn̄s Luc. x. Nolite
trāsire de domo in domū. Un̄ si ꝑfidus ⁊ schismaticus po
pulus deformet habitaculū christi ⁊ ecclie: vitāda eoꝝ cō
munio est. xxiiij. q. j. didicimus. q: schismatici synagoga sa
thane sunt: ⁊ ibi est sedes eiꝰ. Apoc. ij. q: sicut sedes et locꝰ
christi in pace ⁊ vnitate est. ps̄. lxxv. Factꝰ est in pace locus
eiꝰ. Ita sedes sathane in discordia ⁊ diuisiōe posita est: q:
primo diuisit celū: ⁊ nūc terrā. Un̄ et diabolus extermina
tor vocatᷣ. j. ad Coꝝ. x. ibi. Et perierūt ab exterminatore. i.
diabolo: qui ponit hoīes ⁊ angelos extra terminos vnita
tis ecclesie triūphātis ⁊ militātis: vnde et ipsi filij Belial
sunt. i. diaboli/ q̇ interpretatᷣ absꝗ iugo. vn̄ ⁊ contra tales
Beda supra Mat. Quicūꝗ ab vnitate fidei vel societa
te Petri apl̄i quomodolibet semetipsos segregāt: tales
nec vinculis pctōꝝ absolui/ neciamiam p̄nt celestis regni
ingredi. xxiiij. q. j. quicūꝗ. Itē Augu. Ubi sana fides non
est: nō pōt esse iustitia: q: iustꝰ ex fide viuit. Neꝗ schismati
ci sibi aliq̇d ex illa mercede ꝓmittāt: q: similiter vbi chari
tas nō est: nō pōt eē iustitia: quā si heretici ⁊ schismatici ha
berēt: nō dilaniarēt corpꝰ christi qꝺ est ecclia. xxiiij. q. j. vbi
sana. Itē r̄ndeāt schismatici. Ecclia vna est. xxiiij. q. j. loqui
tur. cū si. que intus ⁊ foris esse nō pōt. xxiiij. q. j. didicimus.
in prin. ⁊. vij. q. j. nouatianꝰ. Si em̄ apud Petrū de corua
ria p Bauarū intrusum est: apud dn̄m papā Joannē. xxij.
nō fuit. Si xͦo apud dictū Joānē fuit q̇ clemēti pape. v. le
gitima ordinatiōe successit: Petrꝰ de corua. pseudo ponti
fex est: et i ecclia catholica cū suis fautoribꝰ nō est: nec eps
cōputari pōt q̇ euāgelica ⁊ apl̄ica traditiōe cōtēpta: nemi

ni succedēs/ a seipo ortꝰ est/ et a Bauaro intrudēre. Habe
re naꝗ aut tenere ecclesiā nullo mō pōt q̇ in ecclia ordina
tus nō est. sic argumētatᷣ ⁊ cōcludit Cyprianꝰ gl̄iosus mar
tyr. vij. q. j. factꝰ. ⁊. c. nouatianꝰ. ⁊. xxiiij. q. j. didicimꝰ. Itē sic
ut sepe dictū est. Ecclesia vna est. sꝫ s̄m Aug. nullo mō pōt
dici ecclia in qua schisma est. Restat igitᷣ vt q: ecclia nō po
test esse nulla: ea sit quā in apl̄ice sedis ꝑ successiōes epoꝝ
radice cōstitutā nullorū hoīm malitia/ etiā si nota excludi
nō possit: sꝫ ꝑ tp̄is rōne tolerāda iudicetᷣ/ nullo mō valeat
extinguere. Sic arguit Gelasi. ⁊ cōcludit. xxiiij. q. j. puden
da. Itē Gelasi. schisma grecū nomē est: scissurā sonat: sed
in vnitate scissura eē nō pōt. Nō igitᷣ vnitati cōicat q̇ schis
maticis cōicat: ꝑtes sibi fecerūt: ⁊ ab eo qꝺ vnū est/ seipos
segregātes spm̄ nō habēt: q̇bꝰ oibꝰ illud efficitᷣ/ vt q: i vni
tare vnū nō sunt: vt q: in ꝑte eē voluerūt: vt q: spm̄ nō ha
bēt corꝑis christi: sacrificiū quārū ad fructū hr̄e nō p̄nt. sic
arguit. xxiiij. q. j. schisma. Itē ibidē Aug. ⁊ Gelasi. Ois ca
tholicꝰ securꝰ eā partē detestatᷣ/ cui vniuersalē ecclesiā apo
stolicis sedibꝰ roborarā nō cōicare cognoscit. Itē ibidem.
Nō ꝓdest schismaticis q̄ ignorātia rōnis vel simplicitate
sui intellectꝰ ab ecclesie catholice cōione se suspēdūt: idip
sum em̄ maius est ꝓpter qꝺ schismatici sunt: q: nō eos di
uersa sentiēdi iudiciū: sꝫ q̇dā apud se delata sibi tn̄ icogni
ta metuētes: ⁊ cōtra apl̄icā sedē temere credētes/ pessima
diuisit opinio. vbi glos. dicit q̄ magis schismatici sunt illi
qui tm̄ ꝑ simplicitatē suā separantᷣ ab ecclia: q̄ sint illi qui
ꝓpter subtilitatē aliquā errāt: falsa em̄ subtilitas istos cō
pellit in quo nō cadūt volūtarij: sꝫ inuiti. Illos alios deci
pit ignorātia volūtaria que nō excusat. xxxvij. di. nō ois. cū
§. prece. Itē in p̄ce. c. schisma. cū due ecclesie eē nō possint:
aut vos (qꝺ absit) iudicabitis schismaticos: aut si verā in
apl̄icis sedibꝰ cōstat eē ecclesiā: et illos ab vnitate diuisos
cognoscite. Itē ibi vnā q̇ christi corpꝰ est/ cōstat eē ecclesiā:
que in duo vel in plura diuidi nō pōt: simul em̄ quū ab eo
discesserit ecclesia: idē de ecclia eē desistit. Insuꝑ r̄ndeant
mihi si p̄nt sequētes Bauarū schismaticū ⁊ Petrū de cor
uaria pseudo papā/ ⁊ ab obediētia dn̄i pape Joā. et eccle
sie recedētes: ⁊ schisma publicū faciētes: q̇d poterūt r̄nde
re exēplis christi ꝓphetaꝝ/ apl̄oꝝ/ et alioꝝ sctōꝝ ꝓhibētiū
corporalē separationē etiā a malis fieri: nā et christꝰ scele
ratū Judā in numero/ choro/ ⁊ vita apl̄oꝝ: ⁊ participatio
ne sui corꝑis ⁊ sanguinis sustinuit: ne rūperet ecclesie sue
vnitatē. vt malos s̄m Aug. toleremus ne ab eis corporali
ter recedamꝰ. ad hec Mat. xxvj. j. q. j. christꝰ. ij. q. j. nihil. et
c. miꝰ. vij. q. j. §. hoc tūc. xxiij. q. iiij. tu bonꝰ. ex de offi. ordi.
si sacerdos. Un̄ Aug. suꝑ Jo. Quid igitᷣ voluit dn̄s nr̄ ie
sus fratres charissimi admonere ecclesiā suā qn̄ vnū ꝑdi
tū inter. xij. habere voluit. Mat. x. Luc. vj. ⁊. ix. ⁊ Mar. iij.
nisi vt malos toleremꝰ: ne corpꝰ christi diuidamꝰ. i. schisma
faciamꝰ: qꝺ fit si malos nō toleramꝰ. xxiij. q. iiij. quid ergo.
Itē Aug. Tu bonꝰ tolera malū. nā ⁊ christꝰ quū sciret Ju
dā eē furē tolerauit: ⁊ ad p̄dicādū misit: eiꝗ cū alijs eucha
ristiā dedit. xxiij. q. iiij. tu bonꝰ. ⁊. c. ecce. Ecce iquiūt. s. here
tici. dicit ꝓpheta Esa. lij. ⁊. xlv. di. recedite. ⁊. xxiij. q. iiij. rece
dite. Recedite: exite inde: et immundū ne tetigeritis: quō
ergo malos tolerabimꝰ a q̇bꝰ exire ⁊ recedere iubemur: ne
tāgamus immūdū. Nos illā recessionē spūaliter intelligi
mus: illi corporaliter. ⁊. j. rece. exi. inde: ⁊ immū. ne teti. sꝫ
cōtactu cordis nō corporis. Quid est em̄ tāgere immūdū
nisi cōsentire in pctīs: Quid est aūt exire inde/ nisi facere
qꝺ ꝑtinet ad correctionē maloꝝ ⁊c. Ita plane sociatᷣ quis
malis: si aliq̇d cū eis cōmittit: aut cōmittētibꝰ fauet: si aūt
neutrū facit: nullo mō sociatᷣ ⁊c. Itē ibidē Augu. Si quis
a catholica ecclesia fuerit separatus: quātūlibet laudabi
liter viuere se existimet: hoc solo scelere q̄ a christianitate
seiunctus est/ nō habebit vitā: sed ira dei manet super eū.
Itē ibidē Augu. A malis semp corde disfūgimini: ad tēpꝰ
caute corpore copulamini: duobus modis nō maculat te
malus. si ei nō cōsentias: et si redarguas. hoc est nō cōmu
nicare: nō cōsentire. et infra. Neꝗ ergo consentiētes finis

malis/ vt approbetis: neq̃ negligētes/ vt non arguatis:
neq̃ superbiētes/ vt insultāter arguatis. Itē ibidē Aug.
c.recedite et exite ꝛc. Displicuit tibi qđ quisq̃ peccauerit:
nō tetigisti immūdū: redarguisti: corripuisti. Et infra. exi-
sti inde. clamauit Moyses. ista clamauit Esaias. clama-
uit Hieremias. clamauit Ezechiel. videamus si dimiserūt
populū dei: et se ad gētes alias trāstulerūt. Q̃ multa et q̃
vehementer Hieremias increpauit pctōres et sceleratos
populi dei: inter eos tñ erat: vnū cū eis tēplū intrabat: ea-
dē sacramēta celebrabat: sed clamādo exibat inde. hoc est
exire inde: hoc est immūdū nō tāgere: et voluntate nō cō-
sentire: et ore nō parcere. ꝛ.c.q̃ magnum. Ibidē Aug. ibi.

Mali sunt i ecclesia tolerādi.

Nō em̄ propter malos boni sunt deserēdi: sed propter bo-
nos mali sunt tolerādi: sicut tolerauerūt pphete eos con-
tra quos tanta dicebāt: nec cōmunionē sacramētoꝝ illius
populi relinquebāt: sicut ipse dñs nocētem Iudā vsq̃ ad
condignū exitū eius tolerauit: et eū sacrā cenā cōmunica-
re cū innocētibus permisit. Mat.xxvi. sicut tolerauerunt
apostoli eos.s. pseudo aplos/ q̇ p inuidiā q̄ ipsi⁹ diaboli vi-
tiū est/ christū annūtiabāt. Phil.v. Itē ibið Aug.c.quāt⁹.
Quātus arrogātie tumor est: quāta humilitatis ꝛ lenita-
tis obliuio: ꝛ arrogātie quāta iactatio: vt quis se posse fa-
cere credat/ qđ nec apostolis cōcessit dñs: vt zizaniā a fru-
mento putet se posse discernere. Mat.xiij. Itē ibidē Gre-
go.c. hec autē. Hec aūt vita q̄ inter celū ꝛ infernū sita est/
sicut i medio subsistit: ita vtrarūq̃ partiū ciues recipit cōi-
ter: quos tñ scā ecclia indiscrete suscipit: et postmodū in
egressione discernet. Si igitur boni estis q̄diu in hac vita
subsistitis: equanimiter tolerate malos. nā quisquis ma-
los nō tolerat: ipse sibi per intolerātiā testis est/ q: bonus
nō est. Abel esse renuit quē Cayn malitia nō exercet. Non
est ergo malis cōicare/ cū malis in domo/ vel cibo/ vel ec-
clesia/ vel locutione/ vel arte cōmunionē habere: nisi sint
ab ecclesia p excōicationē precisi corporaliter.ij.q.j. multi.
Nā duo incorruptū castūq̃ custodiunt.s. vt nec faciat ma-
lum: nec approbet factū. Porro si addat tertiū vt non sit
in vindicando piger: sed vel corripiat. ps.cxl. iustus in mi-
sericordia ꝛ arguat: vel etiam si eā personā gerit: vel q: est
prelatus vel rector: ꝛ ratio conseruāde pacis admittit: vt
etiā corā oibus peccātes.xlv.dist. sed illud. arguat: vt cete-
ri timeant: remoueatur etiā ab aliquo gradu honoris/ vel
ab ipsa cōmunione sacramētoꝝ. Sed si hec oia cū dilectio-
ne corrigēdi/ nō cum odio persequēdi faciat: plenissimum
officiū nō solū castissime innocētie/ sed etiā diligentissime
seueritatis impleuit.xxiij.q.iiij. ita plane. vbi Augu. predi-
cta verba ponit. ¶ G Innocentia aūt ſm Tullium/ est

Innocētie tres gradus.

animi puritas ois peccati maculas abhorrēs. Tres autē
gradus innocētie ponūtur in preal.c. ita plane. Prim⁹ est
malū nō facere. Secūdus facientibus nō cōsentire. Terti⁹
salua pace peccantē corrigere. vt no.lxxxvi.dis. facientis. in
glos. nam tres. ¶ H Prohibet etiā christus granū a pa-
leis et semen bonū a zizanijs separari vsq̃ ad vltimū venti-
labrū. Mat.xiij. et est dictū.xxiij.q.iiij. quātus.ij.q.j. mul-
ti.xj.q.iij. nolite. In sagena Petri boni pisces cum malis
vsq̃ ad litus perueniūt. Mat.xiij. vbi Grego. Sicut em̄
mare seculū: ita seculi finē significat litus maris: in quo.s.
fine boni pisces in vasis eliguntur: mali proijciunt foras:
q: et electus quisq̃ in tabernacula eterna recipit: ꝛ inter-
ni regni luce pdita/ ad exteriores tenebras reprobi ptra-
hūtur. Nūc em̄ bonos malosq̃ cōmuniter quasi pmistos
pisces fidei ecclesie sagena trahit. Et Hiero. ibi. Dū em̄ sa-
gena extrahet ad litus: tūc verū secernēdoꝝ piscium iudi-
ciū demōstrabitur. Insup decē virgines fatue ꝛ prudētes
simul lāpades acceperūt: simul surrexerunt: sed carentes
oleo charitatis vel letitie spūalis celestē ianuā non intra-
rūt. Mat.xxv.xxiij.q.v. si paulus. et.ij. ad Timo.ij. In do-
mo patrisfamilias simul sunt vasa aurea et argētea in ho-
nore: et fictilia et lignea in cōtumeliā. vt.s. dixi.xxiij.q.iiij.
qui ſm.xxiij.q.vij.c.j. in fi. ibi. Nōnullos toleramus quos
corrigere nō possumus: nec ppter paleā relinquim⁹ areā
dñi: neq̃ propter pisces malos rumpimus retia dñi: neq̃
propter hedos in fine segregādos deserimus gregē dñi:
neq̃ propter vasa facta in cōtumeliā migramus de domo
dñi. Idē.xxiij.q.j. q̇squis. Simul sunt in arca Noe q̄ est ec-
clesia.xxiij.q.j. qm̄. quadrupedia et volatilia/ mūda ꝛ im-
munda. Gen.vj. et in linteo qđ vidit Petrus Act.x. qđ ec-
clesiā designat: simul erant quadrupedia ꝛ volatilia. Itē
Aug.xxiij.q.iiij. quidā. ibi. Om̄ zizania in ecclesia esse cer-
nimus/ non ideo ipsi de ecclesia recedamus. Et infra ibi.
Certissima exēpla quibus demonstratū ꝛ pronūtiatū est/
malos in ecclesia bonis esse permistos vsq̃ in finem secu-
li tēpusq̃ iudicij futuri malos tolerādos: nihilq̃ bonis in
vnitate ac participatione sacramētorū qui eoꝝ factis non
consenserint obfuturos. Itē idem.xxiij.q.iiij. cū quisq̃. ibi.
Fiat hoc vbi periculū schismatis nullū est. Itē Aug.xxiij.
q.iiij. ipa pietas. Conuiuiū dñi est vnitas corporis christi:
nō solū in sacramēto altaris/ sed etiā in vinculo pacis. Itē
Augu.xxiij.q.iiij. nō potest. ibi. Nāq̃ cōsilia separationis
et inania sunt ꝛ perniciosa atq̃ sacrilega: q: impia et sup-
ba sunt: et plus perturbant infirmos bonos/ q̄ corrigunt
animosos malos. Itē Aug.xxiij.q.iiij. nimiū. in fi. ibi. Nō
em̄ propter malos boni sunt deserēdi: sed propter bonos
mali sunt tolerādi: sicut tolerauerunt prophete eos cōtra
quos tanta dicebāt: nec tñ cōmunionē sacramētorū illius
populi relinquebāt. Esa.lij. Nume.xvj. Hiere.xvj. Itē idē
xxiij.q.v. ad fidē. ibi. Si autē ppter iniquitatē vestri schis-
matis illi quidem correptores vestri sunt: vos aūt estis si-
cut ceteri diuersoꝝ scelerū rei qui penas legibus pendūt:
pfecto infelices ꝛ in hoc seculo ꝛ in futuro eritis. Et Aug.
ibidē in.c. si vos. Si vos contra ecclesiā christi altaria ere-
xisse/ ꝛ a christiana vnitate que toto orbe diffundit sacrile-
go schismate separatos esse/ et a corpore christi que est ec-
clesia toto orbe diffusa. Et infra. Quātum potestis oppu-
gnādo aduersarios/ sancta ꝛ canonica scriptura cōuincit:
vos impij atq̃ sacrilegi estis ꝛc. Itē Pelagi⁹.xxiij.q.v. nō
vos. ibi. Malū aūt schisma esse/ et per exteras etiā pote-
states.i. laicas hmōi debere opprimi hoies. Et ifra. Quis-
quis ergo ab aplicis diuisus est sedib⁹ in schismate eū esse
nō dubiū est: et contra vniuersalē ecclesiā altare conat eri-
gere. Et infra. Canon statuat. Et infra. Qui a cōmunione
seipm suspēdit: et collectā.i. cōuēticulū facit: ꝛ altare.i. pri-
uatum modū sacrificandi cōstituit: et noluerit vocāti epo
cōsentire: ꝛ noluerit ei acquiescere neq̃ obedire: et primo
et scđo vocāti: hūc oino dānari/ nec vnq̄ vel orationē me-
reri/ nec recipere eū posse honorē: si em̄ permāserit turbas
faciens ꝛ seditiones ecclesie p exterā ptātē.i. secularē tāq̄
seditiosum cōprimi. Itē Pelagi⁹.xxiij.q.v. de liguri⁹. ibi.
Corpus dñi nri iesu christi hoc est sanctā ecclesiā lacerare.
Et infra. Nolite ergo dubitare hmōi hoies principali vel
iudiciali authoritate cōprimere: q: regule patrū hoc spe-
cialiter cōstituerūt: vt si q̄ ecclesiastici officij psona cui subie-
ctus est restiterit: vel alios seorsuz collegerit: aut aliud al-
tare erexerit: aut schisma fecerit: excōicet atq̃ dānet: q̄ si
forte et hoc cōtēpserit: ꝛ pmāserit diuisiones et schismata
faciēdo: p ptātes publicas opprimatur. ꝛ in fi. illius.c. ibi.
Quū mille alia exēpla ꝛ cōstitutiōes sunt/ quib⁹ euidēter
agnoscit vt faciētes scissuras in scā ecclia/ nō soluz exilijs
sed etiā pscriptione rerū ꝛ dura custodia p publicas pote-
states debeāt coerceri. C. de hereti. manicheos.xxiij.q.j. q̄
cōtra pacē. ex de here. cū ſm. li.vj. Itē Pelagi⁹.xxiij.q.v.c.
quali. q̄si in fi. ibi. Nec putetis alicui⁹ eē pcti: si hmōi hoies
cōprimunt: hoc em̄ diuine ꝛ humane leges statuerunt: vt
ab ecclie vnitate diuisi/ ꝛ ei⁹ pacē iniq̄ssime pturbātes/ a se-
cularib⁹ etiā ptātib⁹ cōprimant: nec q̄cq̄ maius/ vñ deo sa-
crificiū possitis offerre: q̄ si id ordinetis: vt ij qui in suā et
aliorū pniciē debacchant: cōpetēti debeāt vigore cōpesci.
Itē Pelagi⁹.xxiij.q.v. relegētes. ibi. Ut suā diuisionem ca-
tholicā esse credētes: ecclesiā vos a sua pollutione phibe-
rēt: sic em̄ p miam dei etiā nescientib⁹ illis hoc factū est: vt
a schismaticoꝝ cōione eruti/ catholice quā diligitis serua-

ri vos cõrigisset ecclie. et.i.in fi.ibi. Marie ecclesie acquis leiensis inuasor: q: in schismate maledict⁹:nec honorē epi poterit retinere nec meritū. Ille archāgelus lucifer ꝓprie dict⁹ Belial/q: sine iugo obediētie voluit esse: primus crimē apostasie cōmisit. de pe.di.ij.§.ꝙ vero reprobi.cū.c.se. hereditatē infelicē casus in ꝓfundū lac⁹/ꝑ culpa schismatis ⁊ iobediētie suis tumidis sequacib⁹ derelinquēs. Pro hac ariola inobediētia.lxxxi.di.si q̇ presbyteri. de illa amenitate paradisi et cōtēplatione angelica Adā eiect⁹ est. de pe.di.ij.§.adā.⁊.c.p̄nceps. Saul vita ⁊ regno ꝑuat⁹.i.Regū.iiij.xv.⁊ vlti.c. Ophni ⁊ Phinees filij Heli morte con sumpti in bello.i.Reg.i.ex̄ de simo.licet Heli. Moyses et Aaron terra ꝓmissionis priuati. Exo.xvij.de pe.di.ij.§.opponit̄. Quidā de discipulis iesu carnaliter christi sermonē intelligētes/retro abierūt:et se diuiserūt. Jo.vj.de ɔse.di.ij.prima quidē. Julianus apostata celesti lācea ꝑforatus. Arrius/Sabellius/Donatus/ Pelagius/et alij corrupti vertices sectaꝝ ꝑfidarū se a cōione scte matris ecclie in diuinis diuidētes/⁊schisma faciētes/fine detestabili de hac vita migrauerūt ad mortē eternā. de eoꝝ erroribus.xxiiij. q.iij.quidā. Grecia fornicaria cū Armenia maiori acephala a Petro clauigero ⁊ eius romanis pōtificib⁹ successoribus recedētes et schismatizātes:fidē/sciētiā/fortitudinē/ et vitā vtrāqꝫ ꝑdiderunt ⁊ perdūt.nā in pessimas hereses post schisma collapsa est.xxiiij.q.iij.inter schisma.⁊gladio vltori Arabum Turcoꝝ ⁊ Cathalanoꝝ/qui vocātur de societate/tradita ⁊ exposita. Sed ⁊ vltimo intra sanctam ecclesiā christiani numero ⁊ noie Guelfi ⁊ Gibellini in Italia vocati/se ab vnitate ecclesie reuera diuidētes:sine causa ⁊ cōtra naturā ⁊ cōtra fidē gladijs ⁊ telis ⁊ alijs diuersis mortis generibus dei ⁊ ecclesie sue vltricibus in corpore ⁊ in aīa quotidie se cōsumūt:vt in cōdēnationis iudiciū consurgētes/⁊ in igne sempiterno consumpti/nūqꝫ tñ valeāt cōsumi. Sed et isti dicāt schismatici mihi qui de mala societate querunt̄/⁊ se diuidūt ab ecclesie corpore: q̇d obfuit peruicacia ⁊ tumor elati luciferi ⁊ schismatici:⁊ sequaciū stellarū ruentiū cum eodē: humilibus alijs spiritibus et ideo in gratia cōfirmatis. de pe.di.ij.§. ꝙ vero reprobi. in fi.in eodē celo empyreo simul manētibus? Quid Cayn inuidia ⁊ malitia Abel innocēti et sancto germano simul viuenti? Gen.iiij.in canonica Jude.de pe.dist.j.§.deniqꝫ. xiiij.q.v.scriptū. Corpus quidē occubuit:qd̄ tandē occumbere oportebat. Ipse vero corona et merito ꝓtomartyris laureatus.vnde primus sanguis iustus fuit qui fuit sparsus. Mat.xxiij. Quid nocuit hispiditas ⁊ ferocitas. Gen. xvj. l. dist. hismael. Hismaelis egyptij ex parte genitricis Agar serue/Isaac filio libere Sare ⁊ repromissionis secū cohabitāti. Gen.xvj.q̇ risus interpretat̄. Gen.xxj.gaudenti:obediēti Gen. xxij.et christū repsentāti: ⁊ paterna hereditate celestē ꝑfigurāti:patriarchatū obtinēti? Quid Gastrimargia pilosi Esau venatoris nocuit Jacob secū cohabitāti:frugali: quieto:simplici:ꝑsonā sancti tenēti supplātatoris? Gen.xxv. Quid frōtositas impudētia ⁊ irreuerētia Cham filij Noe circa verenda patris nocuit filijs alijs duob⁹ pudoratis Sem ⁊ Japhet cū eo habitantib⁹. Gen. ix.xxvi.di.in scripturis.j.q.iiij.§.itē pctō ciuiū.ver.itē Chā. Quid oppressio ⁊ persecutio ⁊ corruptio egyptioꝝ nocuit Moysi ⁊ Joseph ⁊ alijs fratrib⁹ suis p̄riarchis/filijs Jacob:⁊ multis alijs de pplo dei electis? Perierūt illi in mari rubro. Exo.xiiij. Isti euaserūt:immo puto ꝙ nisi isti filij isrl̄ ab egyptijs in tribulationib⁹ exercitati fuissent:ad mōtē dei nō venissent.ar.bonū.v.q.v.c.ij. Nec de Loth nepote Abraā pretermittēdū est ꝙ Sodomis pudicitiā obseruauit: nec tñ ab illis hoibus sceleratissimis se segregauit. Gen.xix.xl.di.q̄libet. nec eos iudicauit:⁊ ꝓpterea f̄m Elimac archimādritā mōtis synai/cū dn̄s de illo incēdio liberauit. Mirū. Adam in paradiso peccat. Loth Sodomis pudicitiā seruat.vt pall̄.c.q̄libet.et in igne illesus in mōte incestu filiarū pollut⁹ est. Gen.xix.xiiij.di.ꝙ ait.xv.q.j.inebriauerūt. Quid offecit ira ⁊ furor ppl̄i isrl̄ sepe ɔtra dn̄m

Exēplis ꝓbatur malorū cōsuetudinē bonis ꝓfuisse.

murmurātis. Exo.xvj.⁊.xvij.j.ad Cor.x. Moysi māsuetissimo ⁊ benigno habitāti cū eis? erat em̄ Moyses mitissimus hoīm qui habitabāt in terra. Nume.xij. sꝫ nec oēs de pplo vitulū aureū adorauerūt: sꝫ adorātes perierūt. Exo. xxxij.de pe.dis.ij.§.opponitur.xlv.di.disciplina. Nihil etiā obfuit acidia ⁊ ignauia ppl̄i israel terrā ꝓmissionis diffidētis intrare/solicitudini Caleph et Josue:q̇ eā cū fidei feruore et ꝑseuerātia intrauerūt. Nume.xiij.lxxvj.di.ieiuniū. Deniqꝫ in domo dn̄i Jesu et choro apl̄oꝝ/nūquid philargyria Jude loculos cōpilantis. Jo.xij. furtū ⁊ sacrilegiū. xxiij.q.iiij.q̇d ergo.ꝑditio.ij.q.j.vnus. Mat.xxvj.⁊ paricidiū.ff.ad.l.pōpe.de pari.l.pena.⁊.C. de his q̇ patrē vel libe.occi.l.vnica.multo poti⁹ paricidiū d̄:qd̄ in patrē spūale cōmittit̄.vt no.de pe.di.j.aut facta.glos.nā talis. Simulatio ⁊ hypocrisis simulātis se amicū ⁊ cōicātis corp⁹ christi. Mat.xxvj.xxiij.q.iiij.tu bon⁹. ꝑsumptio ꝑmittētis sibi lauari pedes a christo. Jo.xiij.xxiiij.q.j.q̄ dignior. Simonia: q: rē sacrā vēdidit.s.christū. Plagiū. q: liberū hoiem scilꝫ christū vēdidit.de his duob⁹ no.j.q.j.q̇ studet.glos.fi. Desperatio.q: se laqueo suspēdit. Mat.xxvij.de pe.di.iij. iudas.ei⁹/īfecit Petrū Jacobū ⁊ Joānē:⁊ ceteros coapostolos veros pauperes fideles sacratos ⁊ pios? Absit. Nā ille sol⁹ ruptis viscerib⁹ ꝑditionē celātib⁹ deformis leti suspēdiū desperat⁹ subijt.de pe.dist.iij.iudas.c.nihil iude.⁊ c.sceleratior. Mat.xxvij.xxiij.q.v.tu dixisti. Alij ī spe resurrectiōis christi palmas gloriosi martyrij ꝑ fide sui dn̄i traditi a cōdiscipulo receperūt. Sed veniam⁹ ad caput. Christus cū pctōrib⁹ habitauit:bibit:⁊ comedit:⁊ ɔuersationē habuit:et ꝓpter hoc ab emulis phariseis falsis iniustis ei dicebat̄ Luc.xv.q: cū pctōrib⁹ mā ducaret et biberet. Sed ipe charitas ⁊ vnitas.j.Jo.iiij. et vnitas:q̇ ad vniēdū venerat nō spargēdū/aut schisma faciēdū. Jo.x.dicebat. Nō egēt.de pe.di.iij. adhuc instāt. qui sani sunt/medico:sed q̇ male habēt. Mat.ix.⁊ Luc.v. Sed vere dn̄e oīs hō male hꝫ:⁊ te medico pio ⁊ cōpatiēte indiget:q: oīs hō mendax. ps.cxv.⁊ Roma.iij.⁊ pctōꝝ.de pe.di.ij.si em̄. adhuc Lu.v. Mat.ix.ij.q.j.multi.⁊ Luc.xv. Vn̄ Bern̄. O benignitas. o charitas. Rex celoꝝ amic⁹ efficit̄ publicanoꝝ. Panis angeloꝝ reficit̄ in conuiuio pctōꝝ:ꝙ dulce ferculū/panis cōpūctionis:ꝙ suaue poculū lachryme deuotiōis.his libenter christus vescit̄:suauiter delectat̄:vino inebriat̄:vt oīm offensionū nostrarū nō recordet̄ amplius. Vn̄ pulchre d̄: Mat.xj. Potator vini:publicanoꝝ ⁊ pctōꝝ amic⁹. Recolite lachrymas Magdalene: ⁊ videbitis hoc verissimum esse. ¶ I Semꝑ ergo diuisio ⁊ schisma vitāda sunt:nec timēdū est ꝙ alienū pctm̄ alteri nō consentiēti noceat. vn̄ Job.xxxv. Hoi qui similis tui est/nocebit iniq̇tas tua:⁊ filiū hois adiuuabit iustitia tua. Quod verbū exponēs Greg. xxviij.li.moraliū ait. Humana īpietas ei nocet quē ꝑuertēdo coinq̇nat:⁊ rursus eū adiuuat nostra iustitia quē a prauis actionib⁹ imutat. Nocere em̄ vel adiuuare nesciūt ea que vel a bono corrūpere/vel a malo ꝑmutare nō pn̄t.j.q. iij.hoi. Vnde ⁊ Aug. Theodosius quart⁹. Vnusquisqꝫ ex suo admisso sorti subijcit̄:nec alieni criminis successor constituit̄.j.q.iiij.crimē. Aīa em̄ q̄ peccauerit/ipa morietur. Ezechiel.xviij.causa.j.q.iiij.iā itaqꝫ.⁊ de hoc ꝑ totā illā q̄ōnē.⁊ in summa. Itē Grego.in.ij. dialo. Ibi adunati equanimiter portādi sunt mali:vbi inueniunt̄ aliq̇ qui adiuuent̄ boni.vij.q.j.ibi. Itē Aug. Maius malū in separatiōe bonorū cōmittim⁹:ꝙ in cōiūctiōe maloꝝ fugiam⁹.vij.q.j.§. hoc tūc.ver. hinc idē ait. q: separādo nos a malis cōmittimus schisma:qd̄ malū maximū est.vt dicit ibi glos. que icipit fugimus. Nā tolerāti malos nō imputat deus pctā. nō sua: q: nō fecit.nō aliena:q: nō approbauit. nō negligentiam: q: nō tacuit.nō superbiā:q: in vnitate ꝑmāsit. in ver.pall̄. hinc idē.hinc etiā Aug.in ps.liiij. Ecce elōgaui fugiēs:nō loco/ne rūpatur charitas bonoꝝ: ne perdat exercitiū maloꝝ:quos deus admiscet vt Judā apl̄is.quem ꝙuis sciret esse furē:tñ ad predicandū misit: et ei eucharistiam dedit: docēs in ecclesia tolerare malos; nec obesse bonis maloꝝ

consoꝛtia.vij.q.j.§.hoc.ver.hinc idē.Itē Paul⁹.j.ad Coꝝ.
v. Scripsi vobis in epistola:nō cōmisceamini foꝛnicarijs:
nō vtiꝗ foꝛnicarijs huius mūdi/aut raptoꝛibus/aut aua
ris/aut idolis seruiētibus:alioqn debueratis de hoc mun
do exijsse.q.d.Aug. Nō eñ pñt hoīes in hoc mūdo nisi cū
talibus viuere. vñ cōsequēter adiūgit apl's. Nūc autē scri
psi vobis non cōmisceri foꝛnicarijs:si q̄s aūt frater noiat
foꝛnicatoꝛ aut auarus ⁊c.q.d.qñ ꝓ istis pcīs excōicat⁹ est:
tunc est vitandus.hec ponuntur.ij.q.j.multi.

¶ Articulus.lxvj.

Quia satis late con/
tra schismaticos sum locutus:q̄ maxime tē/
poꝛe dñi pape Jo.xxij.in qđ perueni tēpus/
dānabiliter inundarūt:nūc cū aliquo epilo
go superioꝝ ad vnā sanctā matrē ecclesiā/cui⁹caput legiti
mū dictus dñs Joānes summus pōtifex extitit/addēdo
multa vtilia ⁊ necessaria/redeamus.Et sub istius ecclesie
vnice ⁊ pꝛedicti ei⁹ capitis firmi obediētia maneamus:et
ibi simus vbi ecclesiā cōiter esse scimus. xxiiij. q.j. schisma.
ibi:oīs catholic⁹ ⁊c. Job. In nr̄o nidulo moꝛiamur. Job
xxix.Nō eamus de domo in domū.Luc.x.xxiiij.q.j. que di/
gnioꝛ.nō trāsinigremus vt passeres impudici in mōtē.ps̄.
x.Nō circūferamur omni vēto doctrine cōtra aplm̄ Ephe.
iiij.j.Reg.xix.⁊.xxvj.ij.Reg.j. Reuerētiā facit Dauid sa/
cre vnctioni etsi peccet inūctus.j.q.j.sacramēta. Sacramē
ta nō peccāt/etsi eoꝝ collatoꝛes facinoꝛosos esse ꝯtingat.
vt plene in pꝛima parte isti⁹ operis dictum est in.viij.⁊.ix.
art.vnde scelerati ministri virtute diuina ea cōferūt:⁊ nō
sua:et ideo virtutē suā nō perdūt collata ꝑ malos:q: chꝛi/
stus cui⁹ potētia cōferūtur/summe bon⁹ est. ps̄.cxviij. q̄m
bon⁹ es tu.q: de⁹ est q̄ solus est bon⁹.Mat.xix. Luc.xviij.
Et nisi hoc esset/semper in dubio sacramēta reciperem⁹ et
sine fide:nesciētes q̄ sunt boni vel mali taliū collatoꝛes:⁊
sic ecclesia vacillaret.cōtra illud. xxiiij.q.j.hec est.⁊.c.aper
te.quod hereticum est adstruere et sentire. ¶ A

Ttendēdū est insup isto toto tpe. Mat.xvj.
Mar.viij. Luc.xij. a fermēto quoꝛūdā pseu/
do ꝓphetarū: qđ est heresis: dicētiū ecclesiā
meretricē.s.vere de meretrice impia conscien
tia ⁊ malignāte.ps̄.xxv.odiui ecclesiam mali
gnātiū.ecclesia. Tales adulterij ⁊ spurcitiei filij sunt exoꝛ
ti.Ecclesia eñ catholica in se ⁊ in suis sanctis nō meretrix:
et Luc.xviii. de pe.di.i.q: diminitatis. Nūquid semita iusto rū quasi lux splēdēs procedit ⁊ crescit vsq; in perfectū diē. Prouer.iiii. de pe.di.ii. nō reuertebātur. Absit a papa cre-dere hoc. Hoc em̄ illoꝝ est qui dignitates virtutes putāt. Augustis relinquat illā sniam: aliisq; q̄ diuinis coli hono-ribus nō timuerūt. verbi grā. Nabuchodonosor. Alexan-dro. Antiocho. in li. Macha. Herodi. Act.xii. ¶ I Pa-pa vero cōsideret nō cōsummatione se summū dici: sed cō-paratione. nec cōparatione meritoꝝ: sꝫ ministerioꝝ. i. Pe. iiii. ⁊ .i. ad Coꝛ.iiii. Sic eū existimet quilibet vt ministrum christi: ⁊ inter ministros summū. Dicat papa cum Paulo. Nō q̄ iam acceptus aut iā perfectus sim. ⁊ rursum. Et me nō arbitror cōprehēdisse. Phil.iii. hec sciētia sanctoꝝ. hec longe ab illa que inflat. i. ad Coꝛ.viii. ex̄ de renū. nisi cum

Hec idē- pridē. §. de profectu. ¶ Restat adhuc querere cuiq; pape
tidē sum quis sit quā gerat in ecclesia dei ꝑ tpe personā. Est aūt po
mo pōti testate Petrus. ex̄ de elec. c. significasti. §. ceterū. Unctiōe
fiā consi christus. ex̄ de sacra vnct. c. vnico. Cui claues tradite: cui
derāda. oues vniuerse cōmisse sunt. Jo. vlti. ex̄ de elec. significasti.

Et quidē alii ianitores et gregū pastores. xcv. di. esto. sed ipse tāto gloriosius: quāto ⁊ differētius. Heb. i. vtrūq; pre ceteris nomē hereditauit. Habent illi sibi assignatos gre-ges: singuli singulos: sibi vniuersi crediti. ex̄ de ma. ⁊ obe. solite. ii. q. vi. decreto. nō modo ouiū: sed ⁊ pastoꝝ ipse vn⁹ oīm pastor: q: vicarius principis pastorū. xcv. dist. esto. De hoc aūt copiose in prima parte isti⁹ operis. s. tractaui. nec hic repeto. sed ibi remitto. ¶ Sed ꝓsequor vt papa tumo-rem deponat: vt cōsideret quid sit: q: homo. quis: q: eps. homo natus: eps factus. sed qualiter natus attendat. de muliere. ad literā. breui viuēs tpe. q: parū viuūt pape. re-pletur multis miseriis plus q̄ alii hoies. Job. xiiii. Tollat proinde nunc hereditaria hec perizomata ab initio male-dicta. Geñ. iii. de pe. di. i. adā. Dirūpat velamē folioꝝ celā-tiū ignominiā: nō plagā curantiū. Deleat fucū. de cōse. di. v. fucare. fucati honoris huius/ ⁊ male colorate nitorē glo-rie: vt inde se nudū cōsideret: q: nudus egressus est de vte-ro matris sue. Job. i. Nūquid infulatus? Nūquid micans gēmis/ aut florib⁹/ sericis/ aut coronat⁹ pēnis/ aut suffarci-natus metallis? Si cūcta hec veluti nubes quasdā matu-tinas velociter trāseūtes et cito ꝑtrāsituras dissipet et ex-sufflet a facie cōsiderationis sue: occurret sibi hō nudus ⁊ paup̱ et miserabilis. Apoc. iii. homo dolēs. ps̄. lxviii. Ego sum pauper ⁊ dolēs. M homo sit. erubescēs q̄ nudus sit. Geñ. iii. de peni. di. ii. §. romanos. ver. vt cognouerūt. aīs est. c. Plorās q̄ natus sit. murmurans q̄ sit homo nat⁹ ad laborē. Job. v. nō ad honorē. salubris copula vt cogitans se summū pontificem attēdat vilissimū cinerē nō fuisse sed esse. Geñ. viii. Unde si cogitat se quātus est: cogitet ⁊ qua-lis ⁊ quid est. ¶ Cogitet ergo papa qualis sit ex se: ⁊ qua-lis ex dono dei. non sit in spū ei⁹ dolus. ps̄. xxxi. sed reddat que sua sunt sibi: mala. s. et que sunt dei deo. Mat. xxii. ca. bona scꝫ. Jaco. i. Mat. vi. ⁊ .xviii. et Lu. xi. Attēdat qualis sit in donādis iniuriis. lxiii. di. salonitane. qualis in vlcīscē-dis. xxiii. q. iiii. si is. vbi de hoc. q̄ in vtroq; ꝓuidus ⁊ discre-tus modi/ loci/ ⁊ tēporis/ obseruator. l. di. vt cōstitueret. ex̄ de cle. excō. mi. latores. Qualis in tribulationibus. Si cō-stans in suis: vii. q. i. suggestū. In alienis cōpatiēs. vii. q. i. §. hoc tūc. Hoc recti cordis. e regione ꝑuersissimi. si in pro-priis impatiēs: in alienis nō sit cōpatiēs. ¶ L Cauen-da precipue in summo pōtifice otiositas. Otiū em̄ mater nugarū nouerca virtutū. lxxxiii. dist. nihil. Nuge in ore sa-cerdotis blasphemie. Cōsecrauit os suū euangelio. talib⁹ iā os aperire illicitū: assuescere sacrilegiū est. Fede ad ca-chinnos mouet: fedi⁹ mouet. Porro detrahere/ an detra-hentē audire/ quid hoꝝ dānabilius sit: non facile dixerim. vi. q. i. ex merito. ⁊ c. deteriores. ¶ L M autē precipue sibi attendēdum est q̄ nō sit acceptor personarū (qd̄ raro inuenitur) q: non est personarū acceptio apud deū cuius ipse est vicarius. Act. x. i. Pet. i. Jaco. ii. vbi de hoc. vn̄ ibi. Si aūt personam accipitis: peccatū operamini redarguti

a lege quasi transgressores. Deut. i. c. vbi de hoc. i. q. vii. §. hinc petrus. xxxii. q. iiii. §. his ita. iii. q. ix. c. vlti. vbi de hoc. iiii. q. iiii. nullus. vbi de hoc. ex̄ de iudi. venerabilis. ⁊ c. no-uit. §. si forsan. i. q. i. si quis neq;. ex̄ vt eccle. benefi. c. i. §. in omnibus. Unde et pharisei adulantes domino dicebant. Matth. xxii. Et non est tibi cura de aliquo: nō enim respi-cis personam hominum. Sap. vi. Pusillum et magnū ip-se fecit: ⁊ equaliter ei cura est de omnibus. vbi dicit Hiero. Non rex apud illum nobilior: non pauper infirmior: non diues potentior: non dn̄s potior: non seruus deterior: sed omnibus equalis: omnibus iudex: omnibus deus: omni-bus dn̄s est. Contra hec sunt que leguntur et nor̄. xxiiii. q. i. qui contra pacem. vbi aliter puniuntur nobiles: quia mi-nus q̄ serui. de hoc de iureiur. cum quidam. Sed ibi solui-tur: quia in pena pecuniaria plus punit̄ nobilis et diues: in corporali vero plus ignobilis ⁊ pauper. ¶ M Sed Ab adu-
et a vitio magis periculoso pape et aliis rectoribus super latoꝝ pe-
omnia sibi cauendū est. s. ne sit facilis ad credēdum: cuius ste cauē-
callidissime vulpecule magnorum neminem competiri sci- dum.
tis. fm Bernar. cauisse versutias. Inde eis ipsis pro nihi-lo ire multe. Inde innocentum frequēs accusatio. Inde preiudicia in absentes. Inde suspitiones cor excruciātes. Inde indignationes. Inde adulatorum perstrepit turba in elatione. Inde peruersitas iudicioꝝ. Nihil sic regimen vniuersale destruit. Ad hoc. xxiii. q. iiii. q̄ magnum. vbi de hoc. vnde Gregorius. De vestra igitur sanctitate absit a christianorum iudicio ea que maledicorum hominum ru-moribus conficta credimus: in qualicumq; modulo suspi-tionis adduci: quia et sacri eloquii testimoniū tenemus: vt mala maiorum/ supple maxime/ quum forsitan dicun-tur: nisi probata credi non debeāt. Et infra. Hec igitur di-xi vt nimie leuitatis esse ostenderem: si quis mala grauia credere studeat que probari non possunt. xi. q. iii. in cun-ctis. ¶ Item in. vii. synodo. nō solum ille reus est qui fal-sum de aliquo profert: sed etiam is qui aurem cito crimini-bus prebet. xi. q. iii. non solum. lxxxvi. distinc. si quid. xv. q. vii. c. ii. et. q. vlti. c. vlti. in fine. ibi. Quia non statim qui ac-cusatur reus est: sed qui conuincitur criminosus. Eccli. x. Ante q̄ scruteris non reprehendas. intellige prius. et tūc increpa. ante q̄ audias non reprehendas. xi. q. iii. eorum. Et Augustinus. Nam si nominatio sufficit/ id est diffama-tio fm glos. multi damnandi sunt innocentes: quia sepe falso in quoq̄ crimina nominātur. ii. q. i. multi. in fine. Et dominus mala audita de Sodomis noluit iudicare pri⁹ q̄ manifeste cognosceret que dicebantur. Geneſ. xviii. de accusa. in multis. c. ii. q. i. deus. Et ibi dicitur per Euaristū papam. Mala audita nullum moueant: nec passim dicta absq; certa probatione quisq̄ vnq̄ credat: sed ante audi-ta diligēter inquirat: nec precipitanter quis aliquid agat. Si enim deus omniū cognitor/ Sodomorum mala quo-rum clamor vsq; ad celum peruenerat/ omnia sciēs prius non credere nec iudicare voluit: q̄ ipsa ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigans que audierat opere com-probaret: Nos qui sumus homines ⁊ peccatores/ quibus incognita sunt iudicia dei/ hec precauentes nullū ante ve-ram iustamq; probationem iudicare aut condemnare de-bem⁹ manifeste apostolo Paulo dicente Roma. xiiii. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Idem. xxx. q. vlti. nullum faciunt. ea. cau. et. q. §. his ita. et. c. iudicantem. c. incerta. ex̄ de simo. licet heli. de hoc nor̄. xxii. q. iiii. innocēs. glos. i. ex̄ de cleri. excom. mi. illud. in glos. scꝫ quod nō. M autem dicitur/ Charitas omnia cre-dit. i. ad Coꝛ. xiii. exponitur. que suadet veritas ad fidē cre-dēdam. s. que credit ecclesia. ¶ Quum quidā pater alteri malum de quodā fratre retulisset: dixit ille. Un̄ hec scis? di-xit referēs. quidā bonus frater mihi retulit. rn̄dit audiēs. si bonus fuisset: nūq̄ hec tibi dixisset. Habet hoc ꝓpriū an-tiqui hostis inuidia: vt quos improboꝝ actuū ꝑpetratio-ne deo sibi resistēte deiicere nō valet opiniones eorū falsa ad tp̄s simulādo dilaceret. ii. q. v. habet hoc.

¶ Articulus.xiiij. A

Sexta consideratio

principalis papalis est cogitare quid hꝫ re
gere. q: totū mundū. Nā parētes eius apo
stoli destinati sunt a dn̄o non ad aliquas re
giones: sed ipm debellaturi orbem. Ite/inquit/in vniuer/
sum mūdū ꝛc. Mar. vlti. Et quo nō peruenerūt victores
inclyti filij excussoꝝ. ps̄. cxxvj. quō sagitte potentū acute. s.
lingue ignite. ps̄. cxix. de pe. dist. j. periculose. cū carbonibꝰ
desolatorijs. Et quidē in oēm terram exiuit sonus eoꝝ ꝛc.
ps̄. xviij. xix. di. ita dn̄s. ex̄ de elec. fundamēta. lib. vj. Pene/
trabāt verba illa incēsa igni. ps̄. lxxix. quē dn̄s misit in ter/
rā. Occurrebāt strenuissimi bellatores ꝫ nō succūbebant.
¶ B Triūphabāt etiā mortui. ps̄. cxxxviij. nimis cōfor/
tatus est principatꝰ eoꝝ. Cōstituti sunt principes sup oēm
terrā. ps̄. xliiij. lxiij. di. quoꝝ vices. Papa eis in hereditatē
talē succedit. Ipse heres orbis. Hereditas illiꝰ est. Dispen
satio sup illū credita est sibi. sm̄ Bern̄. non data possessio.
Vsurpat ꝛ hāc. Cōtradicit sibi qui dicit/meus est orbis ter
re ꝛ plenitudo eius. ps̄. xxiij. Et alius ꝓpheta. Et erit oīs
terra possessio eius. Christus hic est qui possessionē sibi vē
dicat/ꝛ iure creationis/et merito redēptionis/ꝛ dono pa/
tris. ps̄. ij. dabo tibi gētes hereditatē tuā: et possessionem
tuā terminos terre. possessionē et dn̄iū. Cedat huic papa.
Ipse curā illius habeat. Prefit papa vt ꝓuideat/vt cōsu/
lat/vt seruiat: prefit vt ꝓsit. viij. q. j. qui epatū. Prefit vt fi
delis seruus et prudēs quem singulariter constituit dn̄s.
Mat. xxj. Lu. xij. Mar. xxiiij. super familiā suā. Ad quid?
Vt det illis escā in tēpore. hoc est vt dispēset. xliij. di. ephe
sijs. nō imperet. Hoc faciat: et dn̄ari ne affectet hominum
hō: vt non dn̄etur sibi oīs iniustitia. ps̄. cxviij. ¶ C Ber
nar. ad Euge. papā. Nullū tibi venenū/nullū gladiū/plꝰ
formido: ꝙ libidinē dn̄andi. Certe vt multū tibi tribuas: si
multū deceptus nō es: nil te existimas plꝰ accepisse a ma/
gnis apl̄is. Paulus. Sapiētibꝰ ꝛ insipiētibus debitor es.
Roma. j. Hoc noīe potiꝰ cōgruit seruiēti ꝙ dn̄anti. Ergo
si papa debitor est: curādū summopere ꝛ vigilātia cōside/
randū sibi est/quō ꝛ qui nō sapiūt sapiāt: docēdo eos. xliij.
dist. ꝑ totū. vt qui sapiūt nō desipiant. ex̄ de renū. nisi. §. ve
rū. ibi. desipis si sic sapis. ꝛ qui desipuere resipiscāt. Nullū
genꝰ insipiētie in fidelitate (vt sic loquar) insipiētius. Est
ergo infidelibus debitor. est Judeis ꝛ grecis ꝛ gentibus.
¶ D Interest proinde sua/dare operā quā possit: vt in/
creduli cōuertātur ad fidē. ex̄ de cōuer. infi. ꝑ totū. cōuersi
nō auertant̄. auersi reuertant̄. ¶ E Ambitiosi speciali/
ter a dei eccl̄ia. j. q. iij. ex multis. c. vēdētes. eijciant̄. O am/
bitio ambientiū crux: quō oēs torquēs/oībus places? Nil
acerbius cruciat: nil molestius inquietat: nil tm̄ apud mise
ros mortales celebrius negotijs eiꝰ. An nō limina apl̄oꝝ
plus iā ambitio ꝙ deuotio terit? An nō vocibꝰ eius papa/
le tota die reboat palatiū? An nō questibꝰ eiꝰ tota legū ca
nonūq; disciplina insudat? An non spolijs eiꝰ oīs Italica
inhiat inexplebili auiditate rapacitas? vide qō scripsi de
ambitione. s. in ista. ij. parte. in. ix. ar. in ver. ambitiosa es. ꝛ
ver. O ambitio. ¶ F Inter alia etiā ꝯsiderāda Roma
no pōtifici est appellationes frustratorias refutare. ex̄ de
appel. cū friuolis. li. vj. q: appellationis remedium nō est
ad defensionē iniquitatis: sed ad presidiū innocētie insti/
tuit̄. ex̄ de ap. cū speciali. §. porro. et. c. ad nostrā. Appellat̄
ad papā de toto mundo: ꝛ id quidē in testimoniū singula
ris sui primatus. ij. q. vj. quisquis. cū. iiij. c. seq. et. c. ideo. et
c. decreto. c. qui se scit. sed ipse nō primatu gaudeat: sed fru
ctu. Unde Luce. x. In hoc gaudere nolite: q: spūs vobis
subijciūtur. Nō est autē appellatio subfugiū: sed refugiū.
Qō ꝓuisum est ad remediū: nō tendat ad noxā. j. q. vij. qō
pro remedio. lxiij. dist. c. verū. ex̄ de rescrip. statutū. in prin.
li. vj. ¶ G Quid de auaritia in summo pontifice preci/
pue detestāda dicā? Si quidem auarus est: totus mūdus
cui preest/obolus sibi est. in ꝓlogo biblie. viij. c. xiiij. q. iij.
quid dicā. Quia beatus ꝛ sanctꝰ est aut esse debet. xl. di. c. j.
excutiat manꝰ suas ab oī munere. Esa. xxxiij. j. q. j. sunt nō/
nulli. ex̄ de simo. et si q̄stiōes. Parui deiectiq; animi est de
subditis nō ꝓfectū querere subditoꝝ/sed questū ꝓprium.
In summo p̄sertim oīm nihil turpiꝰ. Thesaurizare hꝫ pa/
ter filijs: nō ecōtrario. ij. ad Cor. xij. vbi etiā dicit̄. Nō em̄
quero q̄ vestra sunt: sed vos. ex̄ de censi. cū apl̄s. Un̄ idem
Paulus ait Phil. iiij. Non quero datū sed fructū. Narrat
Bern̄. li. iij. de cōsidera. in laudē Eugenij pape saccos ger
manicos tumētes precio Romā aduenisse. Argētū repu/
tatū est fenū. Sūmarij nō leuati sarcinis onusti nihilomi
nus repatriāt vel inuiti. Noua ꝛ mira res. Qn̄ hactenꝰ au
rū Roma refudit? ꝛ nūc romanoꝝ cōsilio id vsurpatū non
credimus. Itē duo venerūt ad curiā: ambo locupletes: et
ambo rei. siquidem vnus Magūtinus. Coloniēsis alter.
Alteri gratis. j. q. j. grā reddita est. alter indignꝰ credo cui
gratia redderetur: audiuit: Cū quali veste intrasti/cū tali
egredieris. O vocē magnificā. vocē prorsus ap̄lice liber/
tatis. Quid minꝰ ab illa hec habuit: pecunia tua tecū sit
in ꝑditionē. Act. viij. ꝛ. j. q. j. qui studet. nisi ꝙ in illa plꝰ ze/
li: in ista plus modestie sonuit. cōtra auaritiā ꝛ simoniā. s.
eo. arti. x. §. postq̄. ¶ H Hic aūt querēdum est an papa
possit cōmittere simoniā. Et tenet Tho. ꝙ sic. scilꝫ ꝙ papa
pōt cōmittere vitiū simonie sicut quilibet aliꝰ homo. Pec
catū em̄ tāto in aliqua ꝑsona est grauius: quanto maiorē
obtinet locū. Ad hoc. xl. di. hō christianꝰ. ꝛ. c. si papa. ꝛ dixi
s. in. x. ar. Quāuis em̄ res ecclesie sint eiꝰ/vt principalis di
spēsatoris: nō tm̄ sunt eius vt dn̄i ꝛ possessoris. ad qō facit
qō no. Inno. ꝛ Osti. ex̄ de cōsti. que in ecclesiarū. et de im/
mu. eccle. q: plerique. et dixi. s. in art. pri. in. v. cōsideratione
pape. ver. est ergo. Et ideo si reciperet ꝓ aliqua re spiritua
li pecuniā de reditibꝰ alicuiꝰ ecclesie: nō careret vitio simo
nie. Et similiter posset simoniā cōmittere recipiēdo pecu/
niā ab aliquo laico nō de bonis ecclesie sm̄ Tho. q̄ hoc scri
bit in. ij. ij. q. c. ar. j. in solutiōe vltimi ar. et in. iiij. sen. di. xxv.
ibi. Ad tertiū sic procedit̄. ver. ad scd̄m. vbi dicit ꝙ si papa
ꝓ aliquo spūali munꝰ acciperet: simoniā cōmitteret sicut
et alius hō: q: ab ipso Petro cui papa succedit/simonie vi
tiū recepit dānationē in nouo testamēto. j. q. j. petrꝰ. c. qui
studet. Act. viij. Et q̄uis res ecclesie sint aliquo mō pape:
nō tm̄ sunt eiꝰ modis oībus habende: sicut illud qō ad ma
nū hꝫ. Nō autē est dubiū ꝙ simonia cōmitteret̄: si quis ali
quod spūale debitori suo daret: vt qō suū est recuperaret:
et ita etiā in ꝓposito papa a simonia non excusaret̄: si (qō
absit) spūalia ꝓ rebus tēporalibus daret. sm̄ Tho. et hoc
videt̄ tenere Archid. vt no. xij. dist. c. j. ¶ Sed videt̄ cōtra
no. j. q. vj. c. vlti. vbi dr̄ ꝙ lex iulia de ambitu nō habet locū
in Romana ciuitate. per. l. ff. ad. l. iul̄. de ambi. l. j. Idē no.
lxxxij. di. p̄sbyter. in glos. et ita. Itē papa legibꝰ loquentibꝰ
de simonia et canonibꝰ solutꝰ est. ff. de legi. princeps. ex̄ de
elec. innotuit. ex̄ de cōces. p̄bē. ꝓposuit. ꝛ no. ex̄ de cōsti. c. j.
¶ Credo ꝙ si papa in ijs que sunt ꝓhibita/q: simoniaca:
vt vēdere sacramēta: quoꝝ vēditio in veteri testamēto etiā
ꝓhibet̄. j. q. j. q̄ studet. ꝛ. c. sicut eunuchus. pactū vel condi
tionē vel cōuētionē apponeret: cōmitteret simoniā. Secꝰ
in ijs que sunt simoniaca/q: ab ecclesia ꝓhibita: vt vēde/
re bn̄ficia/sepulturas/ꝛ similia: que habent̄ ex̄ de simo. nō
satis. c. cū in ecclesie. q: tūc etsi peccet malū exēplū dando.
xi. q. iij. p̄cipue. xl. dist. si papa. ꝛ mali speciē cōtineat: a qua
eū cōuenit ꝛ oportet abstinere. iuxta apl̄m. j. ad Thessa. vl
ti. ꝛ ex̄ de vi. ꝛ hone. cle. cū ab oī. ex̄ de simo. audiuimꝰ. j. q. j.
emēdari. Si tn̄ ex certa sciētia hoc faciat: nolēs subijci iuri
positiuo quo solutus est/nō cōmitteret simoniā. licet vt di
xi illa pactio et cōuētio etiā in ijs de se graue pctm̄ sit. Sic
sentio. Ar. eoꝝ que no. ꝙ quedā sunt ꝓhibita/q: simonia/
ca: quedā simoniaca/q: ꝓhibita. ex̄ de offi. delega. ex pte. j.
in glos. j. fine. ꝛ de pac. cū pridē. in glos. q: ius. ꝛ de iureiur.
et si christꝰ q̄dā. ꝛ. j. q. iij. saluator. in glos. sicut. ¶ I Non
minus inter alia attēdat summus pōtifex cōseruare suos
inferiores prelatos in honore et iurisdictione eoꝝ: et non

An papa simoniā possit cōmittere.

omnia trahere ad se. Unde Grego. Nā si sua vnicuiq; epi
scopo iurisdictio nō seruetur: quid aliud agitur: nisi vt per
nos ꝑ quos ecclesiasticus custodiri ordo ille debuit: cōfun
datur? xi.q.i.peruenit. ¶ L. Nō subtrahat ergo ꝑ suas
exēptiones que nutriunt supbias ⁊ incorrectiones: abba/
tes epis: epos archiepis siue primatib⁹ quib⁹ subsunt. ix.
q.iii.in primis.ix.c.vsq; ad.§.sola. Unde ⁊ dictus Grego.
Nec honorē meū esse deputo: in quo fratres meos hono/
rē suū perdere cognosco. Me⁹ nāq; honor est fratrū meo
rū solidus vigor. Tunc ego honoratus sum quū singulis
quibusq; honor debitus nō negatur. xcix.di.ecce. Nō ergo
satisfaciat appetitui suo in istis exēptionib⁹ faciendis nec
in aliis. Non faciat voluntatē suā: sed illius cuius est vica
rius. qui ait Jo.vi. Nō veni facere voluntatē meā ⁊c. de cō
se. dist.v.c.vlti. Nā nō minus ꝙ elati animi est veluti ratio
nis expertē nō pro ratione: sed ꝑ libito agere: nec iudicio
agi/sed appetitu. xi.q.iii.illa. Quid em̄ tam indignū sibi ⁊
cōtrariū rationi: ꝙ vt totū tenēs/non sit cōtētus toto: nisi
minutias quasdā atq; exiguas portiones ipsius sibi credi
te vniuersitatis tāꝙ nō sint sue/satagat: nescio quō adhuc
facere suas? nō recordās parabole Nathan de hoie qui cē
tum oues habēs/vnā que erat pauperis cōcupiuit. ii. Re/
gū.xii. de pe.di.i.§.ex his itaq;.ver.dauid. Achab quoq; q̄
rerū summā tenebat: vnā vineam Naboth affectauit. iii.
Reg.xxi. de pe.di.i.§.ex his.ver.achab quoq;.⁊ di.iii.§.ec/
ce.ver.vidisti. ⁊ ℞. si achab.xxiii.q.viii.conuenior.ver.nabu
te.vbi de hoc. Auertat de⁹ a papa qd̄ ibi sequit̄ qd̄ ille au/
diuit. Occidisti ⁊ possedisti. Si em̄ extollit̄ qui eximitur ⁊
alteri subtrahitur: et cui subtrahitur vritur: qui subtrahit/
quō innocēs: si is qui murmurat ꝫm aiam mortuus est? xc.
di.neq;. Qui instigat quō viuit? Quō nō reus mortis am/
boꝝ ⁊ sue pariter qui gladiū dedit? ar.lxxxiii.dist.§.i.ex̄ de
iudeis. ita quorūdam.i.rn̄. vbi de hoc. ¶ Nō ergo pertur/
bet papa terminos quos posuerunt patres ⁊ precessores
sui. de sepul.c.i.vi.q.iii.scīote.xiii.q.i.c.i. Non mutet ordi/
nationes et canones antiquoꝝ.xxv.q.i.quasi per totū. Si
iustitia est vnicuiq; seruare ius suū. ff. de iusti.⁊ iur.l.i.di.i.
humanū. ex̄ in phe.decre. Greg.rex pacificus. insti. de iu/
sti.⁊ iur.in prin. auferre cuiq; sua iusto quō poterit conue/
nire? ex̄ de ver.signi.forus. Errat papa si vt summam ita ⁊
solā institutā a deo suā apostolicā authoritatez existimat.
Si hoc sentit: dissentit ab eo qui ait Roma.xiii. Nō est po/
testas nisi a deo. Et ptās data est pape in edificationē: nō
in destructionē. ii. ad Coꝝ.x.⁊ vlti.⁊.xxiii.q.i. quid culpat̄.
xxi.q.ii.monet. Deinde sequit̄ in aplo. Qui potestati resi/
stit: dei ordinationi resistit: etsi principaliter ꝑ papa facit:
nō tn̄ singulariter. deniq; ibi ait Apl's ad Roma.xiii. Ois
aia potestatibus sublimioribus subdita sit. ex̄ de cēsi. ois.
vbi de hoc. Non ait sublimiori/tāꝙ in vno: sed sublimiori
bus/tāꝙ in multis. Non ergo sua potestas sola a dn̄o est:
sunt ⁊ mediocres: sunt et inferiores. quāꝙ aliter ptās pa/
palis sit a deo: q: immediate. alie papa mediāte. vt dixi la
tius in.i.parte isti⁹ operis quasi post prin. in ar.xiii.⁊.xviii.
Nā alios christus dedit in ecclesia doctores: alios aplos:
alios ꝓphetas: alios euangelistas ⁊c.i.ad Corinth.xii. ad
Ephe.iiii. ex̄ de here. cū ex iniūcto.§.sunt em̄. Nam ⁊ sicut
sunt ordines angeloꝝ ⁊ aliis alii superiores sub vno capi
te deo: ita in hac ecclesia militāti sub vno summo pōtifice
primates vel patriarche/archiepi/epi/abbates/ ⁊ alii ꝑs/
byteri/⁊ reliqui in hūc modū. Ad hoc.xii.di. cleros.lxxix.
dist.ad hoc.xciii.dist.a subdiacono. ¶ Ur si dicat eps: no/
lo esse sub archiepo: aut abbas/nolo obedire epo: nūquid
hoc de celo est? immo de supbia: que inde ꝓiecta est in luci
fero obedire nolēte ⁊ superiorē recognoscere. de pe.dist.ii.
principiū. Esa.xiiii. Quis vnꝙ angeloꝝ dixit nolo sub ar/
changelis esse? Si aūt dicit papa. Prohibes me dispensa
re. Dicam cū Bernar. non. sed dissipare. Non sum tam ru
dis vt ignorem positū dn̄m papam dispensatorē. xliiii.dist.
ephesiis. sed in edificationem/non in destructionē. ii. Co/
rinth.x.⁊.xiii. Deniq; queritur inter dispensatores vt fide
lis quis inueniatur. i. ad Coꝝ.iiii. quasi dicat rarus inueni
tur. Unde scriptū est Prouerb.xx. Uirū fidelē quis inue/
niet? Ubi necessitas viget: excusabilis dispensatio est. vbi
vtilitas prouocat: dispēsatio laudabilis est. l.dist. vt cōsti/
tueretur. i.q.vii.§.nisi rigor. cum.c.seq. vsq; ad.§.ceterū. ex̄
de tēpo.ordi.c.ii. ex̄ de elec. innotuit.§.multa. Utilitas di/
co cōmunis: non propria. vii.q.i.scias. vbi de hoc. ex̄ de po
stu.prela.bone.i. vbi de hoc. Nam quū nihil horum est: nō
plene fidelis dispēsatio est: sꝫ crudelis dissipatio. ꝫm Ber
nar. Adde hic quod scripsi.s.eo.in ar.xi.§.vnde notandū.
in tex.in noua oratiōe Hieremie. ¶ L. Circa hoc nō de/
sit cōsideratio Romano pontifici circa habitū honestum
clericoꝝ tonsuram et rasurā et coronam et modū viuendi
etiā exterius: quia in exemplū dati sunt: vt ex eis exeat bo
nus odor. ex̄ de sacra vnc.c.vnico. Nam et eoꝝ vestes ⁊ ha
bitus mystici quēadmodum sunt ⁊ sacramētales. xliii.dis.
sit rector. viii.q.i.licet. Nec dicant clerici. Non est cura deo
de vestibus: sed de moribus. nam deformitas vestium/de/
formitatis mētium et moꝝ indiciū est: et habitus discolor
et lasciuus ⁊ incōpositus sacrum statū et ordinem decolo
rat. ad hec.xxi.q.iiii.per totū.i.q.vii.et si illa.ibi. Illa tamē
magnopere precauēda sunt que recipi sine manifesta de/
coloratione nō pn̄t ⁊c.xli.dist.§.i.et.c.per simoniā ⁊c. Cle/
ricus professionē suā etiam habitu ⁊ incessu probet. ⁊ ideo
nec vestibus nec calciamentis decorē querat. et.§.seq.xxx.
dist.si quis viroꝝ.xxiii.dist.sanctimonialis. ex̄ de vi.et ho.
cle.vt clericoꝝ.⁊.c.clerici.⁊.c.cū decorē. Cōtra transgrediē
tes in huiusmodi prouidit Clemēs. ex̄ in cle. de vita et ho.
cle.qm̄. que male seruātur: et maxime in curia. vbi magna
pars domicelloꝝ cardinalium ⁊ alioꝝ prelatoꝝ clericoꝝ ⁊
beneficiatoꝝ sine tōsura: et cū virgatis ⁊ partitis vestib⁹/
sicut alii domicelli laici incedit. Et quū de hoc in curia vbi
erā penitētiarius dn̄i pape secreto quēdam epm̄ monuis/
sem: ⁊ induxissem ꝙ illi de familia sua qui erāt clerici ⁊ be/
neficiati non sicirent: superbus correctionē meā euangeli
cam. Mat.xviii.ii.q.i.si peccauerit. pati nō potuit. sed in/
dignationē eius incurri. Sciēs aūt dn̄s papa Joannes ꝑ
alios/dixit ꝙ bene corrigeret hoc. quod sciēs ille eps ⁊ ti/
mens induit illos domicellos vestib⁹ clericalibus: magis
timens papam ꝙ deum. ¶ M. Ad euidentiā aūt horū
sciēdum est ꝙ de tonsura clericoꝝ iura variis verbis vtun
tur. Quedā enim dicūt tonsuram rasurā in parte superio/
ri ad modū sphere.xxiii.dist.§.clerici.et.c.seq. Dicitur autē
sphera rotūditas/vel corpus seu spatiū rotūdum. Unde
Hugui.in deriuationibus in lra.s.in.c.spatiū. ait Sphera
est rotūditas. Unde sphera est manente diametro conti/
nua circa ipsam semicirculi circūductio. et dicit̄ sphera q̄si
spatium rotūdū. Quedam dicunt coronā tonsuram. xii.
q.i.duo sunt. Dicitur autē corona ꝫm Hugui.in deriuatio/
nibus in lra.C.chorus. q: rotūda ad modum chori soleat
fieri. Et est insigne victorie: vel regii honoris signum. que
igitur in capite regū ponitur: ad signādū circūfusos in or
bem populos: quibus accinctū quasi caput suum corona
tur. Quedā tonsuram et coronā. ex̄ de vita et hone.cleri.
clerici.ii. et ex̄ de cle.cōiu.c.si. et ex̄ de cele.mis.graui.in cle.

Quedam simpliciter tonsurā. ex̄ de cleri.cōiug. ex parte.
et.c.ioannes.⁊.c.clerici qui.lib.vi. et ex̄ de priuile. ex parte.
et ex̄ de biga. altercationis.lib.vi. ex̄ de sen.excō.c.iudex.li
bro.vi. ex̄ de transac. ex literis. ex̄ de eta.⁊ quali. cum cōtin/
gat. Quid ergo hec verba intendant videamus. ¶ Circa
hoc sciendū ꝙ clericis deputatis ad diuina ministeria cō/
petit rasura et tonsura in modū corone: ratione figure: q:
corona est signum regis et perfectionis; quum sit circula/
ris figura carens angulo: in signū carentie sordium. quia
ꝫm Bernar. vbi angulus: ibi sordes. Se igitur ⁊ alios vir
tutibus regere et sordibus mūdare debēt: et sic in deo re/
gnabunt. vt in prealleg.c.duo. Per rasuram autē ex parte
superiori capilli subtrahuntur: ne mens ipsoꝝ per occupa
tiones tēporales retardetur a cōtemplatione diuinorum
mysteriorū. Summitas em̄ capitis est eminentia mentis.

Tōsura clericalis.

Corona quāobrē clericum deceat.

facit ex̄ de sacra vnc.c.vnico.ver.in vertice. Per ipsi⁹ ergo denudationem mētis releuatio (al's reuelatio) designat̄. Et q: cōuersi religiosi ministerijs diuinis nō occupant̄: superius nō radūtur: licet inferius tondeant̄. ad hec.xx.q.ij.c.j.in prin.⁊.q.iij.c.ij.⁊.c.vlti.ibi. Comā deposuerūt.lxix.di.qm̄.ex̄ de eta.⁊ quali.cū cōtingat. q: temporalia deponūt. Et pprie vocātur cōuersi/professi.xxvij.q.j.vt lex. Tōsura vero ex parte inferiori capillos tōdet vsq̄ ad releuationē (al's reuelationē) sensuū.s.visus et auditus: ne.s.oculos vel aures impediat. ⁊ est signū q̄ precidēda sunt vitia cordis ⁊ corporis: ne intuitū diuinorū impediāt. Et ex his debet̄ corona celestis. Unde dicit canō q̄ incedere debēt clerici detonso capite ⁊ patētibus auribus.xxiij.dist.c.penul.

Ex predictis videt̄ q̄ pprie rasura respicit partē superiorē: quā itali dicūt clericam coronā/circulū capillorū: tonsura abscissionem ipsorū. facit de sen.excō.contingit.ij.ibi.circūcisis crinibus. et vtrūq̄ hȝ portare cleric⁹. vt iurib⁹ pall. Et si clericus vnū tm̄ deferat/vel clericam/vel tonsurā et nō coronā.s.inferius circulū capillorū cū vestibus virgatis vel veste partita publice: penā illius decre.qm̄.incurrit.s. alleg.et hoc de mēte s̄m Jo.an.vt ibi no. Debet aūt differētia esse inter tonsurā et coronā regularē ⁊ clericalē: quia maior dȝ esse regularis: q: plus mūdo renuntiat: ⁊ magis dȝ esse attētus cōtēplationi diuinorū religiosus q̄ clericus. Unde magnitudo corone signū est conuersionis. vt legit̄ et no.xxiij.di.c.quāq̄ oēs.§.et ideo. Dicit conciliū Agathēse de clericis q̄ tonsurā ⁊ coronā habeant congruentē. di. preal.c.clerici.quasi differant a religiosis.vt no. Ostiē.eo.c.sc̄z.de vi.⁊ ho.cle.in sum.§.et in quibus. ¶ N Sed q̄d si religiosus portat habitū suū: quē tm̄ cooperit habitu clericorū vel seculariū? Apostata est: et sic fuit determinatum Bononie.et est questio Mercur.sub tit.de apostatis. Et ad hoc facit op.preal.c.clemē.qm̄.ibi. Ac religiosi quilibet quos oportet per decentiā habitus extrinseci morū intrinsecam honestatē ostēdere. ⁊ ex̄ de iudeis.in nōnullis.facit ex̄ de vita ⁊ ho.de.deus. Et sic etiā tenet Jo.an.in preal.c. qm̄.in glos.hec litera. ¶ Et hic notādū q̄ habitus monachalis est Cuculla.xix.q.iij.mādamus.xx.q.iij.p̄sens.⁊ ea. causa in themate ipsius. ⁊ ex̄ de eta.⁊ quali.intelleximus. vel ffloc⁹.ex̄ de sta.regu.ne in agro.in clemē. Et ibi vtrūq̄ ponitur p habitu cuculla vel flocus: et forma vtriusq̄ ibi ponitur: ⁊ nō debet esse diuersi coloris seu diuerse partis: neq̄ notabilis/sed religiosa: nō suspecta. vt habet̄.xx. q.j. c.vlti. De colore aūt monachi nō causent̄ vt in eorū regula cōtinetur. Conformet aūt se quilibet in habitu ⁊ colore illis inter quos viuit. vt Cisterciēses albo colore/Cluniacēses nigro vtātur.xxxiij.q.v. quod deo. facit q̄d legit̄ et no. ex̄ de vi.⁊ ho.cle.deus qui.ex̄ de sta.mo.recolētes. Est aūt habitus ita annexus religiosis: q̄ in quocūq̄ loco cōsistētes/siue in lecto quiescētes constāter eo vti debēt. vt habetur.xx.q.j.vidua.ex̄ de vi.⁊ ho.cle.clerici.in fi.xxiij.dist. sanctimonialis. vbi dicit q̄ eo habitu semp vti debēt. Et si in scholis vel alibi sine causa dimiserint religiosi habitū suū: excōicati sunt ipso iure.ex̄ ne cle.vel mo.vt periculosa. lib. vj. Et licet postea ad male dimissum habitum reuertātur: etiā si postea sunt vel efficiātur bone fame: nō tn̄ poterūt eligi in prelatos quasi infames et irregulares: quia om̄es infames irregulares sunt: nisi cū eis dispenset̄. scripsi.s̄.in j.parte.in ar.xlviij.in fi. Et in hoc credere posse ep̄m dispēsare. scripsi.s̄.in.j.parte.l.art.ver.xxvj.ar.j.q.vij.si q̄s oēm. xvj.q.j.legi.iuxta prin.xxxij.q.v.ille aūt. ⁊ hui⁹ sententie fuit Lau.in preal.c.legi.ad idē ex̄ de vo.⁊ vo.redē.p tuas. vbi patet q̄ ille vouēs de quo ibi loquitur: fuit ineligibilis ante q̄ regularē habitū suscepisset: quum hoc vouisset: ergo multo fortius ille qui habitū suscepit regularem: ⁊ postea apostatando illū dimittit: est ineligibilis. quū magis apostatet nō deferendo habitū: q̄ ille qui nūq̄ suscepit. ⁊ isti⁹ sn̄ie fuerūt ibi Jaco.de albe. ⁊ Pet.de samp. qui dixerunt q̄ nō solū talis erat ineligibilis: immo institutus deijceretur: q: al's nō posset saluare suā cōscientiā: nisi resignaret. vt ibi dicit̄. sic no. Archidia.in preal.c.vt periculosa.lib.vj. ¶ Itē sicut.s̄. tetigi tōsura monachalis maior est q̄ clericalis. Sed nūquid alia est quantū ad aliquid? Dico q̄ sic: q: tonsurā clericalē nō pōt ferre bigamus in mūdo remanēdo: sed monachalē sic. vt no. Archidia.ex̄ de biga.altercationis.lib.vj.in glos.vlti. Nā ⁊ bigamus pōt esse monachus.vt no.xxxij.di.seriatim. Nec generali vocabulo clericorū: vbi de clericis fit mētio: cōprehēdūtur monachi.iij.q.v.c.iij.ver.si quis.xviij.q.ij.quidā.ver.eos vero.⁊ in fi.xvj.q.j.legi.q̄d pōt induci p et cōtra.⁊.§.superiori.⁊.l. generaliter.xxiij.di.a subdiacono. ¶ O Hodie aūt parū curare vidētur dn̄i clerici q̄ appareāt clerici: q: quū in eis deficiat signatū.i.illud quod significat in eis clericatus ordo. xxj.di.cleros.in prin.⁊.xij.q.j.clericus. deficit et signū exterius.ar. bonū ex̄ de sen.excō.cōtingit.ij.ibi. Clericalis fori priuilegiū labijs allegātes: qui factis paulo ante negauerāt clericatū: imo erubescūt clerici apparere: ⁊ inter alios legere ⁊ cantare: q: cōditio eorū eis displicet. vt legit̄ ⁊ no. xxiij.q.v.si apud. Nō erubescunt tamē fructus beneficiorū recipere: immo potius rapere: q: nō fiunt clerici vt deo seruiāt: sed vt fructus recipiant: qui seruiētibus dari debent. ar.bo.ex̄ de elec.cōmissa.§.ceterū.li.vj.lxxxj.dist.si quis sacerdotū.cū.c.seq. Unde no. Jo.mo.in preall.c.cōmissa. in vlti.glos. Nota penā cōtra cōferētes beneficia illis qui nō putātur proficere in eis. vnde Bern. de cōsideratione ad Euge.iij.li.in fi. Quid sibi vult q̄d clerici aliud eē et aliud videri volūt? Id quidē minus castū minusq̄ sincerū. Nempe habitu milites: questu clericos: actu neutrum exhibēt. Nam neq̄ pugnāt vt milites: neq̄ vt clerici euangelizāt. Cuius ordinis sunt? Quū vtriusq̄ esse cupiūt: vtrūq̄ deserunt: vtrūq̄ cōfundūt. Unusquisq̄/inquit Paulus/in ordine suo resurget.j.ad Corū.xv. Isti in quo? An qui sine ordine peccauerūt: sine ordine peribunt? aut si summe sapiēs deus veraciter creditur a summo vsq̄ deorsum nihil inordinatū relinquere: vereor nō alibi ordinandos: q̄ vbi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. O miserādam spōsam ecclesiā talibus creditā paranymphis: qui assignata cultui eius proprio retinere questui non verentur. Non amici profecto sponsi. Jo.iij. sed emuli sunt. hucusq̄ Bernardus.

¶ Articulus.xv. A

Septima considera

tio p̄ncipalis papalis est circa Cardinales et suā aliā familiā specialē regendā ⁊ puidēdam que circa ip̄m ⁊ prope ip̄m est: circa capellanos/cubicularios/penitētiarios/et ministros alios diuersis officijs deputatos: circa obsequiū eius ⁊ ecclesie. Interest em̄ glorie ⁊ sanctitatis papalis/vt quos pre oculis habet: ita sint informati/ita ordinati/quatenus totius honestatis ⁊ ordinis ipsi sint speculū: ipsi forma. Inueniātur pre ceteris opȝ expediti ad officia: idonei ad sacramenta: ad plebes erudiēdas soliciti: circūspecti ad semetipsos custodiēdos in castitate ⁊ honestate. Habeat ergo specialē curā papa de sua familia speciali. Qui em̄ s̄m Paulū.j. ad Timo.v. suorū et maxime domesticorū curā nō habet: fidē negauit: ⁊ est infideli deterior. Quia s̄m Gratianū. qui in re minima de qua sibi familiarior dȝ cura inesse/ fidelis nō est: quō in ecclesia dei vbi tot sunt et alieni solicitā diligentiā adhibebit.xlvij.di. vbi ponunt̄ p̄dicta verba Apli. §.necesse.i fi. ¶ B Laboret papa generaliter: laboret specialiter. Paulus dicit. plus oibus laboraui.j. ad Corū.xv. Nō ait. plus oibus pfui: plus oibus fructificaui. Reddet aūt deus mercedē laborū sanctorū suorū. Sap.x.ex̄ de renū.nisi cū pridē.§.porro.i fi. Fuerūt antiqui Romani pōtifices q̄ se totos ouib⁹ pascendis exponerēt: pastoris opere ⁊ noie gloriātes: nil sibi reputantes indignū: nisi q̄d saluti ouiū obuiare putarēt: nō querētes que sua sunt. lxiij. di.nosse. Sed impēdentes seipsos p subditis. vnde et ait apl's.ij.ad Corū.xij. Superimpēdar p aiabus v̄ris. Unus

Habit⁹ monachalis.

Clericalis tōsura differt a monachali.

erat de subditis questus/ vna pompa/ vnaq; voluptas si quo modo eos possent parare dño plebē perfectā. Luc. i. Id oībus modis satagebāt:etiā multa cōtritione cordis ⁊ corporis. Ubi nūc queso ɔsuetudo hec: Subijt dissimilis valde. Loge in aliud mutata sunt studia. Cura mī ⁊ anxietas/ et emulatio/et solicitudo fateor persuerat. Trāslata hec non immutata(ał's imminuta.)Diuersa aūt locatio dissimilitudinē facit. Magna abusio. Pauci ad os legislatoris:ad manus oēs respiciunt. Pauperū vita in plateis diuitū seminat. Sūmus pastor deauratus ꝑcedit tā multa circūdatus varietate:cōtēpta omnimoda paupertate.ait Bern. de cōsideratiōe ad Euge.li.iiij.in pn. Demonū magis ꝙ ouiū pascua hec. Non sic factitabat Petrus.non sic Paulus ludebat. Uidemus omnē ecclesiasticū zelū feruere sola ꝓ dignitate tuēda. Honori totū daf: nihil aut parū deuotioni ⁊ edificatiōi. Si causa requirēte paulo submissius/socialius/⁊ humili⁹se habere papa tentauerit:absit/ inquiunt adulatores/nō decet:tēpori nō cōgruit:maiestati nō cōuenit: quā geras personā attēdito. De placito dei vltima mētio est:ꝓ iactura salutis nulla cunctatio:nisi qd sublime est/hoc salutare dicamus:et qd gloriā redolet/id iustū. Ita oē humile probro ducit inter palatinos ⁊ papales:vt facilius qui esse ꝙ qui apparere humilis velit inuenias. Timor dñi fatuitas vel simplicitas reputaf. Uirum circūspectū ⁊ amicū ꝓprie cōsciētie calūniātur hypocritā. Porro amatorē quietis ⁊ sibi interdū vacantē/inutilē dicūt. Increduli ⁊ subuersores. Ezech.ij.ad lat⁹ pape sunt. Scorpiones.Ezech.ij.cū eo habitant. Lupi nō oues sunt. Talium tñ ipse pastor. Agat sicut pōt vt cōuertat eos: ne ipsi subuertāt eū. Aut pastorē se exhibeat: aut negabit se illi⁹ cuius sedē tenet esse heredē. Petrus hic est qui nescit processisse aliqñ vel gēmis ornatus vel sericis:non tectus auro:non vectus equo albo:nec stipatus milite:nec circūstrepentibus septus ministris. Absq; his tñ credidit satis ⁊ melius posse impleri salutare mandatū:si amas me pasce oues meas. Jo.vlti.ex de maio.⁊ obe.solite.§.peñ. Petrus argento ⁊ auro carebat. Act.iij. Tunica sola ⁊ pallio pro vestitu: ꝓ victu pomo et oliuis raro olenbus cōtētus erat:et nihil aliud querebat.vt ait Clemēs discipulus ei⁹. In his ergo ornamentis pompis ⁊ militibus nō successit papa Petro:sed Cōstātino.xcvi.di.cōstātinus. Tolerāda hec ꝓ tēpore:nō affectāda ꝓ libito.ar.xxxiij.q.v.scōm. Diuitie si affluant(vtinā sic nō affluerēt)nolite cor apponere.ps.lxi. Etsi deauratus et purpuratus incedat:nō est tñ ꝙ horreat operā curāve pastoralē pastoris heres: non est ꝙ erubescat. Roma.i.euangeliū ⁊ crucē eius. ☙ C De niam⁹iā ad collaterales ⁊ coadiutores dñi pape:precipue dños Cardinales. Ij seduli sibi:ij intimi sunt. Quaobrē si boni sunt:sibi potissimū sunt.s.pape. si mali: eque pl⁹ sibi. Nec se dicat papa sanū/dolēte latere.ex de offi.lega.volētes.hoc est ne se dixerit bonū/malis inniteutē. Corruptis sociatus/incorruptus nō est.xxiij.q.iiij.quisquis. Aut si bonus sit papa: quid emolumēti afferret ecclesie dei sua sola iustitia: vbi sinia ꝑualet aliter affectorū: Sed nec tuta sibi sua bonitas malis obsessa:nō magis ꝙ sanitas vicino serpēte qui malā retributionē cōsueuit suo hospiti exhibere. ex de iude.si iudeos. Sibi ergo papa imputet quicq̄d patif ab ijs qui sine eo pñt facere nihil. Jo.i. ☙ Pape est vndecunq; euocare sibi exemplo Moysi senes nō iuuenes. Exo.xxiiij.in prin. Sʒ senes non tā etate ꝙ morib⁹.lxxxiiij. di.porro. An nō eligēdi de toto orbe/totū orbē.ex qui filij sint legi.ꝑuenerabilē.§.rōnib⁹.ver.sunt aūt.ał's est.§.iudicaturi: Sane huic negotio sese ingerat rogans.i.q.i.ordinatiōes.⁊.c.si qs neq;.ex de eta.⁊ quali.tuā. cōsilio nō prece agendū est. Nec interest an qs ꝑ se an ꝑ aliū rogat. Primū impudētius. Scōm callidi⁹.sʒ talis suspectus expellēdus est.i.q.vi.sicut is.vbi de hoc.viij.qstiōe.i.in scripturis. ☙ D Clericū/multo poti⁹ religiosum/curiā frequētātē qui nō sit de curia ad idē pertinere ambientiū genus cogita.ar.ex de offi.ordi.quāto. Adulātē et ad placitū cuiusq; loquentē vnū de rogantibus puta:etiā si nihil rogauerit. xlvi.dis. clericus qui adulationibus.⁊.c.sunt nōnulli.i.q.i. sunt nōnulli. Scorpioni nō est in facie qd quis formidet: sed pūgit a cauda. Uiri callidi et dolosi propriū esse solet: tūc pretēdere humilitatē: quū aliqd obtinere voluerit. de quo dr. Eccli.xix. Est qui se humiliat nequiter: et interiora eius plena sunt dolo. Uerbosum adolescentē ⁊ studētem eloquentie/quū sapiētie sit inanis/nō aliud ꝙ iustitie hostē reputes. Pro hmōi falsis fratrib⁹ dr.i.ad Timo.v. Nemini cito manuʒ imponas: neq; cōicaueris pctis alienis. Qd exponit a papa Leone.lxxviij.di.qd est. Quid est manus cito imponere: nisi ante etatis maturitatē/ante tēp⁹ examinis/ante meritū obediētie/ante experiētiā disciplinē/sacerdotalē honorē tribuere nō ꝓbatis: Et qd est peccatis cōicare alienis:nisi effici talē ordinātē qualis ille est qui non meruit ordinari:ad idē.xxiiij.dist.§.ex de elec.cū nobis olim. Huic Leoni scūs Petrus apparuit: et dixit. Oia peccata tibi dñs dimisit: solūmodo de manuū īpositione debes inqrere: siue bene/siue aliter alicui manū imposueris.vt dr in legenda istius Leonis. Cure sit pape tales introducere quos postmodū introduxisse nō peniteat. Turpe est pape sepius tractare qd fecerit: ⁊ iudiciū suum periclitari nō decet. Et diligēter preuideat oē qd faciēduʒ erit. Tractet apud se: ⁊ cū ijs qui in veritate diligūt. Tractet aute factū:quia post factū sera tractatio est. Diuinus fruct⁹ est iustitiā sepius recēseri.xxv.q.ix.graue. Uiros ꝓbatos.i.q.i.estote.eligat:nō ꝓbādos. ☙ E In monasterijs quasi oēs recipiūt spe meliorandi.at curia bonos facilius recipere ꝙ facere ɔsueuit. Q si plures in ea defecisse bonos ꝙ malos ꝓfecisse ꝓbatū est:querendi sane quibus nec defectus timeat:nec ꝓfectus optetur:vtpote iā perfectis. Itaq; nō volētes.viij.q.i.in scripturis.nō currentes. Plena est curia currētibus ⁊ discurrētibus vt dicaf ꝓprie. Si videbas furē:currebas cū eo.ps.xlix. Nō rogātes:non adulātes.i.q.i.sunt nōnulli. Nō soluētes.i.q.iij.et multis. post colum.ibi. Nec eligāt in domū dei qui maiores sacculos pecunie conferāt: sed eos qui moribus et disciplina et scientia diuites ꝓ officio suo ipsam valeant sustentare ecclesiam. Non de potētia et diuitijs et genere.ex de prebē. c.peñ.gloriantes. Non sibi carnaliter attinentes assumat ad latus suum papa: sed cuncta renuentes: vita et scientia sufficiētes:etiam cogat illos et compellat intrare. Luce.xiiij.xxiij.q.iiij.displicet.in fi.xvi.q.i.vos autem.i.q.vi. sicut.viij.q.i.in scripturis. In talib⁹ opinor requiescet spiritus papalis.fm Bernar.ad Euge.iiij.libro. Qui non sunt attrite frontis. Ezechielis.iij. Sed verecundi:sed timorati.lxxxvi.dist. non satis.ver.item consideranda.xcvi. distin.in scripturis. Preter deum tamen timeāt nihil.xi. q.iij.nolite timere. Math.x. Nihil sperent nisi a deo. de peni.dist.iij.inter hec hircum.i.ibi.quorum spes sera. Ps. lxi. Sperate in eo omnis congregatio. Qui aduentantiū manus non attendant: sed necessitates.lxxxvi.dist. nō satis. Qui stent viriliter pro afflictis.lxxxvij.dist. defensionis. Et iudicent in equitate pro mansuetis terre. xxiij.q. v.regum. Qui sint compositi ad mores.xli.dist.§. finali.

Probati ad sanctimoniam.lxxxi.distin.quasi per totum. Parati ad obedientiam.xciij.dist.per totum.lxxxi.dist.si qui. Mansueti ad patientiam.vij.q.i.suggestū. Subiecti ad disciplinam.ex de appel.ad nostrā. Rigidi ad censuram.l.dist. si quis diaconus. Catholici ad fidem.xxiij. dist.qui episcopus. Fideles ad dispensationem.xij.q.iij. c.i. Concordes ad pacem.xc.dist.per totum. Qui sint in iudicio recti.xi.q.iij. quatuor. In cōsilio ꝓuidi.i.q.i.estote. In iubendo discreti.xi.q.iij.summo. In disponendo industrij.xxix.distin.petrus. In agendo strenui. xiij.q. iiij.sicut. In loquendo modesti. xliij. dist. sit rector. In aduersitate securi.vij.q.i.aduersitas. In prosperitate deuoti et humiles.xcv.dist.esto.et.c.episcopus in ecclesia. In zelo sobrij.xlv.dist.sunt namq;.cum.c.seq. In misericordia non remissi.xlv.distinc. disciplina. In otio non

ptiosi.de cōse.dist.v.nūq̄. In hospitio nō dissoluti.xliiij.
dist.comessationes. In conuiuio nō effusi.xlj.di.qd̄ dicit.
In cura rei familiaris nō anxij.lxxxviij.dist.eps nullā.cū
c.seq. Aliene nō cupidi.xlvij.dist.bonoꝝ. Sue nō ꝓdi
gi.xlj.di.sepe.lxxxvj.di.nō satis.ibi.item dn̄s vbiq̄. Et in
oībus circūspecti.xciij.di.diaconi.j.⁊.c.diaconi.v. Qui le
gatione pro christo fungi.ij.ad Coꝛ.v.quoties opus erit/
nec iussi renuant:nec nō iussi affectēt.viij.q.j.in scripturis.
et.c.sciēdū.⁊.c.qui epatū. Quicquid verecūde excusant:
obstinatius non recusent.xix.dist.in memoriā. Qui missi
post aurū nō eant.Eccli.xxxj. sed christū sequantur.xij.q.j.
clericus. Qui questū legationem nō existimēt: nec requi
rāt datum. Phil.iiij.sed fructū.ij.ad Coꝛ.vlti.ibi. Nō em̄
quero que vestra sunt;sed vos.ex̄ de censi.cū apl̄s.x.q.j.ca/
uendū. Qui regibus Joannē baptistā exhibeāt: Mar.
vj.xxij.q.iiij.vnusquisq̄. Egyptijs Moysen.Exo.ij.xxxiij.
q.iij.non inferenda. Fornicātibus Phinees.Nume.xxv.
xxiij.q.viij.occidit. Heliam idololatris.iij.Regū.j.⁊.xix.
xxiij.q.iiij.ea vindicta. Heliseum auaris.iiij.Reg.v.j.q.j.
qui studet. Petrū mētiētibus.xxiij.q.viij.petrus.Act.v.
et de his.e.cau.et.q.legi. Paulū blasphemātib⁹.vt pall.
c.legi.et.xlv.di.§.salomō. Negātibus christū.Jo.ij.j.q.iij.
saluator. Qui vulgus non spernant:sed doceant.Mat.
xviij.xxxvj.dis.§.ecce. Diuites nō palpent:sed terreant.l.
dist.si quis diaconus.xlvj.di.sunt nōnulli. Pauperes nō
grauēt:sed foueant.x.q.iij.q: cognouimus.et.c.cauēdum.
Minas principū nō paueant:sed cōtēnāt.xxiij.q.viij.cō
uenior. Qui nō cū turba intrent.Mat.ix.ibi. Et quū eie
cta esset turba.que nihil habet honesti. in aut̄. de refe. ad
fi.coll.ij. Jo.vij.Sed turba hec que nō nouit legē maledi/
cti sunt.Amos.v. Ingredientes pompatice domū israel.
Nec cū ira exeant. xj.q.iij.ira. Qui ecclesias nō spoliēt:sꝫ
emendēt.x.q.j. cauēdum. Qui marsupia nō exhauriant:
sed corda reficiant.ex̄ de offi.ordi.inter cetera. Et crimina
corrigant.ex̄ de accu.qualiter.ij.et de fimo.licet heli. Fa/
me ꝓuideant sue.xij.q.j.nolo.xj.q.iij.nō sunt audiēdi. Nec
inuideāt aliene.xlvj.di.clericus.inuidēs.xj.q.iij. si quis ve
ro. Qui orandi studiū gerant.xxxj.dist.si laicus. et v sum
habeant.xxxiij.q.iiij.c.j. et.c.christiano. ac de oī re orationi
plus fidāt:q̄ sue industrie vel labori.de cōse.dist.j.ois chri
stianus. Quoꝝ ingressus pacific⁹.viij.q.j. olim. Mode/
stus exitus sit sine scādalo.ex̄ de reg.iur. q̄ scādalizauerit.
Quoꝝ sermo edificatio.xliij.di.sit rector. Quoꝝ vita iu
stitia.xij.q.ij. cū deuotissimā. Quoꝝ p̄sentia grā.j.q.j. c.j.
Quorum memoria in bn̄dictione est.Eccli.xlv. Qui se
amabiles prebeāt:nō verbo/sꝫ opere.j.Jo.iij. Se reuerē
dos exhibeāt:sed actu nō fastu.xlviij.dist.c.j. Qui humi/
les cū humilibus.c.di.cōtra morē. Innocētes cū innocē/
tibus.de pe.di.iij.c.j. Duros dure redarguāt.xlv.dist.sed
illud. Malignātes coerceāt.lxxxij.dis.plurimos. Red/
dāt retributionē supbis.xxiij.q.iiij.nimiū. Qui nō de do/
te vidue ⁊ de patrimonio crucifixi.ex̄ de elec.cū ex eo.li.vj.
et de prebē.cū sm̄.se vel suos ditare festinēt.lxxxvj.dist.nō
satis.xij.q.ij. quisquis abbas.lxxix.dist. decēter. Gratis
dātes qd̄ gratis acceperūt.Mat.x.j.q.j.quicq̄d.ex̄ de ma/
gistris.c.ij. Gratis faciētes iudiciū.xj.q.iij.nō licet. iiuriā
patiētibus.vindictā in nationibus.ps̄.cxlix. increpatiōes
in populis.ij.ad Timo.iiij. Qui de sancto spū papali in/
star illoꝝ.lxx.Nume.xj. senioꝝ Moysi accepisse cernātur:
per quē presentes siue absentes ꝯtēdāt placere pape.pla/
cere deo. Qui ad papā de legatione redeāt fatigati qdē:
sed nō auro suffarcinati.xij.q.ij. socrates. (al's est.§.sub.c.
gloria epi.) simul et gloriantes: nō q̄ curiosa seu preciosa
queq̄ terraꝝ attulerint:sꝫ q̄ reliquerint pacē regnis.ex̄ in
prohemio decre. Rex pacificus.Legē barbaris. Roma.j.
Memoranda sprete pecunie exempla. Mar.vlti.Quietē monasterijs.xviij.q.ij.luminoso.Eccle
sijs ordinē.xxv.di.ꝑlectis.Clericis disciplinā.ex̄ de offi.or.
irrefragabili. Deo populū acceptabilem sectatorē bonoꝝ
operū.ad Titū.ij. ¶ F Dignū laudabili memoria factū
Martini monachi Cisterciēsis ⁊ Clareuallen̄.Is presby/
ter cardinalis functus aliq̄n legatione in Dacia/paup ta/
mē remeauit vt pene expēsis ⁊ equis deficiētibus vix pue/
niret Florētiā. Ibi eps loci donauit sibi equū quo Pisas
vsq̄ vbi eramus tunc ꝓfectus est. Post triduū credo secu
tus eps (erat em̄ illi causa cū aduersario:⁊ agendi aderat
dies) cepit requirere suffragia amicoꝝ. Quūq̄ per singu
los solicitaret̄:ventū est ad martinū: fiducia erat maior
in illo qui nō posset esse immemor recētis beneficij. Tunc
Martinus. Decepisti me/inquit. Nesciebā tibi imminere
negotiū.tolle equū tuū:ecce in stabulo est.et hora eadem
resignauit illi. Quid dicem⁹ o dn̄i cardinales ad hec: qui
man⁹ aptas insatiabiles.xxiij.q.iiij.q̇d dicā.xlvij.di. sicut.
ibi. Nec satietas vnq̄ nec finis aderit cupiditati:ad carpē
dū haberis;nec vnq̄ dicitis satis est: Nōne alterius seculi
res est:rediisse legatū de terra auri sine auro: trāsisse ꝑ ter
rā argēti/⁊ argentū nescisse:donū insuper qd̄ poterat esse
suspectum/illico reiecisse: ¶ G Narrat similiter Bern̄.
de Gaufredo epo Carnotēsi legato in partib⁹ Aquitanie
qui legationē ꝓprijs sumptib⁹ strenue administrauit. Cui
quū a quodā presbytero presentat⁹ eēt piscis/quē vulgus
vocat sturionē:interrogans quanti fuit venditus/nō acci
pio/inquit/nisi receperis p̄ciū: et resignauit solidos.v. in/
uito ⁊ verecūdo. ¶ Itē quū quedā dn̄a obtulisset sibi pre
deuotione cum manutergio tres paropsides pulchras li/
gneas:tn̄ laudauit eas: sed homo scrupulose cōsciētie nō
acquieuit accipere. Qn̄ argēteas recepisset:q̄ ligneas re/
futauit: Non fuerūt qui possent dicere legato ditauimus
Abraam Gen̄.xiiij.in fi. Ipse vero cū Samuele libere cō/
cionabat̄ ad oēs. Loquimini de me corā dn̄o ⁊ corā christo
ei⁹: vtrū bouē cuiusq̄ tulerim aut asinū:si quēpiam calum
niatus sum:si oppressi aliquem: si de manu cuiusq̄:accepi
munus:⁊ cōtēnā illud hodie vobisq̄ restituā.j.Reg.xij.in
prin. Quis felix cardinalis secura cōscientia posset hodie
dicere cū Moyse. Tu scis q̄ nec asellū cuiusq̄ acceperim:
nec afflixerim quēpiā eoꝝ. Nume.xvj. Fateor q̄ nō accipe/
ret̄ hodie a cardinale asellus christi. Mat.xxj. sed equus
a Cōstātino cōcessus libēter.xcvj.di.ꝯstātinus. vltra colū.
ver.et vt clerici cādidissimo colore decoratos equos equi/
tēt:siue albus/siue rufus/siue niger/siue pallidus. Apoc.
vj. O si viderem in vita mea ecclesiā dei talibus innixā co
lūnis. O si dn̄i mei spōsam cernerē tāte cōmissam fidei:tā
te creditā libertati. Tales collaterales habeat pr̄ patruꝫ.
Cōmittat vni prudēti ⁊ fido/cui alij r̄ndeāt/curā rei fami/
liaris.lxxxviij.di.perlatū.cū.iiij.c.seq. ¶ H Quid nedū
summo pōtifici/immo cuilibet epo tā indignū: q̄ incūbe/
re supellectili ⁊ substātiole sue:scrutari oīa:de singulis sci/
scitari: de oībus morderi:suspitionibus moueri ad queq̄
perdita vel neglecta: Ad verecundiā dico quorūdā cōmo
di causa scrutātiū quotidie oēm substātiā suā/numerātiū
singula/de minutis ⁊ quadrātibus exigentiū rationē. Nō
ita ille egyptius qui Joseph oībus traditis ignorabat q̇d
haberet in domo sua. Gen̄.xxxix. Erubescat christian⁹ chri
stiano suo nō credēs. Homo sine fide:fidem tn̄ habuit ser
uo:super oīa bona sua constituens eum. Mat.xxv. Et hic
erat alienigena. Luc.xix. Mira res.satis epi ad man⁹ ha/
bent quibus aīas credāt:et cui suas cōmittant facultatū/
culas non inueniunt. Optimi (ironia est) estimatores re/
rum:qui magnam de minimis paruam aut nullā de maxi
mis curam gerunt. Sed vt liquido datur intelligi patien/
tius ferimus christi iacturam q̄ nostrā. cōtra illud.xxiij.q.
iiij.si is. Quotidianas expensas quotidiano reciprocam⁹
scrutinio: et continua dominici gregis detrimenta nesci/
mus. ¶ De precio escarum et numero panū cuꝫ ministris
quotidiana discussio: raro admodū cum presbyteris cele/
brat̄ collatio de pctis populoꝝ. Cadit asina: et non est qui
subleuet eā. Perit anima: et nemo est qui reputet. Nec mi
rum quidē: quū nec nostros quidē assiduos sentiam⁹ defe/
ctus. Nōne ad singulas supputatiōes nostras irascimur/
premimur/et anxiamur: q̄ tolerabilius rerum q̄ mentium su
stineremus iacturā: xij.q.j.precipimus.xxxviij.dist.sedulo.

rũ authoritate iurisditione ⁊ cõditiõe ⁊ excessibus simul aliquid tractãdũ est. q: diuisim de hoc supius ptractaui. Uñ epis sciendũ est q̃ nõ sufficit eis cũ subditis equalẽ gerere vitã. sed sicut sunt sup alios honoratiores: sic vita dñt esse p̃stãtiores. viij. q. j. nec sufficere. j. q. j. vilissim⁹. ex̃ de voto. ex multa. §. j. Itẽ epus in eo q̃ alijs p̃ferẗ: nõ debet se alijs presumere meliorẽ. viij. q. j. illud. Item plus laudaẗ patientia epi in aduersitate: q̃ quies in religioso. vij. q. j. suggestũ. Epus quñ celebrat: secum debet hr̃e saltẽ tres diacones: qui oculi eius dicunẗ. xciij. di. diaconi qui. ⁊ subdiacones ⁊ ministros: qui sacris induti vestimẽtis in fronte ⁊ a tergo ⁊ p̃sbyteri a dextra regiõe leuaq; cõtrito corde ⁊ humiliato spiritu ac ꝓno stent vultu custodientes eũ a maleuolis hominib⁹: ⁊ cõsensum prebentes sacrificio. de cõ. di. j. epus deo. Dom⁹ epi dꝫ esse ꝓpe ecclĩaꝝ: vt aptior sit cõtẽplationi. xlj. di. epus. Et epi mẽsa nõ debet resplendere vasis aureis ⁊ argenteis. sꝫ fide ⁊ meritis. ibidem.

Nõ licet epo intendere venationi: nec ꝯsanguineoꝝ etiã nimie familiaritati. xxxiij. di. quorũdã. ex̃ de p̃sumpti. cum in iuuentute. Quid in p̃mitiua ecclesia epi ꝓpter paupertatẽ recipiebãt: ⁊ q̃d modo dñt recipe de oblationibus ecclesiaꝝ. x. q. j. antiquis. c. de his. ⁊ q. iij. placuit. xij. q. ij. vulterane. cũ. vj. c. sequen. Eo die quo epus celebrat in aliquo altari. supple vel hꝫ celebrare: q: eadẽ ratio est vtrobiq;. scꝫ reuerẽtia epi. vt dicit glos. c. inferius alleg. sacerdos nõ debet celebrare. de cõ. di. ij. c. vlt. P̃nte epo sacerdos non dꝫ nisi de suo mandato benedicere nec signare. Heb. vij. xxj. di. deniq;. xcv. di. ecce. Conceditur epo tempore interdicti celebrare sub certa forma. ex̃ de p̃uil. q̃ nõ nullis. Epi sunt legati xp̃i. ij. q. vij. accusatio q̃. in fi. xxj. di. in nouo. Itẽ oculi eiusdẽ. vj. q. j. oues. Deferre hñt iudices delegati ⁊ conseruatores epis. ex̃ de of. dele. sane. et e. t. quia pontificali. li. vj. Itẽ nullã sñiam suspensionum vel interdicti incurrunt: nisi de epis mentio habeaẗ. ex̃ de sen. ex. q: piculosum. li. vj. ⁊ de elec. si cõpromissarius. li. vj. §. huiusmodi. ⁊ in additione quã posui. s̃. §. p̃mo. v. l. in fi. P̃nt vbiq; cum altari viatico celebrare vel facere celebrari. ex̃ de p̃uil. qm̃. lib. vj. ⁊ in additione quã posui. s̃. §. p̃mo. v. xliiij. P̃nt eligere ꝯfessorẽ. ex̃ de peni. ⁊ re. c. fi.

An ius vel statutũ factũ sup personatib⁹ ⁊ ministris ecclesie ad ep̃atus extẽdaẗ. no. Innocẽ. ex̃ de cõces. p̃ben. dilectus q̃ non. Et Ep̃at⁹ nõ propter bona tp̃alia: sed propter deũ ⁊ curã aiaꝝ est recipiẽdus: ⁊ q̃ ipsi olim nihil habebant. no. Innocẽ. ex̃ de ap. constitutis. ij. in vlti. magna glos. in fi. An Ep̃at⁹ sit ordo. xxj. di. cleros. ex̃ de pur. ca. quotiẽs. xxxij. di. c. j. v. de hoc. An Ep̃atus sit fugiendus vel desiderandus. an sit desiderantib⁹ denegãdus. ⁊ de similibus. no. ex̃ de elec. cũ in iure. ŝm Innocen. An Qui est dign⁹ põt ep̃atũ desiderare. Et p̃ quẽ modũ debet electus dissentire qui se credit indignum. ⁊ q̃ peccat mortaliter qui se credit dignũ si p̃laturã sibi oblatã respuit. ⁊ de q̃busdã sitib⁹. viij. q. j. in scripturis. ⁊ c. qui ep̃atũ. Et per Innocẽ. in p̃. c. cũ in iure. Que sunt de lege iurisdictionis epi. ⁊ de lege diocesana. de of. or. cõquerẽte. ⁊ c. dilectus. ⁊ per Innocẽ. de sta. mo. c. j. Maior est dignitas ep̃alis q̃ imp̃ialis. xcvj. di. si imperator. ⁊ lxiij. di. valẽtinian⁹. Quo ad que tenent epi loca ap̃loꝝ. xij. q. j. videntes. ex̃ de sacra vnc. c. vnico. Palatium epi habet priuilegium defensionis: siue habeat capellam/siue nõ: siue sit itra. xxx. passus ab ecclesia: siue non. xvij. q. iiij. diffiniunt. ⁊. §. q̃squis. ŝm Innocẽ. ⁊ Ostieñ. in. c. hic. j. alleg. inter. xvij. q. iiij. id cõstituimus. ⁊ de immu. ec. inter alia. ŝm Innocẽ. Nõ põt episcopus cubicularios criminosos suos vel familiares ab accusatione repellere. ex̃ de accusa. nulli. Nõ peccant clerici: si non vocant ep̃m dñm. ex̃ de ex. pre. grauem. ŝm Innocen. An ep̃us sit de capitulo vt ep̃us vl̃ vt canonicus. ⁊ qñ p̃tãs iudicandi vel eligendi de capitulo ad ep̃m deuoluaẗ. ex̃ de cõce. p̃. postulastis. ⁊ de of. or. irrefragabili. maxime ŝm Innoc. Ep̃us in cõsecratione religiosus dicĩẗ religiosior abbate. ⁊ ep̃us ad ꝓfessionẽ monachos recipit vt abbas. no. p̃ Jo. an ex̃ de elec. nullus. li. vj. vltima glos. Et excellẽtia dignitatis ⁊ ordinis ep̃alis facit vt episcopus etiã secularis immediate p̃sit monachis. An habens filios vel nepotes possit fieri ep̃us vel alius p̃latus xxviij. di. de syracusane. ⁊ c. p̃usq̃. ⁊ lxj. di. catinẽsis. ⁊ ex̃ de testa. c. per Inno. An ep̃us debeat potius obedire regi suo q̃ metropolitano. vel patriarche vel regi q̃ pape vel eius delegato. xviij. di. si ep̃us. xxiij. q. viij. rep̃hensibile. de offi. dele. pastoralis. de ap. cum parati. ⁊ de censi. significauit. An omnis ep̃s sit par ap̃lico. xxj. di. in nouo. De prelatione inter ep̃os ⁊ presbyteros. xciij. di. legim⁹. ⁊ ij. q. vij. quãq̃. ⁊ xcv. di. olim. Epi dñt vocare clericos nõ filios sꝫ fratres vel socios. Et clerici ep̃os nõ fratres sꝫ patres xcv. di. esto. An ep̃us possit agere p̃ ꝓcuratorẽ vel per se. ex̃ de rescrip. edoceri. de syndi. c. j. v. q. iij. q: episcopi. Qualiter iuret ep̃us pape. ex̃ de iureiu. ego. N. De pena suum ep̃m interficientiũ vel manus in eũ inijcientium. ex̃ de penis. ad aures. c. in q̃busdã. xxv. q. ij. ita nos. Et de penis. si quis suadente. in clem̃. Que requiranẗ quñ agiẗ contra ep̃m ciuiliter vel criminaliter. ex̃ de postu. p̃. c. j. de elec. bone. j. de prebẽ. graue. ŝm Inno. ¶ B Inq̃sitores heretice prauitatis non p̃nt inquirere contra ep̃os: nisi habeãt a papa speciale mãdatum. ex̃ de hereti. inquisitores. li. vj.

Monachus factus ep̃us eximiẗ ab obediẽtia abbatis ⁊ a regula quãtũ ad esum carniũ. ⁊ sic tenet Hoff. ⁊ hec cõmunis opinio. Sed Hug. contra. etiã si sit papa. Idem tenet Archid. de hoc per Ostieñ. in summa de penis. Teneo cũ opinione cõmuni. q: nõ comedere carnes non est de substãtia monachatus. sicut abdicatio ꝓprietatis: ⁊ custodia castitatis. ex̃ de sta. mo. cum ad monasteriũ. §. fi. Et q: ibi abbas dispensat cum monacho. vt no. doctores. e. c. cum ad monasteriũ. de silentio ⁊ obedientia ⁊ ieiunio. et quicquid acquirit: acquirit eccl̃e cuius fact⁹ est ep̃us. xvj. q. j. c. iij. vbi de hoc. xviij. q. j. c. j. ⁊ ibi de hoc no. Monach⁹ qui transit ad ep̃atũ vt presit: peccat mortaliter: ⁊ votum frangit. nota. xvj. q. j. monachi vagãtes. In locis insignibus cõstitui dñt epi. ⁊ quãtũ vn⁹ ep̃atus ab alio dꝫ distare. lxxx. di. per totũ. ⁊ ex̃ de priuil̃. c. j. An l̃ris epi sit credẽdũ. ex̃ de fi. instru. c. j. ⁊ ij. p̃ Inno. de ꝓba. c. post cessionem xj. q. iij. cure Quñ recusaẗ iudex secularis: an ep̃us erit iudex in causa illa. ex̃ de foro compe. licet. per Innocen.

Monachus a deo ep̃atu an ab regula absoluatur.

¶ Articulus Uicesimus primus.

E potestate episco-

porũ. q̃ sine licentia episcopi nullus p̃sbyter in sua diocesi potest missam cantare/vel baptizare/vel aliud simile facere. xvj. q. j. cũctꝫ ⁊ c. multis Et sine cõsensu eius nõ debet edificari monasteriũ vel oratorium. xviij. q. ij. quidam. c. de monachis ⁊ c. sequẽ. ⁊ de priuil̃. cum olim. ij. Et iurisdictionẽ habꝫ in religiosorum monasterijs. xviij. q. ij. c. j. ⁊ c. monasteria. de of. or. dilect⁹. Et p̃sbyteri ⁊ clerici ⁊ religiosi sue diocesis ipsius subiacent potestati. xviij. q. ij. quidaꝫ. Et epi est in omnibus parochialibus ecclesijs presbyteros instituere. xvj. q. ij. sane. ⁊ q. vij. nullus. ⁊ c. sicut. ex̃ de hereti. cum ex iniuncto. Et episcopi monialibus ⁊ alijs feminis religiosis prelatum preficere debent: ⁊ curam ipsarũ habere. xviij. q. ij. qui religiosis. de relig. do. de xenodochijs.

Q defensor deputatus a papa non debet cogere subdi
tos episcopos coram se litigare.xi q.i.peruenit. Q epus
potest omnem principem pro culpa excommunicare.xi.q.iij.si
autem.xcvi.di.duo. Potest falsarium lrarum domini pape
vsque ad mandatum dñi pape incarcerare.xix.di.in memori
am. Quid de episcopo quum ab ecclesia sua nō recipit.
xcij.di.§.de epis.cum.c.se. An epus sine licentia diocesa
ni in aliena diocesi pōt pontificalia exercere.e.di.si qs.ij.
Dic q non sine licentia diocesani.quicquid dicat ibi Jo.
Uide qd no.Jo.an.ex de priui.exces.priuil.archiepo.in glos.
in pontificalibus.in clem.ex de vsu.pal.c.fi.per Innocē.
et Ostien.et de foro cō.c.quis.in clemē. Q authoritate
epi inferiores possunt ad alias ecclesias transferri.vij.q.i.
epus de loco. Causam epi accusati Archiepus cū suffra
ganeis pquirere potest:sz non determinare.iij.q.vi.accu
satus. Q cum multa discussione contra epm debet reci
pi accusatio.ij.q.vij.accusatio.cum.v.c.sequen. Q epi
scopum subditi nec arguere nec accusare passim possunt.
ij.q.vij.oues.et.ij.c.sequen. Q sine licentia sui episcopi
clerici non dñt pegrinari.de con.di.v.nō oportet.ex de vo.
et vo.re.magne.et etiā Hierusalem.vt ibi. Clerici non te
nētur seruire episcopo in opere seruili.x.q.iij.placuit. Epi
scopus in ordinando ecclesiam dz requirere consensum
patroni.xvi.q.vij.de criminis.ex de iur.pa.a nob. An epi
scopus inconsulto papa ad bellū debet pficisci.xxiiij.q.vi
ti.quo ausu. Non potest episcopus successorem sibi insti
tuere.vij.q.i.peristi.viij.q.i.episcopo.et.ij.c.sequen. De re
bus proprijs et acquisitis intuitu persone potest episcopus
testamentū facere.de alijs nō:q: cedunt eccl'ie.xij.q.i.epi
scopi.et.ij.c.sequē.et.q.iij.pontifices.et.q.v.per totū.et ex de
testa.c.i. Q morientis episcopi res debēt pro futuro pō
tifice conseruari.et diripientes illas dñt anathematizari.
xij.q.ij.hec huius placiti.et.c.non licet.et.c.charitatē.c.de
laicis illud.c.non liceat.ij.ex de elec.vbi piculū.§.prouisio
nis.li.vj.et.c.gnāli.li.vj.et.c.q: sepe.li.vj.et de of.or.cū vos et
c.pñti.li.vj. An eps pōt infeudare rōne pstiti obsequij.ex
de dona.p tuas. An epus possit aliqd statuere cō ius cō
mune.et an possit aliquid statuere in preiudiciū ecclesiarū
factarū vel faciendarū.ex de consue.cum dilectus. An epi
scopus possit constitutionē facere.et super qb⁹.et in quos
xviij.di.§.i.de ma.et obe.si quis.de of.le.c.vlt.et sm Inno.
de locato.c.nostra.de testa.requisisti.de hereti.ad abolen
dam. An episcopi possint restituere famā.et absoluere a
iuramentis.vide quod dixi.s.in.i.parte de dispē.§.q: epi
scopus.ꝟ.lxiij.cum.ꝟ.sequē.in.l.ar.votis et fidelitatib⁹.de
re iudi.cum te.per Inno.ij.q.iij.§.hinc autem.in glos.fa
cti.et per Archidiac.de elec.licet canon.li.vj. An omnes
clerici se possunt opponere pro iuribus epi.ex de cōfir.vti.
cum dilecta.per Inno. An licet episcopo laico vel cleri
co alterius episcopi ecclesiastica sacramenta cōferre.vel
eos sine lr̄is cōmēdatitijs proprij episcopi ad ordines vel
ad beneficia recipere.et an in clericis notis sicut in ignotis
lr̄e cōmendatitie requirantur.et que sit differentia inter
lr̄as commendatitias et dimissorias.et an clericum alieni
genam possit epus ordinare sine lr̄is cōmendatitijs sui
episcopi si habet beneficium in diocesi sua:vel alias est ei
subditus.et an quis possit esse clericus plurium episcopo
rum.ex de preben.cum iam dudum.per Innoc.et in.c.cum
nullus.et.c.fi.de tempo.or.li.vj.et de cleri.pe.c.i.per Inno.
et.lxxi.di.per totum.et.lxxij.di.per totum.et.lxxiij.di.per to
tū.xxi.q.ij.per totum.xcviij.di.per totū. Cū episcopi ser
uare debeant canones:non debent contra facere:nisi ex
presse concedatur eisdem.ex de tempo.or.dilectus.p In
nocen. An archiepiscopum episcopus aliquo casu iudi
care potest. Q episcopus habet dispositionem omniū
de sua diocesi ac in maioribus semper sit ad episcopū re
currendum.ex de maio.et obe.cum inferior.sm Innocen.
ex de rap.c.i.in fi.magne glos.xcij.di.si qui episcopi.i glos.
§.in quo.in fi.iij.q.vi.c.i.in glos.sed quid. Non potest epi
scopus inuito et irrequisito papa fieri religiosus.vij.q.i.
scias.ex de regu.licet. An vnus episcopus in alterius epi
scopatu possit prescribere iura episcopalia. Et q ius qd
habetur in canone de liminibus non prescribendis:locū
habet in prouincijs/episcopatib⁹ et parochijs.de pscrip.
si diligenti.per Innocen.et ex de paroch.super eo. An
de iure communi ecclesie et decime ad episcopum perti
nent.et an potest agere episcopus pro ecclesijs sibi debitis
ad decimas.ex de deci.dudum.sm Inno. Q ecclesia in
ferior pōt pscribere aliqua iura episcopalia et aliqua non.
ex de capel.mo.c.ij. An sufficiat testimonium epi ne pro
mouendus examinetur.xvi.q.i.si quis.ix.q.ij.episcopum.
An episcopus possit excoicare/absoluere/delegare/iu
dicare/vel beneficia conferre extra suum episcopatum.ex
de of.le.nouit An abbas iura episcopalia possit pscribe
re.et que et qñ.ex de prescrip.auditis.et.c.veniēs.et.c.cum
olim.maxime per Innocen. Non pōt episcopus sine li
cētia pape votū lōge pegrinatiōis emittere.ex de vo.et vo.
re.magne.de reg.licet Et an possit pegrinari episcop⁹
sine licentia capituli.vel modicam pegrinationem facere
sine licentia pape.pre.c.magne.per Inno. An episcopus
fundet suam intentionem de iure cōmuni in monasterijs
sui episcopatus.et an possit cognoscere inuito prelato in
feriori de causis ad eius iurisdictionem spectantibus.et
de similibus loquentibus de iurisdictione episcopi in lo
co ad suam iurisdictionem non pertinente.ex de of.archi
diaco.dilecto.p Inno. An epus possit facere constitutio
nē ligātē nō suos subditos.ex de sen.ex.a nobis.de cstitu.
vt animarum.li.vj. An episcopus possit esse iudex in cau
sa ecclesie sue et suorum:vel ecclesie sue iniuriā vindicare
xxiij.q.iiij.inter querelas.ex de iud.cum venissent An eo
ipso q aliqua ecclesia est in alicuius epatu vel diocesi con
stituta:p cōsequens sit illi subiecta.ex de rescrip.cum non
liceat.de excep.venerabilis.per Inno.et de reli.do.cum ve
nerabil.per eūdem Quū epus de aliqua causa cogno
scit:an tunc quilibet canonicorum erit iudex.de of.or.irrefra
gabili.xv.q.vij.eps. In casu nō punit epus excessus suo
rū canonicorum.de of.or.irrefragabili. Qualiter et qñ vn⁹
epus qui scit aliū epm suos subditos excoicare:et in eos
iura epalia exercere:perdit possessionē horum iuriū.de resti
tu.spo.olim.iij.p Inno. An decimas vel eccl'ias quā tenet
vel ius patronatus possit dare laic⁹ sine authoritate epi.
de iure pa.nullus.et.e.t.c.i.li.vj. An eps possit excoicare/
vel interdicere/vel suspēdere/sine consilio capituli sui.ex
de ex.p.c.i. Eps hz iura episcopalia:nō solū in bonis a pn
cipio eccl'ie assignatis:sz etiā post modū acquisitis.ex de
resti.spo.cū ad sedē.per Inno. An ptē fabrice pōt eps in
vsus suos cōuertere.x.q.iij.vnio. An epus pōt corrigere
subditos subditorum suorum eis pretermissis.et qñ ptās iudicā
di vel eligendi de capitulo ad epm deuoluat.de of.or.irre
fragabili.sm Inno. An epus potest agere sine cōsensu
capituli vel ecōtrario vel etiā conueniri.An pōt agere vl
respondere pro ecclesijs sibi subditis.An ipse alijs prefe
ratur.Q epus est precordinator in cunctis.Q ipsius est
omnis cura ecclesiarū.Et q epus per se vel per alium de
bet interesse constructioni ecclesiarū.de restitu.spo.olim
causam.sm Inno. An episcopus potest pro suis necessi
tatibus fructus ecclesiarū sibi subditarū accipe.ex de cē
si.cū apl's.sm eūdē. Q eps gnāliter eccl'iam eximendo
nihilomin⁹ tria vel quatuor ibi intelligit retinere.ex de cē
si.cū venerabil.p Hern.et Inno.et ex de dona.pastoral.
in glos.si ita. An locus possit effici sacer sine authorita
te episcopi. An episcopus habet iura parochialia in ho
spitalibus.et possint construi sine eo.ex de reli.do.de xeno
dochijs.ex de do.inter dilectos.sm Innocen. De potesta
te episcopi in monasterijs et ecclesijs sue diocesis.An exē
pti rōne populi nō exēpti subsint episcopo.ex de sta.mo.c.
per Inno. Priores et rectores ecclesiarū curam anima
rū habentium perpetui nō possunt ab illis amoueri sine
consilio epi.e.t.monachi.sm eūdē. Nihil debet epus exi
gere de tpalibus in ecclesijs sibi subiectis preter iura sua.

ex̄ de reli.do. de xenodochijs.per Inno. An priuatꝰ sine
authoritate episcopi locū religiosū vel hospitale vel ora
toriū ad celebrandū/vel domū ad recipiēdū pauperes
deputare potest.eodē ti.ad hoc.per Inno. An eps possit
ecclesiā in emphiteosim dare. An abbatē ⁊ cōuentū alicu⸗
ius monasterij pōt ad iura episcopalia exercēda suos vi⸗
carios cōstituere.ex̄ de reli.do.cōstituꝰ.per Inno. An so
lus eps potest cognoscere de crimine vbi agit̄ ad priuatio
nem officij vel beneficij.xvi.q. vlti.inuentū. An pscribēs
vnū ius episcopale vel plura/videat̄ etiam aliud posside
re vel prescribere.de pscrip.auditis.⁊ de capel.mo.dilectꝰ
ſm Inno.et alios. Cui potiꝰ monachus epo an abbati
debeat obedire.et ad quē principaliter spectet correctio
eius.xi.q.iij.q resistit.xviij.q.ij.c.j.xi.q.j.de psona.ex̄ de of.
or.quanta.maxime p Inno.⁊ Ostien. De ptāte episcopi
in ecclesijs sibi subiectis quoad alienationes ⁊ alia.ex̄ vt
ec.bene.vt nostrū.⁊ ſm Inno.de elec.vt preterite. Qua⸗
liter ⁊ in quo patri eps vel ecclesia filio cōparat̄.lxviij.di.
quorū. An eps possit remittere de penitētia pape.xxxiij.
q.ij.latorē. An episcopus possit fructꝰ alicuiꝰ ecclesie in
suam vtilitatē cōuertere.ex̄ vt ec.bñ.vt nostrū ſm Inno.
Licet episcopi sine authoritate pape nō possint aliquē san
ctorum catalogo aggregare:possunt tamen statuere ali⸗
quem sanctū solenniter venerari.de ferijs.c.ij.ſm Inno.
Et adde qđ not.de con.di.iij.c.j.in glos.sed de quibus.

¶ Articulus Vicesimussecundus. A

¶ Et aliud repertoriū de materia episcoporum.

De officio episcopi:

nunc tractemꝰ. Episcopi officiū est virgines
altaria/ecclesias cōsecrare. Chrisma cōfice⸗
re ⁊ cū ipso cōfirmare.lxviij.di.quis. Ideo
inungit̄ eps: vt procurator animarū ⁊ distributor spūaliū
existat.xj.q.j.§.ex his oibus. Non sufficit epo innocēs vi
ta:nisi adsit doctrina.xliij.di.§.j.⁊.c.j. Eps debet docere
populū sacrā scripturā non grāmaticā vel phisicā.lxxxvj.
di.cum multa.xxxviij.di.ignorātia. Officiū epi est discor
dantes cōcordare:⁊ ad pacē cogere.xc.di.p totū. Debet
sibi cōmissos solicite regere.c.di.ratiōis.vij.q.j.suggestū.
⁊.c.sequē. Non licet sibi aliquē proprijs manibus cedere.
lxxxvj.di.non liceat. Episcopi est locū assignare degrada⸗
to in quo peniteat.lxxxj.dis.sacerdos. Q eps in ordina⸗
tione clericorū statuta consiliorū debet ordinādis pnun
ciare.xxxviij.di.placuit. Episcopi est ordinare q in eccle
sijs baptismalibus sint doctores ⁊ magistri q pueros in li
beralibus artibus ⁊ in alijs vtilibus doceāt.xxxvij.dist.de
quibusdā. Inter episcopū ⁊ ecclesiā est spirituale matri⸗
monium.vij.q.j.sicut alterꝰ. Eps possideat res ecclesie
ad dispensandū nō ad dissipandū.xij.q.j.eps.cx.c.expedit
c.res ecclesie.cū.ij.c.se. Debet abijcere curas seculares.
xj.q.j.te quidē. Nō debet esse aduocatꝰ vel tutor.lxxxviij.
di.eps tuitionē.⁊.iij.c.sequen. Nō per se sed p Oecono⸗
mū clericū debet tēporalia eccl'ie gerere.xvj.q.vij.quoniā
in qbusdā.⁊.c.seque.lxxxviij.di.eps nullam.xxxix.di.volu⸗
mus.⁊.ij.c.sequē.viij.q.j.si petrus. Officia ecclesiastica
non debet ppinquis cōmittere.lxxxix.di.decenter.cum.§.
prece. Vide sup hoc.℟.prece.qđ notaui.s.eodem.§.sed vt
sciant.℟.xx.in ar.xx. De rebus ecclesie primū sibi: postea
ministris:demū alijs fidelibus debet puidere.xij.q.j.§.si
ergo. Non debet in suam vel suorū proprietatem res eccle
sie cōuertere.xij.q.j.episcopus.⁊.c.res ecclesie. Raptores
rerū episcopi debent excōmunicari.xvj.q.j.similiter. Ra
tio reddit̄ episcopo de tertia deputata fabrice cuiuslibet
ecclesie.x.q.iij.c.j. Debet episcopus pauperibus ⁊ oppres
sis solicite prouidere:⁊ eos defendere.lxxxij.di.episcopus
lxxxiiij.di.peruenit.lxxxvj.di.fratrē.lxxxvij.di.per totū.xij.
q.j.videntes.⁊.e.ex ijs.⁊.ij.c.sequētibus. Episcopi est p⸗
uidere de personis idoneis que predicēt ipsius subditis.
ex̄.de of.or.inter cetera. Que iura cōsequatur episcopus
in electione,⁊ que in consecratione.ex̄ de elec.trāsmissam
de conse.ec.aqua. An ad episcopū spectet causarum ma
trimonialium et criminaliū cognitio.clericorum pperua
depositio.diutina suspensio.ecclesiarū vnio vel diuisio.
ex̄ de offi.archidia.ad hec per Innocē. De iurisdictione
multiplici epi.de verbo.sig.abbate.ſm eumdem.de of.or.
ad reprimendam.ſm eumdem. An eps diuersarum lin⸗
guarum ⁊ rituū habens populū/debeat habere vicariū
nationibus illis conformem.et an in vna ciuitate plures
possint esse episcopi. Et an vnus sub se aliū habere potest
de offi.ordi.quoniā.ſm Inno. An defensio ⁊ executio te⸗
stamentorum quoad pias causas vel alias:⁊ an publica⸗
tio testamentorū ad epm pertineāt.ex̄ de testa.c.iij ſm eū
dem. An episcopo vel rectori ecclesie cōpetat defensio su
per ecclesie libertate.ex̄ de prescrip.auditis.ſm eumdem.
Quando legata pijs causis incerta dispositioni epi com
mittantur.ex̄ de verbo.sig.cum tibi. Que sunt que solis
sunt episcopis reseruata. Et an papa possit phibere eis
ne chrisment in fronte:⁊ episcopi presbyteris ne baptizēt
lxviij.di.quis.⁊ ex̄ de cōsuetu.quanto.ſm Inno.et alios.
An que sunt ordinis/possint epi demandare.ex̄ de conse.
ec.aqua. De solēnitate dedicationis eporum annuatim
facienda.de con.di.j.solēnitates.j. Hoc non obseruat̄ ho⸗
die nisi a papa.ſm glos.in hoc.c. An eps qui renūtiauit
ordini episcopali/minores cōferat ordines.ex̄ de sup.ne.
pre.c.j.ſm Inno. Et an semel cōsecratus episcopus pos
sit in aliquo casu reconsecrari.dic qđ no.ex̄ de renun.post
transla.in glos.sed quid. Quādo et qualiter episcopus
in capitulo vocē canonici habeat.⁊ quando capitulo ne⸗
gligente deuoluatur ad eum potestas beneficia cōferen⸗
di.ex̄ de preben.postulasti.maxime per Inno.⁊ ex̄ de ap.
a collusione.lib.vj. De duobus epis cōtendentibus sup
iurisdictione alicuiꝰ monasterij.ex̄ de sen.et re iu.quis.p
Inno. An eo ipso q episcopus recipit prepositurā vel
aliquam dignitatē:vacet episcopatus.⁊ an decre.de mul
ta.in episcopatibus locum habet. An episcopatibus re⸗
nuntiari possit tacite vel expresse sine licentia pape. An
episcopo possint dari alia beneficia si est pauper. An epi
scopatui propter paupertatem possint vniri alie dignita
tes:⁊ per quem.de cōces.pre.cum nostris.per Inno. Si
aliquarum ecclesiarum episcopi cum toto suo populo la⸗
bant̄ in heresim vel schisma:an nihilominꝰ ecclesie ille ho
norem suum retineāt:⁊ ecclesias sibi subiectas quoad p⸗
prietatem ⁊ possessionem.de ma.⁊ obe.inter quatuor.per
Inno. De duobus episcopis in eadē ecclesia.vij.q.j.nō
autem. An inuitis detur episcopatꝰ.lxj di.nullus. An in
vna ciuitate possint plures pontifices similes esse.⁊ qđ vi
detur si vnus excommunicat ⁊ alter absoluit:vel contra⸗
rias ferunt sententias.in quibus locis episcopi sint insti⸗
tuendi.⁊ q parua vel magna ciuitas non facit maiorem
episcopum vel minorem.⁊ an plures Romani pōtifices
possint esse simul.lxx.distin.per totum.xciij.dist.legimus
vij.q.j.non autem.vbi de hoc in glos.c.in apibus.xxiiij.q.
j.didicimus.de offi.ordi.quoniam.de priuile.c.j. An pro⸗
pter excommunicationē episcopi iurisdictio eius ad Ar⸗
chiepiscopum deuoluatur. de sup.ne.pre.romana.lib.vj.
De modo procedendi contra episcopum:⁊ que requiran
tur.⁊ qui.de preben.graue per Inno. Que res intelligan
tur de mensa episcopi.⁊ ad que bona iuramentum de non
alienando/extendatur.de re.ec.non alie.vt super Inno.
De quarta decimarum et mortuariorū quam habet epi⸗
scopus in ecclesijs sue dioce.an prescribi valeat q episco⸗
pus pro omnibus ecclesijs suis agere potest q locatio⸗
nes et venditiones non possunt facere clerici de rebus ec
clesiarum sine authoritate episcopi.de testa.requisisti.ſm
Innocen. Q iure primitiuo omnia que ecclesijs relin⸗
quuntur ad episcopi manus debent venire.et ad eius vo
luntatem expendi.de sepultu.relatum.ſm eumdem. An
portio decimarū et perceptio canonice portionis quas
recipit episcopus ab ecclesijs sue diocesis sint de iure epi⸗
scopali.ex̄ de parochijs.in rubrica per Innocen. Quot

dñt epm consecrare.⁊ qbus diebus.lxvj.distin.porro.cum §.prece.lxxv.distin.ꝙ die dominico.ex̄ de tempo.ordi.nec episcopi. An per installationem:vel per quem modũ apprehendit quis possessionem episcopatus.ex̄ de restitu.spo.in lr̄is.ꝼm Inno. An ⁊ quãdo criminosus ad epatuz promot⁹ sit deponendus.de iureiu.sicut nr̄is.ꝼm Inno. Multa de iurisdictiõe epali vtilia no.Inno.ex̄ de excep.cũ venerabilis.⁊ de prescrip.de q̄rta.ꝼm eũdē. Et Pontificalia nõ sunt de sua substãtia ordinis vel officij epalis q: sine ipsis quodlibet officiũ fieri potest. Et ideo si episcopus a pontificalib⁹ suspensus/nihilomin⁹ celebret in pontificalib⁹:nõ incurrit irregularitatē.de sen.ex.cũ medicinalis.li.vj.per Inno.de ↄsue.cũ dilect⁹. Quid iuris quũ se intromittit Archiepiscop⁹ de subditis episcopi.de of.or.duo simul.ꝼm eumdem. Quis dabit expensas pro episcopo visitanti.eodē ti.inter cetera.ꝼm eũdem.⁊.ca.si episcopus.li.vj. Et an episcopus debeat habere aliquid ab ecclesijs quas per aliũ visitat.ibidem. De iure multiplici episcopi.de of.or.cõquerẽte.ꝼm Inno.de ma.et obe.inter eum.⁊ eodem ti.dilecti.per eumdē. Quantũ episcopus ⁊ qualiter de bonis ecclesie sue vel reditibus religiosis dare potest.xij.q.ij.si episcopus.⁊ ex̄ de ijs que si.a pre.sine con.c.pastoralis. ❡ Inter ea q̄ in.j.parte istius opis s̄.in.§.q: episcop⁹.in ar.l.posui de potentia epor̄um in dispensando:⁊ q̄ in superioribus addidi de eoꝝ iurisdictiõe ⁊ officio:⁊ in q̄bus cõmuniter transgrediunt̄:plene episcoporum materiã explicaui. Neminē tamen eporum reprehendi in speciali:quũ sint patres.sed vt a delictis abstineant admonui:⁊ me cũ eis.⁊ deliberata ⁊ examinata conscientia cõueniat vnũquemq̄.vj.q.j.oues.viij.q.j.qui vos ⁊.c.qualis.⁊.c.sequē.ad fi.et.c.quid autē. ❡ Fateor autē ꝙ locũ tenent apostolorũ.xcij.di.legimus.sed coram deo nullũ cognoui:qui exerceret opera eoꝝ.xl.di.c.ij. Omnes presunt ⁊ desiderant preesse:perpauci prodesse.viij.q.j.q̄ episcopatũ.⁊ ideo vere non oẽs episcopi consecrati/sunt episcopi sanctitate.ij.q.vij.nõ oẽs episcopi. Loquar ergo sicut cõsueui:⁊ dicã sancte ecclesie. Vbi sunt apl̄i dñi fundatores tui.xxxv.j.§.hac itaq̄.℣.deus em̄.⁊ ex̄ de elec.fundamenta.li.vj. Vere celos incolũt. Successores eorum ⁊ inimici eorũ nunc terram lingunt. Ve vobis q: corruunt edificia:quia fundamenta arenosa sunt et sabulo herent. Mat.vij.in fine. Et colũne arundinee sunt. Mat.xj.ex̄ de accusa.qualiter.ij.§.licet.non argentee. Can̄.iij.nec marmoree. Can̄.v.⁊ de hoc satis.

❡ Articulus Vicesimussecundus. A

Porro q: post episcopos

singulorũ officialiũ/prepositorum/⁊ rectorum/⁊ pastorũ/⁊ prelatorũ in ecclesia dei specialiter defectus ponere/iurisdictionem ⁊ potentiã longũ esset:ponam in genere pro potentia et sanctitate eorũ aliqua originalia.deinde iuridice tãgam in quadã recollectione iurisdictionē eorũ.quos omnes prelatorũ vel prepositorũ noĩe cõprehendo.ex̄ de verbo.signi.ꝗuis. ❡ Primo igit̄ sciendũ ꝙ dum durat mũdus angeli angelis presunt:demones demonibus:homines hominibus:ad vtilitatē viuentium ⁊ deceptionē.sed omnibus collectis iam omnis prelatio cessabit.glos.j.ad Corin.xij.facit.j.ad Coꝝ.xv.ibi.Deinde finis ⁊c.⁊ que legunt̄ ⁊ no.lxxix.di.ad hoc. ❡ Prelati mali oues fortes et pingues necãt quantũ in ipis est.et si ille viuũt:de mĩa dei viuũt.tñ quãtũ ad malos pastores attinet malo eas exēplo occidũt. Attendēs em̄ ouis in ꝑpositũ suũ male viuentē/incipit dicere apõ se. Si ꝑposit⁹ me⁹ sic viuit:ego q̄s sum qui nõ faciã qd̄ ille facit.glos. ad Titũ.ij. Vitia ꝑpositoꝝ subiectis sunt offendiculã glos.Leui.x. Prepositoꝝ bonitas/subiectoꝝ salubris est regula. Greg.in Registro.⁊ salus.lxj.di.miramur. ❡ Prelati non tm̄ pro suis arguunt̄ delictis.pro populo em̄ cogunt̄ principes reddere rõnez ne forte quũ non docuerunt:vel solicite non arguerunt:q primo peccauerunt:vt contagio dispergatur in populos. In ipsos em̄ cõuerteretur ira dei et cessabit a populo. Nec si cogitarent hoĩes:principat⁹ nõ ambirēt. Sufficit cuiq̄ pro peccatis ꝓprijs argui ⁊ reddere rationē.quid necesse est pro peccatis populi ostẽtari contra solē ante quem nihil põt abscondi: Vñ Iosue principes populi contra solē suspendit:⁊ furor dei a populo est amotus.glos. Numeri.xxv. Adde qd̄ scripsi supra in ista secunda parte.in Thre.in oratione Hiere.recordare.℣.principes manu.et in additione ibi posita.in ar.ij. En ergo sanguis subditorum de manibus prelatorũ exquirit̄.ex̄ de of.or.irrefragabili.cũ suis ibi cõcor. ❡ Bon⁹ pastor egrotantia pecora visitat.dispersa perquirit.relicta recolligit.lassa sustentat.malus pastor econtrario oĩa dispergit glos.Zacha.xj. O q̄ rar⁹ est dño ꝓpter dñm seruiens.oues christi non ad lucrũ sed amore christi pascens.glos.Mat.xxiij. Prelatorum fures multi:q̄ per ostiũ nõ intrarũt mercenarij quasi oẽs.xxiij.q.iiij.tres personas.viij.q.j.sunt in ecclesia. Duo suntque a populis querũt pastores pascẽtes seipsos nõ oues:lac ⁊ lana. Lac prebet/qui victũ prebet. Lanã prebet/qui honorem prebet. Ista ergo duo a populis q̄runt:cõmodum supplende necessitatis/et fauorē honoris ⁊ laudis. Aug.in li.de pastorib⁹. Indignus lacte ⁊ lana cõuincit̄:qui nõ pascit oues:qui non vigilat in custodia gregis iudicium autē sibi mãducat ⁊ bibit.xxiij.q.iiij.forte. Bern̄.in sermone.dixit simon petrus. Bon⁹ pastor nõ populi requirit datum:sed lucrũ. Phil.iiij. Nec gloriã dei vsurpat sibi. Luce.ij. Acceptũ talentum nõ ligat in sudario:sed partit̄ nũmularijs:a quibus ⁊ vsuras recipit non sibi sed dño. Luc.xix. Mat.xxv. Non habet foueam vt vulpes.nec habet vt volucres nidũ. Mat.viij.⁊ Luc.ix.non loculos q̄uo Iudas Ioã.xij.xxiij.q.iiij.q̄d ergo. Non deniq̄ sicut nec Maria locũ in diuersorio. Luc.ij.sed tantũ puritatis intime bono gloriat̄. Non põt veraciter loqui:nisi qui extrinsecas glorias pfecte respuerit.nec valet pure vel dei vel ꝓximi querere lucra:q̄ ꝓpria non cõtempserit. Bern̄.in epl̄a ad Henricum Senonẽsem archiepiscopũ: Paul⁹ non q̄rit q̄ sua sunt. Phil.ij.viij.q.j.sunt in eccl̄ia.sed q̄rit que filioꝝ sunt quos in christo ꝑ euangeliũ genuit.j.ad Coꝝ.iiij.qd̄ vtiq̄ obseruandũ est singulariter ijs q̄ spiritualiter presunt populo.vt pre oĩbus q̄ sunt sua negligant ⁊ cõtemnãt ꝓ vtilitate ceterorũ.vij.q.j.scias. Greg.sup Apoca. ❡ Qui ad regimē aliorũ assumit̄:se obligat vt quib⁹ eterna ꝑdicat etiã in tēporalibus ꝓuidere studeat.glos.inde.ij.vt christ⁹ turbis.xxxvj.di.§.ecce facit.lxxxvj.di.fratrē. Quũ incomparabiliter lõge melior sit aĩa qua viuim⁹ terrena substãtia:quã exteri⁹ possidem⁹.xij.q.j.scimus.qui nõ dat ꝓ ouibus substantiã suã:quando pro ijs datur⁹ est aĩam suam. Greg.in homil. Ego sum pastor. In trib⁹ maxime prelati christũ imitari debent:q: in loco christi sunt in dignitate potestate/officio. Fuit em̄ christ⁹ sacerdos.ps̄.cx. Tu es sacerdos in eternũ. Heb.vj. Rex.ps̄.lxxj. De⁹ iudiciũ tuuz regi da.⁊ Mat.ij. Et mister. Mat.xx. Luc.xxij. Sacerdos quũ in ara crucis seipsuz hostiã dedit. Phil.ij. Rex quum a ligno regnauit.ps̄. Minister quũ pedib⁹ Petri aquam ministrauit. Ioan.xiij. Sacerdoti igit̄ dignitas. Regi potestas. Ministro cõpetit officiũ. Dignitati debetur reuerentia.j.Pe.ij.ex̄ de ma.⁊ obe.solite. Potestati obediẽtia Ro.xiij.xj.q.iij.qui resistit. Officio cura.xj.q.j.iure. Duo ex his/prelatis debentur:tertiũ vero subiectis. Reuerentia ⁊ obedientia prelatis exhibēda est a subiectis.cura vero subiectis impendēda est a prelatis. Hugo.de claustro li.ij.de his.xciij.distin.per totum.⁊ ex̄ de of.or.per totum. ❡ Quidam amant subesse:vt possint preesse. Honores fugiunt:vt honoribus obuient. Ibidem lib.iij. Animus quietus sedet super fenum:quando carnem subijcit.super scabellũ.quũ mũdũ subijcit.sup cathedram:quum proximum non despicit. Ibidem. Prelatus non habens cõpassionem ⁊ congratulationem alijs in bonis. Ad Rom.xij.j.ad Corinthi.xiij.quasi duo vbera.gaudere cum gau-

dentibus: flere cũ flentib⁹. duo vbera sunt. ſm Bern. ſup
Can. j. Meliora ſunt vbera tua vino. alijs nō prodeſt: ⁊ ſi-
bi obeſt. Bernar. ſuper Can. ſermo. x. Quũ ſederē mihi ad
pedes ieſu merens/ ⁊ offerēs ſacrificiũ cordis ⁊ ſpũs con
tribulati in recordatione peccatorũ meorũ: aut certe ad ca-
put vel raro ſtarē. ⁊ exultarē in recordatione beneficiorũ
dei: audiui dicētes. Ut quid Mar. xij. perditio hec: damā
tes videlicet ꝙ mihi ſoli viuerē. ij. q. vij. ſancta. q̇/ vt puta-
bant/ multis prodeſſe poterā. ⁊ dicebāt. Potuit eñ venũ-
dari multo: ⁊ dari pauperib⁹. Mat. xxvj. Joā. xij. Sed nō
bonũ nuntiabant mihi. Nā etſi vniuerſum mundũ lucrer
⁊ perdā me: quid prodeſt? Mat. xvj. ⁊ Luc. ix. ex̄ de ſimo.
matthe⁹. Un̄ intelligens verba hec inter illas q̄s ſcriptu
ra vocat muſcas morientes q̄ perdunt ſuauitatē vnguēti
recordatus ſum illius diuine ſciētie. Eſa. iij. ⁊ ix. Popule
Seueri- meus: qui te beatũ dicũt: ſeducũt te. Bern. ſuper Can. xij.
tas ni- ſermo. ❡ Diſcite prelati ſubditorum vos matres debere
mia pla- eſſe non dominos. ideo magis ſtudete amari q̄ metui. etſi
to vitan interdũ ſeueritate eſt opus: paterna non tyrannica. Ma
da. tres fouendo: patres vero corripiendo vos exhibeatis.
Gratian⁹. Rectorē ſubditis pietas matrē: diſciplina vero
patrē exhibeat. xlv. di. §. hinc etiā. Un̄ verſus. Ubera pa-
tris habens/ vbera matris habe. Ponite ſeueritatē. ſuſpē
dite verbera. verba producite. pectora lacte pingueſcant.
Quid iugũ veſtrũ ſuper eos aggrauatis. quorũ poti⁹ pō
dus portare debetis? Bern. ſuper Can. ſermo. xxiij. Talē
te redde ſubditis: vt magis ameris q̄ timearis. Reuerentia
eñ ex amore procedit. odiũ timor offert. Iſid. in ſyno-
nimis. ❡ Rectorē ſubditis ⁊ pietas matrē: ⁊ patrem ex-
hibeat diſciplina. atq; inter hec ſolicita circũſpectione ꝓ-
uidendũ eſt: ne aut diſcretio rigida ſit: aut pietas remiſſa
Greg. in cura paſto. ad hec. xlv. di. §. hinc etiā alibi. ⁊ c. li-
cet. j. ⁊ ij. ⁊ c. oīs qui. ⁊ c. diſciplina. et. c. ſunt nōnulli. Non
eſt vni⁹ meriti ſocialiter viuere ⁊ vtiliter preeſſe. Ex mul-
ti deniq; ſub preceptore quieti viuunt: quos ſi iugo abſol
uas: videas nō poſſe quieſcere: nec ſe equalib⁹ vllo modo
ſeruare innoxios. ❡ Itē innumeros cernis ſine querela
inter fratres cōuerſari: ſup fratres autē nō ſolũ inutiliter
ſed etiā inſipienter et nequiter. Bern. ſup Can. ſermone.
xxiij. Prelat⁹ aũt debet habere feruorē zeli cũ diſcretione
xlv. di. diſciplina. ibi. Sit zelus. ſed nō imoderate ſeuiens
Itē Bern. Zelũ tuum regat ſciētia. firmet cōſtantia. Ibi-
dem. Tria neceſſaria ſunt iis qui dominant̄ ⁊ preſunt. ter
ror. amor ⁊ ordinatio. Abſq; ordine ergo dominiũ nō ſtat
Per beneficia ergo ⁊ affabilitatē ꝓcuret vt diligat̄. Per
iuſtas vindictas nō proprie iniurie. lxiij. di. ſalonitane. et
xxiij. q. iiij ſi is qui. ſed legis diuine ſtudeat vt metuat̄. Cy
prianus de. xij. abuſiuis. Prelato vtraq; vita: cōtēplatiua
⁊ actiua neceſſaria eſt. xxxiij. di. ſiquis vult. lxxxviij. diſ. c. j.
expreſſum. ⁊ ex̄ de renũ. niſi cũ pridē. §. nec putes. Nec du-
bium quin longe periculoſior ſit ceteris eorum admini-
ſtratio. tamen ſi bene adminiſtrauerint gradũ: bonũ ſibi
acquirũt ⁊ maiorē abundantiā ⁊ ſupereffluentē. Luc. vj.
menſurā accipient. Bern. in epiſtolis. ❡ Sciant boni pre
lati languentiũ. Luc. x. xlv. di. diſciplina. j. rñſo ſibi animarũ
curam traditā: non pompā. Quicũq; interim. Nũeri. xj. ⁊
xx. xc. di. c. j. murmur. cũ inſipientia ſubditorũ querule vo-
cis iudicio deprehendunt: etiam ſi in ipſos vſq; ad vitia ⁊
cōtumelias ꝓrumpat: medicos ſe ⁊ non dños. xcv. di. eſto
agnoſcētes/ parent cōfeſtim aduerſus phreneſim aīe non
vindictam ſed medicinā. Bon⁹ paſtor animā ſuam dat ꝓ
ouibus ſuis. Joan. x. Animā pro illis. carnē illis. Illam in
precium: iſtam in cibũ. Res mira. Ipſe paſtor. ipſe paſcua
⁊ ipſe redemptor. Ibidē ſermone. xxvij. Ueri paſtores li-
cet tabernacula habeant de terra in terra: corpora. ij. Pe.
j. ij. Cor. v. videlicet: non tamen de terra: ſed de celeſtibus
greges dñicos paſcere conſueuerũt. Ezech. xxxiiij. Ibidē
ſermone. xxvj. ❡ Non ocioſe toties repetitur. Joan. xx. vj.
q. j. imitare. Petre amas me. in cōmiſſione ouium. Ego q̄
dem id ſignatuz puto: acſi dixiſſet illi Ieſus. Niſi teſtimo

nium perhibeat tibi conſcientia ꝙ ames valde ꝑfecte: q:
hoc eſt plus q̄ tua/ plus q̄ tuos/ plus q̄ te. Iſta triplex re
nuntiatio: in q̄ eſt perfect⁹ amor poſit⁹. Luc. xiiij. nequaq̄
ſuſcipias curā hanc. Propterea attendite vobis quicũq;
miniſterij hui⁹ op⁹ ſecuti eſtis. attendite inquā vobis: ⁊ ꝓ
cioſo depoſito quod vobis creditũ eſt. Ciuitas eſt: vigila
te ad cuſtodiam. Luc. ij. Spōſa eſt: ſtudere ornatui. xxx. q.
v. femine. Oues ſunt: intendite paſcuis. j. Pe. v. xcv. diſti.
eſto. Porro cuſtodia ciuitatis vt ſit ſufficiens: trifaria erit
A vi tyrannorũ. vij. q. j. §. hoc. A fraude hereticorum. ex̄ de
pur. ca. inter. A tentationib⁹ demonũ. xvj. q. j. c. ij. Sponſe
vero ornatus in bonis operib⁹/ moribus/ et orationibus
j. q. j. ipſi ſacerdotes. cōſtat. Ad paſt⁹ ouiũ/ paſcua. Ezech.
xxxiiij. ſcripturarũ. ſed diſiunctio eſt in illis. Sancta ſunt
mandata: que duris ⁊ carnalib⁹ imponunt̄ ex lege vite ⁊
diſcipline. lxxxij. diſtin. plurimos. Eccli. xlv. Et ſunt onera.
Ro. xiiij. diſpenſationũ: que infirmis ⁊ puſillis corde de re
ſpectu miſericordie. l. di. pōderet apponant̄. Et ſũt. Mat.
xx. xxiij. q. j. §. j. xiiij. q. j. §. j. conſiliorũ fortia: que ex interna
ſapientia ꝓponat̄ ſanis. ⁊ qui exercitatos hñt ſenſus ad
diſcretionē boni. ad Heb. v. ⁊ mali. ❡ Ad cuſtodiā ciuita-
tis opus eſt fortitudine: ad repellendas. Eccli. vij. ibi. No
li querere fieri iudex: niſi valeas virtute interrũpere iniq̄
tatem/ iniurias. Spirituali aſtutia: contra demonũ aſtu-
tiā. ij. Cor. x. Prouer. xvj. xxiij. q. iiij. §. vaſis. ad deprehēdē-
dũ inſidias. Fidelitate: vt nō q̄rat platus q̄ ſua ſunt. viij.
q. j. ſunt in eccl'ia. Porro ad mores honeſtandos vel corri
gendos. ex̄ de accuſa. q̄liter. ij. q̄d vtiq; ad decorē pertinet
ſponſe ſcz eccleſie: neceſſaria eſt diſcipline cēſura. xlv. diſti.
diſciplina. Iā ergo in paſcua diuinorũ q̄uo educet greges
dominicos paſtor idiota. xxxvij. di. §. ſi. ſz etſi doct⁹ fuerit:
non aũt bonus: verendũ eſt ne non tam nutriat doctrina
vberi q̄ noceat vita ſterili. ar. xxv. diſt. c. vlti. Ibidē Bern.
lxvij. ſermone. Si diligitis me: paſcite Joā. xxi. viij. q. j. in
ſcripturis. oues meas. Si ergo dilectionis eſt teſtimoniũ
cura paſtoralis: quiſq̄s virtutib⁹ pollēs gregē dñi renu-
it paſcere: paſtorē ſummũ ꝯuincitur non amare. Quō eñ
is q̇ proximis profutur⁹ eniteſcere poteſt: vtilitati ceterorum
ſecretum preponit ſuũ: q̄ñ ipſe ſummi patris vnige-
nitus vt multis ꝓdeſſet: de ſinu egreſſus eſt patris ad pu
blicum noſtrũ? Greg. in paſto. c. vj. ⁊ viij. q. j. in ſcripturis.
Sunt nōnulli qui ex ſola humilitate refugiũt: ne eis qui-
bus ſe impares exiſtimant preferantur. quorũ ꝓfecto hu-
militas ſi ceteris virtutib⁹ cingitur: tunc ante dei oculos
vera eſt: quũ ad ſuſcipiendum hoc quod vtiliter ſubire p̄-
cipitur pertinax nō eſt. Nec eñ verus eſt humilis: q̇ ſupni
nutus arbitrio vt debeat preeſſe intelligit. et tñ prodeſſe
cōtemnit. ſed diuine diſpoſitioni ſubditus atq; a vitio ob
ſtinationis alien⁹ quũ ſibi regiminis culmen imperat̄: et
ex corde debet fugere: ⁊ inuit⁹ obedire. ad hec. viij. q. j. ſciē
dum. cũ. c. ſe. Ibidē Greg. c. vij. Uirtutib⁹ pollens/ coact⁹
j. q. vj. ſicut is. ad regimē veniat. virtutib⁹ vacuus nec co-
actus accedat. xlix. di. §. j. xxvij. q. ij. pri⁹ q̄. Ibidē. c. iiij. In
tuere quomodo prelati incedũt nitidi ⁊ ornati/ circũami-
cti varietate veſtium non morũ. pſ̄. xliiij. tanq̄ ſponſa car
nalis procedens de thalamo ſuo. pſ̄. xviij. nā ſi repēte quē
piam taliũ procedentem aſpexeris: ſponſam potius puta
bis q̄ ſponſe eccleſie ſcz cuſtodē. Unde vero hāc illis exi-
ſtimas exuberare/ rerũ affluētiā/ ſplēdorē veſtiũ/ mēſarũ
luxuriam/ congeriem vaſorum argenteorum et aureorũ
niſi de bonis ſponſe? Inde eſt ꝙ illa eccleſia ſcilicet paup
inops ⁊ nuda relinquitur facie miſeranda inculta hiſpi-
da exanguis. propter hoc non eſt hoc tēpore ornare ſpon
ſam: ſed ſpoliare. nō eſt cuſtodire: ſed ꝑdere. nō defendere
ſed exponere. nō inſtituere ſz ꝓſtituere. nō eſt paſcere gre-
gē: ſed maculare ⁊ deuorare. de q̄bus dñs dicit in pſ̄. xiij. ⁊
lij. Deuorant plebē meam ſicut eſcam panis. ❡ Qui mũ-
dum deſerunt ad exteriora officia prouehi nō debēt: niſi ꝑ
humilitatē docti⁹ in eiuſdē mundi cōtēptu ſolident̄. citi⁹
namq; bona depereunt: que hominib⁹ ante tēpus inno-

resciunt.q: ⁊ arbusta plātata prius ꝙ radice fixa coalescāt
si manus cōcutiens tangat:arefacit.at si in altū radix fi⸗
gitur:tunc ⁊ hanc ⁊ manꝰ impellit:sed nō ledit. ⁊ ventoꝝ
flatus inflectendo cōcutit:sed nō euertit. Quid pariete
robustius:q̄ tamē si dū cōstruit᷑ impellitur:statim sine la⸗
bore destruitur. si autē per spaciū tēporis ab humore suo
siccari permittitur:etiam arietū ictibus minime quassat᷑.
faciunt.xlviij.di.§.i.⁊.c.si.sic bona nostra intēpestiue ma⸗
nifestata pereūt:⁊ diutiꝰ occultata solidant᷑ Greg.in mo
rali.li.viij. ¶ Magna sacerdotis gloria rectitudo subie⸗
ctorum.vñ Paulus.i.ad Thessa.ij.c.in fi.dicit discipulis.
Que est enim spes nostra aut gaudiū aut corona glorie?
nōne vos ante dñm nostrū iesum christū in aduentu eiꝰ?
Greg.in mora.li.xi.Quanto altiꝰ hic aliq̄s erigitur:tāto
casibꝰ grauioribꝰ occupat᷑.xl.di.homo.viij q.i.illud . eisq̄
ipsis populis mēte ⁊ cogitatione supponit᷑:quibꝰ digni⸗
tate preponitur. Ibidē.li.xvij.Omne qd̄ hic eminet:plus
meroribus afficit᷑:ꝙ honoribus gaudeat. Ibidē.li.xxxij.
⁊ est.xiij.di.nerui. ¶ Is qui preest ea circa se mēsura sub⸗
ditos moderet᷑:quatenꝰ et arridens timeri debeat:et ira
tus amari.vt eū nec nimia leticia vilem reddat:nec īmo⸗
derata seueritas.xlix.di.§.i.odiosum.sepe enim subditos
frangimꝰ.xxvi.q.vij.alligant.dū plus iusto rigorē tenemꝰ
Qui pfecto iam rigor iustitie nō erit:si se sub iusto mode
ramine nō custodit ⁊ discipline metu. Resoluimus subdi
tos:si nostro regimini hilaritatis frena laxamus.q: dum
nos q̄si liceat letos aspiciūt audacter:ipi ad illicita resol⸗
uuntur. Ut autē rectoris vultus debeat timeri:necesse est
vt ipse vultū dei sine cessatiōe timescat.illi eīm merito dif⸗
ficile de leticia credit᷑:qui ꝙ se pro amore dei cōtinue affli
gat:a subditis scitur.qui eīm incessanti estu spiritualis de
siderij superna appetit:de eo in dubiū venit hoc ꝙ aliquā
do ante hoīes hilarescit. Greg.in mora.li.xx. Prelatꝰ nec
seuerior eē debet:nec dissolutior.ne de seueritate fit oneri
⁊ de familiaritate contēptui. Unde in omnibꝰ ijs modus
est tenendus. Ille autē erit cōuenientior habitus:si actu
quidē seuerus sit:vultu grauis:verbo serenus. Bern.iiij.
de cōsideratione. Idē scripsi.s.e.ar.xv.℣.ille vero. Prela⸗
tus modū excedens in corrigēdo non debet veniā petere
a subditis. Aug.lxxxvi.di.quādo.dic vt ibi. Disciplina vel
misericordia multū destituit᷑:si vna sine altera teneatur.
Greg.in mora.li.xx.⁊ est.xlv.di. disciplina . Ibi vide pul⸗
chram doctrinā pro p̄latis. ¶ Sancti viri nō preesse ap⸗
petunt hoībus sed pdesse.viij.q.i.qui episcopatū. Greg.
in mora.li.xxi. Superbus rector totiens ad culpā aposta⸗
sie labitur:quotiēs preesse hominibꝰ delectatur:⁊ hono⸗
ris sui singularitate letat᷑. Nā vnde hec vitiorū radix pul⸗
lulat in corde regentiū:nōne ex imitatione illius q̄ despe
ctis angeloꝝ societatibꝰ/dixit Esa.xiiij. Ascendā super al
titudinē nubiū:⁊ero similis altissimo? Ibidē.li.xxiij. Leui
te ab anno.xxv.tabernaculo seruiunt.⁊ a.l.custodes vaso
rum fiunt. Numeri.viij. Quid per.xxv.annuz in quo flos
iuuentutis oboritur:nisi ipsa cōtra vnūquodq̄ vitiū bel
la signant᷑. Et quid per quinquagenariū in quo iubileꝰ.
Leui.xxv.⁊ vlti.⁊ de peni.di.i.qui domū.sub.§.nō sunt hec
cōtinet᷑:nisi interna requies edomito mentis bello expri⸗
mitur? Quid ℟o p vasa.xxiij.q.iiij.q̄ ꝯm.⁊.c.vasis. sub.c.
nabuchodonosor.i.Thessa.iiij. Sciat vnusquisq̄ vas suū
possidere in sanctificatione ⁊ honore tabernaculi: nisi fi⸗
deliū aīe designant᷑? Leuite ergo ab anno.xxv.taberna cu
lo seruiūt.⁊.a.l.custodes vasoꝝ fiūt.q: videlicet q̄ adhuc
impugnantiū vitiorū certamina p cōsensum delectatiōis
tolerāt:aliorū curā suscipere nō presumāt.quū vero tēta⸗
tionū bella subegerint:tūc aīarū custodiā sortiant᷑.xlix.di.
§.i. Sz q̄s hec pfecte subiugat? Quū paulꝰ dicat ad Ro.
vij.xxxij q.v.si paulꝰ.video aliā legē in mēbris meis repu
gnantē legi mentis mee. Sed aliud est bella fortiter per⸗
peti:aliud autē expugnari. In istis excitat᷑ virtus : ne ex⸗
tolli debeāt vt in Paulo.ij.ad Cor.xi.⁊.v.q.v.nō omnibꝰ
xxxij.q.v.si paulus. In illis vero extinguit᷑:vt succūbant.

Greg.in mora.li.xxiiij. ¶ Arrogantiū prepositoꝝ hoc pro
priū esse solet:vt in afflictos audientes suos magis distri
cte corripere appetāt ꝙ blande refouere. Plꝰ eīm student
vt mala obiurgādo increpēt:ꝙ bona laudando cōfirmēt
Superiores q̄ppe se videri desiderant.⁊ magis gaudēt:
quū ira eos leuat:ꝙ quū eos charitas exequat᷑. Semp in
ueniunt qd̄ increpādo rigide feriant.q: pcutere rigide sci
unt.ad hec.xlv.dis.vera.⁊.xlvi.di.c.i.sed cōpati humiliter
nesciunt. Greg.ibidē. ¶ Potestas accepta/nō honor:sed
onus.xl.di.ante oīa.existimāda est.nā cui esse nunc iudicē
liber:huic videre iudicē iratū. Apoca.i.tunc nō liber.tunc
eīm solū potestas bene gerit᷑:quū non amādo sed timēdo
retinetur. Dixit q̄dā minister sancti Frāscisci pruincie fra⸗
tribus. Tollite mihi officiū ꝙ diu mihi displicet.q: si mihi
incipiet cōplacere:ve vobis ⁊ mihi.q̄ vt ministrari ratiōe
valeat:oportet vt hanc nō cupiditas/sed necessitas impo⸗
nat. Percepta autē nec per formidinē debet deseri. nec ex
libidine retineri.ne aut peiꝰ quis ex humilitate superbiat
si diuine dispēsationis ordinē fugiendo.viij.q.i.in scriptu
ris.⁊.c.sciendū.cōtēneret.aut eo magis superni pectoris
humilitatez abijciat. Mat.xi.quo eū sup ceteros priuatū
regimen delectet. Greg.ibidē. ¶ Secundū merita subdi
torum tribuunt᷑ psone regentiū.vt sepe q̄ vident᷑ boni ac
cepto regimine mox pmutent᷑.sicut Saul dignitas muta
uit.i.Reg.xv. Uñ pro qualitate subditorū disponitur vita
regentiū.ij.q.vij.c.i.⁊.§.sed q̄liter.vi.q.i.ex merito.vt sepe
pro malo gregis etiā delinquat vita boni pastoris. Unde
Dauid supernoꝝ mysteriorū consciꝰ/tumore repētine ela
tionis inflatꝰ/populū numerādo peccauit.ij. Reg. vlti.i.
q.iiij.§.his ita.℣.irē dauid. Sed vindictā populꝰ Dauid
peccante suscepit. Cur hec? q: ꝯm meritū plebiū/disponū
tur corda rectorū. Iustus ergo iudex peccātis vitiū ex ip
sorum auersione corripuit / ex quorū dauid peccauit . sed
q: ⁊ ipse sua voluntate supbiēs a culpa alienꝰ nō fuit.vin
dictam culpe etiā ipe suscepit.nā ita seuiens q̄ populū cor
poraliter ptulit:rectorē quoq̄ populi intimo cordis dolo
re prostrauit.ibi.pcussit autē cor Dauid.ij.Reg.vlti. Cer⸗
tum ergo est ꝙ ita sibi inuicē ⁊ rectorū merita cōnectunt᷑
⁊ plebium:vt sepe ex culpa pastorū deterior fiat vita ple⸗
bium. Et ex vita plebiū mutatur vita pastorū. Ibidem li.
xxx.ad hoc.viij.q.i.audacter. ¶ Sūmus locus bene regit᷑
quū is q̄ p̄est vitijs potiꝰ ꝙ fratribꝰ dñatur. Cūctos q̄ppe
eq̄les natura genuit. Ut aūt alijs ad regimē alij cōmittā
tur:nō eos natura/sed culpa p̄ponit. Greg.in mora. lib.
xxvi.ad hoc.xxii.di.cōstātinopolitane. ¶ A prelato seruā⸗
da est ⁊ in corde humilitas:⁊ in opere disciplina.atq̄ iter
hec solerter intuendū est/ne dum imoderatiꝰ custoditur
virtꝰ humilitatis:soluant᷑ iura regiminis.⁊ dū p̄latꝰ q̄sq̄
plus ꝙ decet deijcit᷑:subditorū vitā stringere sub discipli⸗
ne vinculo non possit. Sz decēter q̄busdā erūpentibus si⸗
gnis tales nos apud nos eē etiā ipsi q̄ nobis cōmissi sunt
non ignorēt:vt de authoritate nostra qd̄ formidēt/videāt
et de humilitate nostra quod imitentur/agnoscant. Con
sideremꝰ assidue ꝙ sumꝰ equaliter/nō ꝙ sumus tēporali
ter alijs prelati. Greg.ibidē. Ad officium pastoris ptinet
opertos fontes aperire:⁊ aquam scz sapientie salutaris.
Eccli.xv.purā innocam sitientibus ouibꝰ ministrare. Au
gu.de verbis dñi.xliiij.c. ¶ Tres personas designauit do
minus in euangelio. Ioan.x.pastoris/mercenarij/⁊ furis
Diligendus est pastor.mercenarius tolerandus.latro vi⸗
tandus. Pastor autem non est qui annuntiat deum pro⸗
pter commodum suum/siue propter suaz pecuniam /siue
ppter honorem ⁊ laudem humanam. Pastor ergo in ve
ritate christum annuntiat.mercenarius occasione.fur est
qui ascendit aliunde. Ibidem Aug.sermone.i. Idē.xxiij.
q.iiij.tres. Adde quod scripsi.s.e.§.ver.O ꝙ rarus. Non
decet eum qui superior ceteris gradu:inferiorem esse ho⸗
norū gestu. Raba.sup librū Numeri.i.q.i.vilissimus. Iusti
etiam quū imperant:seruiunt eis quibꝰ imperare vident᷑
Neq̄ eīm dominandi cupiditate imperant.xxiij.q.i.q̄d cul

patur.sed officio cōsulēdi. Nec principandi superbia:sed
prouidendi misericordia. Nā ita deus hominem cōdidit.
Dominamini inquit. Ben.i.piscib⁹ maris ⁊ volatilibus
celi. Hominē rationalē noluit nisi irrationalib⁹ dominari
nō hominē homini:sed hoiem pecori. Inde primi iusti pa
stores pecorū magis q̄ reges hominū fuerunt:vt sic etiā
insinuaret deus q̄d postulet ordo creaturarū:⁊ q̄d exigat
meritū peccatorum. Cōditio quippe seruitutis iure intel
ligit̄ imposita peccatori. Aug.de ciuitate dei.li.xix.c.xiiij.
⁊.xv.⁊.i.ad Timo.v.xxij.di.constātinopolitane. ¶ Prela
tus instare debet opportune importune .xliij.dis.c.i.ad fi.
Opportune volentibus.importune nolentibus.prorsus
importunus sum.tu vis errare.tu vis perire.ego nolo.nō
vult postremo ille q̄ me curat dicens . Ezech.xxxiiij.xxiij.
q.vi.c.ij. Quod errauit nō reuocastis.et quod perijt non
quesiuistis. Reuocabo ouem errantem. requiram perdi
tam. Luc.xv. Et si me inquirentē lanient vepres syluarū:
per oia angustata coarctabo:oēs sepes excutiā: quātum
mihi dn̄s dederit omnia peragere. Aug.in li.de pasto. fa-
cit.xxiij.q.iiij.displicet.⁊.q.vi.quod errauerat .c.vides. Si
bonus fuerit q̄ tibi preest:nutritor tuus est: si malus ten-
tator tuus est. Nutrimenta tua libenter accipe:⁊ in tenta
tione probatus esto. Jaco.i. Aurū mundandū in fornace
artificis. In vno angusto loco tria sunt.aurū.palea.ignis
ad illa duo ignis apponit̄.palea vritur.aurū purgatur.
Aug.de verbis dn̄i sermo.vi. ¶ Sunt quidam qui sciunt
possunt/et volunt preesse.si hi volūt prodesse: charitatis
est.vij.q.i.qui episcopatū.alioquin superbie. Quidā autē
sunt:qui sciunt/⁊ possunt:⁊ nolunt preesse. Hoc quidē hu
militatis est/q̄ renuunt.sed inertie est:si quum sciunt/oi-
no resistunt.xvi.q.i.nos autem. Quidam autem sunt:qui
nec sciunt nec pn̄t:sed volūt. Hoc quidē cupiditatis videt̄ eē
q̄ volunt.i.q.vi.sicut. stultitie vero est q̄ hoc volūt q̄d nec
sciunt nec possunt. Quidam autē sunt:qui nec sciūt nec
possunt nec volunt. q̄ prudenter agūt. Hugo de claustro
Extorta seu coacta licentia non est licentia.sed violētia.
quod ergo tua importunitate.ex̄ de rescrip.li.vi.vict⁹.epi
scopus fecit inuit⁹:nō fuit absoluere sed irrūpere. Bern.
in epistola ad Odonē qui importune obtinuit absolutio
tatio.fm.l.C.de dona.inter vi.τ vxo.l.si. ¶ Uerū de mar
tyrio cōpassionis quid dicam:quod scriptū est. Amos.vj.

Cōpassionis martyrium.

Nil cōpatiebantur sup contritione Joseph scʒ pauperis τ
afflicti. Impietas regnat hodie.τ ideo compassio exulat:
quia soli pij cōpatiūtur.vn̄ Hugo de sancto vic. Omnes
patiuntur.pauci cōpatiuntur. Pati possunt impij. cōpati
autē nisi pij. Et vtinā homines isti⁹ generationis sibimet
bene cōpaterētur: τ animarū perpetuarū recordarent.
sed paralytici τ insensibiles facti sunt sibi. Miseri etenim
hoies toti pergentes.fm Bern.in ĥs q̄ foris sunt: ignari
sunt interiorū suorum. Exteriorē quippe superficiē intuē
tes/salua sibi oia suspicantur:nō sentiētes vermē occultū
qui interiora corrodit. cōtra quos dicitur Prouerb.xxiij.
Uerberauerūt me:sed non dolui.traxerunt me:τ nō sensi.
Membrū aūt quod dolorē non sentit:mortuū est.τ insen
sibilis morbus incurabilis est.fm Bern. Quis autem ho
die maxime prelatorꝫ sentit in se qd̄ in christo Jesu: Phil.
ij.τ in sensu cogitat circūspectionem dei: Eccl.xiiij.quam
habuit in redimēdo proprio sanguine vermiculos inimi
cos: Ubi est Jonathas. Jonathas interpretat colūba do
mini.christianus scʒ dono sancti spiritus in baptismate re
natus.cui Alexander/christus/alleuiās (interpretatio ale
xandri) tenebras.q: lux est vera. Jo.j. vel auferens angu
stias per gratiā qua est plenus.ibi Jo.j. mittat purpuram
crucis sanguine agni.j. Pet.j.immaculati rubricatā.τ co
ronam triūphanti in cruce vt sentiat que christi crucifixi
sunt:j. Machab.x. Christus in carne passus est.quis eadē
cogitatione armatur:j. Petri.iiij. Quis stigmata eius in
mente τ in corpore suo portat: Gala. vlt.xij.q.ij.gloria.ꝟ.
multi.in fi. Quis configitur christo in cruce: Quis in ea
gloriatur: Gala.ij.τ vlt.

¶ Articulus.xlix. A

Preciosa spōsa chri
sti ecclesia:iā gloria tua nō est abintus neqꝫ
in cruce.ex̄ de sacra vnc.c.vnico.§.ad exhibē
dum.fm Dauid ps.xliiij. Nam gloria recto
rum tuorū quedā est a partu.fm prophetā Osee.ix. q: in
eis hodie nō requirit morū sed carnis nobilitas.cōtra id
ex̄ de pben.venerabilis.cl.dis.nos q̄ presumus.quū tñ va
cāte papatu dixerit ille Piscatori Petro τ fabri.i. christo
Mat.xiiij. Mar.vj. Luc.iiij. Jo.vj.sed τ Marcus fabrum
eū dicebat vocari. Mar.vj.q: putabat filius Joseph:qui
erat faber lignarius.filio successorē querimus:non augu
sto.q: nobilitas fastū/fastus litem/lis odiū parit.no.xxiij.
q.j.qm̄. ¶ Alia gloria tuorū mercenariorū prelatorum in
thesauris τ pecunia est.q: gloriatur in multitudine diui
tiarū suarū.fm Dauid ps.xlviij. paupertatē cōculcantes:
τ cōtra eā dogmatiʒantes:τ pecunias iustificātes contra
pre.c.gloria.xij.q.ij.τ.q.j.clericus. Unde τ ꝑpter eas reci
piūt clericatū recte cōtra id.c.clericus. Nec cogitāt quali
ter ecclesĥs habeāt deseruire:ꝑpter qd̄ habent beneficia.
ex̄ de rescrip.c.si.lib.vj.sed qualiter recipiāt fructus earū.
vn̄ semp querunt quāti valet tale beneficiū: q: querunt q̄
sua sunt: non que christi. Phil.ij. viij.q.j.sunt in ecclesia.

Opulētie causa nemini gloriandum.

¶ Alia eorū gloria est quū vindictas τ alia mala faciūt.
Exultāt enim in rebus pessimis. Prouer.ij. Sed talis ex
ultatio maligna est. Jaco.iiij.maxime in victorĥs iniquo
rū bellorū τ perditionib⁹ hoim interfectorū:quos gemiti
bus τ lachrymis cū Hieremia plāgere debuissent. Hiere.
xiiij.τ.ix.in pn. Nec recordātur qd̄ scriptū est Prouer.xvij.
Qui in ruina letatur alteri⁹:non erit impunitus. ¶ Alia
eorū gloria est in quadrigis/τ equis phaleratis/albis et

Appetētia vindicte fugiēda.

pinguibus/loco aselli dnīci. Mat.xxj. Mar.x. Luce.xix.τ
Jo.ij.τ domicellis armatis/loco puerorū hebreorum oli
uarū τ palmarū deferentiū ramos. Jo.xij. A talib⁹ arma
tis capitur christus. Joan.xviij. Contra talē gloriam ait
Chrys. Uis cognoscere christi mansuetudinem venientis:
cōsidera speciem aduētus eius. Nō sedet in curru aureo
purpura fulgēti.neqꝫ ascēdit super equū feruidum discor
die amatorē. Non habet in circuitu splendentes gladios
aut ornamēta terribilia armorū:sed ramos florētes:testi
monia virtutis τ pietatis. Non recordātes q̄ splēdor de
ricorū maxime prelatorū humilitas est.c.di.contra morē.
τ arma eorū lachryme τ orationes.xxiij.q.viij.conuenior.
¶ Alia eorum gloria in dapibus τ vestibus exquisitis
thalonibus/taperis/cortinis/poculis aureis crystallinis
argēteis τ mutatorĥs nedū.x.cū Naamā syro.iiij.Reg.v.
sed.xx.aut plerūqꝫ amplius/annulis aureis τ gēmatis/τ
iocalibus arcis plenis/τ thalamis cameris τ lectis ebur

Nimius epularū et ornatuum luxus.

neis τ ornatis tapetib⁹ pictis ex egypto strate sunt eorꝫ ca
mere:aspersa sunt eorū cubilia myrrha τ aloe τ cinnamo
mo. Prouerb.vij. Sed de corporib⁹ potius cadaueribus
quorūdam eorū ascendit fetor. Esa.xxxiiij. Esdre.j. vt non
videatur camere τ diuerticula dei seruorū:sed triclinia re
gū τ imperatorum.quū apostoli quorū vices ipsi tenent.
lxviij.dist.quorū.pre fame spicas alieni agri fricauerint τ
comederint. Matth.xij.τ Luc.vj.de cōse.di.v. discipulos.
τ mantellis τ tunicellis vilibus cōtenti fuerint τ paucis.
Luc.ix.quia de domo in domū ibant expediti absqꝫ pera
τ sacculo:de crastino non cogitātes. Matth.vj. Luce.xij.
xj.q.iij.ira.sed cogitatum suū in dño iactandum.ps.liiij.τ
spem in eo habētes q̄ vestit lilia et pascit volatilia. Mat.
vj. Non recordantes prelati istius tēporis q̄ illorum suc
cessores in vita τ iurisdictione esse debēt:de quib⁹ dicitur
Heb.xj. Circūierunt in melotis τ in pellib⁹ caprinis/egē
tes/angustiati/afflicti/in solitudinib⁹ errantes/τ in mō
tibus τ in speluncis τ in cauernis terre.cōtra tales prela
tos.xlj.dist.episcopus vilem.xxxv.di.ecclesie. ¶ Alia eorū
gloria in argumentis sophisticis τ terrenis scientĥs est.
cōtra id Hiere.ix. Non glorietur sapiēs in sapientia sua.
Tales exquirūt prudentiā que de terra est:non doctores:
sed negotiatores. Baruch.iij. Sapientes sunt vt faciant
mala:bene autē nesciunt facere. Hiere.iiij. Et dicentes se
esse sapiētes/stulti facti sunt.ad Rom.j.τ.xlix.di.c.j ꝟ. al
bugine.sapientes inquā in verbo in quo euacuatur crux
christi.j.ad Cor.j.ibi vide satis de ista sapientia carnali.τ
Jac.iij.vbi vocatur terrena/animalis/τ diabolica. vnde
Bern. Mentes impie cōtente scientĥs que inflant an eas q̄
edificant nescierūt.luciferi quidē tales sunt:non igniferi.
vn̄ loquens Ber.diabolo ait. O lucifer:si fuisses ignifer/
nunq̄ cecidisses. Tales non ardent τ lucent cum Helia τ
Joanne. Jo.v. Ille erat lucerna ardēs scʒ per amorē. τ lu
cens scʒ per splendorē. vnde Ber. Tantū lucere/vanum.
tantū ardere/parū. Ardere τ lucere perfectū.τ de Helia
Eccli.xlviij.dicit in pn. Et surrexit Helias ꝓpheta quasi
ignis:τ verbū ipsius quasi facula ardebat.vn̄ in pre.loco
Joā.v. Ille erat τc.ait Alchuinus. Joannes enim erat lu
cerna/illuminat⁹ a christo luce/ardens fide τ dilectione/
lucēs verbo τ actione. Carnales sciētes sunt angeli tene
brarum trāsfigurati in angelos lucis.ij. Cor.xj.xxvj. q.v.
episcopi.τ.c.nec mirum.xxix.q.j.§.j.ex̄ de regu.licet.§. ve
rum.sed veritate nudati/semper discētes/nunq̄ ad veri
tatem sciētie peruenientes.ij.ad Timo.iij.xxvj.q.v. nec mi
rum.vltra colū.sed τ margaritam scientie. ex̄ de transla.
episcopi.post trans.si quam habent/per vitam abomina
bilem denigrantes. De talibus dicitur Prouerb.xj. Circu
lus aureus in narib⁹ suis.i.porci/mulier pulchra τ fatua
male morigerata/videt literatus male morigerat⁹. vt dr
in collatione Nesteroth de sciētia spūali in lib.collationū
Jo.cassi. Sermocinatio autē domini cū simplicibus est τ
humilibus. Uñ q̄ ambulat simpliciter:ambulat confiden
ter. Prouerb.x.dū tamen cum simplicitate columbina fit

mista/sicut dicit dn̄s/astutia serpentina. Matth.x. Estote ergo prudētes sicut serpētes:et simplices sicut colūbe. xxxvi.dist.§.ecce.vbi Hiero.vt per prudentiā deuitent inuidias:per simplicitatē non faciant malū.⁊ serpētis astutia ponitur in exemplū:q: toto corpore occultat caput.et illud in quo vita est/protegit.ita ⁊ nos toto periculo corporis/caput nostrū qui est christus.ex̄ de sacra vnc.c. vnico.℟.sed vbi.sub.§.vnde in veteri testamēto.custodiam⁹. Item ibi Remigius.id est fidē christi integram ⁊ incoruptā seruare studeamus.Rabanus.Solet etiā serpens eligere strictas rimas per quas trāsiens veterē pellē exuat. similiter predicator trāsiens per angustā viam veterē hominē oīno deponat.Item ibi Remigius. Pulchre etiam dn̄s predicatores serpētis astutiam monet habere:q: primus homo per serpentē deceptus est.de peni.di.i. serpēs. ac si diceret.Quia hostis callidus fuit ad decipiēdū vos: prudētes sitis ad liberandū.Ille laudauit lignū:vos laudate crucis virtutem.Itē ibi Chrys. Sicut autē prudentiā serpentis oportet habere:vt in principalibus nō ledamur:sic ⁊ simplicitatē columbe in nō vindicando quū iniusta patimur:neq; per insidias alicui nocēdo.Itē Remigius.Ideo autem dn̄s hec duo sociauit:quia simplicitas absq; prudētia facile decipi potest: ⁊ prudētia periculosa est alicui nocēdo nisi simplicitate temperetur.ad hec.xvi. q.i.si cupis.vi.q.i.ex merito.in fi.ii.q.vii.non omnis.xxxvi. dist.§.ecce.Idiotas em̄ ⁊ elingues elegit dn̄s discipulos: vt nō gloriarentur contra eū. Perdā enim(inquit)sapiētiam sapientiū ⁊ prudentiam prudentiū reprobabo. Ubi sapiens.vbi scriba?Stultā deus fecit sapientiā hui⁹ mundi.i.ad Cor.i.ex̄ de pben.venerabilis.que oīa intelligunt de abusu sciētie ⁊ de scientiis reprobatis.xxxvii.di.si quis grāmaticam.⁊.xxxviii.dist.quāuis.vbi de hoc.xxvi.q.ii.§. his ita.in fi. ¶ De sancta sciētia ⁊ ea bene vtētibus loquitur in magna parte liber Prouer.⁊ Sapiētie ⁊ Eccli.⁊.i. ad Cor.i.⁊.ii.c.⁊.xxxvii.⁊.viii.dist.per totū.⁊.xliii.di. sit rector.⁊.xxxvi.§.ecce.⁊ ex̄ de renū.nisi cum pridē.§.pro defectu.Et donum sciētie inter septē dona spūssancti cōputatur.Esa.xi.⁊ Cherubin que plenitudo sciētie interpretantur in ordine prime hierarchie secūdus est. de peni.dist.ii. principiū.℟.omnis.Sed cōtra de scientia presumētes ait Bern̄.Multi multa sciunt:⁊ semetipsos nesciunt. Alios inspiciunt:⁊ seipsos deserunt.Et idem iterū.Multo melior et laudabilior es si te cognoscis : ꝙ si te neglecto cognosceres cursus siderum:vires herbarum: cōplexiones hominū:naturas animaliū:⁊ haberes omniū celestium ⁊ terrestriū scientiā.Item Aug.Indocti rapiūt celū:⁊ nos cū nostris literis in infernū descendimus.Plato ⁊ Aristotiles ⁊ Auerroes cum aliis paganis philosophis/Origenes ⁊ Arrius cū aliis subtilibus hereticis tenebras exteriores incolūt:quia nō deum glorificauerūt.Rom.i. Non saluat ꝓphetare/predicare/⁊ mysteria vtriusq; testamēti noscere/⁊ multos cōuertere/⁊ penitētias audire/⁊ cōsulere/⁊ etiā miracula facere/et male viuere. Sed mādata dei seruare/⁊ eū ex toto corde amare.Ioā.xiiii.i.ad Cor. xiii.i.q.i.multe.c.teneamus.c.prophetauit.c.vide.de peni. dist.ii.charitas.i.⁊ dist.iii.§.vlti.Dicebat ⁊ ille seraphicus christi discipulus verus alm⁹ Frāciscus. Tantū quilibet scit:quantū operatur:⁊ non plus.Itē dicebat loquēs fratribus.Si haberes oēm scientiā:⁊ scires interpretari oīa genera linguarū:⁊ subtiliter de celestibus reb⁹ perscrutari: in iis nō potes gloriari.q: vnus demon sciuit de celestib⁹ et modo scit de terrenis plus ꝙ oēs homines.licet fuerit aliquis qui summe sapiētie cognitionē a dn̄o recepit specialē:vt Salomon.Itē dicebat super verbo Apostoli Litera occidit:spūs autē viuificat.ii.Cor.iii. Illi sunt mortui ad literā/qui tantū sola verba cupiunt scire:vt sapientiores videātur inter alios: vt possint acqrere diuitias hui⁹ seculi ⁊ honorē.Et illi religiosi sunt mortui ad literā/qui spiritū diuine litere nolūt sequi:sed sola verba magis cupiūt scire ⁊ aliis interpretari ꝙ operari.Et illi sunt viuificati a spū diuine litere/q omnē literā quā sciūt ⁊ cupiunt scire nō attribuunt corpori:sed verbo ⁊ exēplo reddūt eā altissimo dn̄o cuius est omne bonū. Itē dicebat.Quū videris scientē male viuentē: cogita ꝙ sit vnus de demonibus subtilibus.cognitio in demonib⁹ afflictio erit eis et est:q: non diligūt quem cognoscūt.⁊ Iaco.iiii. Scienti bonum ⁊ non facienti peccatū est.subaudi maius.de pe.dist. ii.si em̄ inquit.post colū.⁊ Luc.xii. Sciens seruus volūtatem dn̄i sui/⁊ non faciēs:plagis vapulabit multis.In dei vero electis ipa cognitio amor est.q: quē cognoscunt hic diligunt:⁊ perfecti⁹ in patria.Uere quidē qui se ignorāt/pulchri sunt.i.pulchri apparēt inter mulieres.Cātico.i. id est inter hoīes seculares:ꝓpter scientiā quā ostendunt. Sed q: se ignorāt:vel qđ cognoscūt non operantur: pascūt hedos/suos sensus peculeos.Est em̄ hedus aīal.ſm glo. Mat.xxv.peculeū ⁊ olidum.Et vadunt post vestigia gregum suorum.i.post cogitationes ⁊ affectiones bestiales. Et specialiter pascūt porcos.Luce.xv.quia vt porci vel sues/in suis voluptatib⁹ inuoluūtur.ii. Pet.ii.de pe.dis.iii.sunt qui debēt.Et ventrē cupiūt siliquis saturare.ſm Aug.super.c.Luc.xv. Porci sunt immūdi spūs qui sub ipso erant. Nam ciuis de quo premisit/cui adheserat adolescens:aliquis aereus princeps est ad militiā diaboli pertinēs.cui⁹ villa est mūdus potestatis ipsius:de qua premisit.⁊ misit illū in villā.ſm Bedā. Porcos pascere/est ea qbus immūdi spūs gaudent operari.Siliqua aūt ſm Amb.genus leguminis est:intus inanis/foris mollis:quo corpus nō reficitur:sed impletur vt sit magis oneri.Itē ibi Aug.Silique ergo qbus porcos pascebat:seculares doctrine sunt/ steriles/vanitatē personātes:de qbus laudes idolorū fabularūq; ad deos gentiū pertinentiū vario sermone atq; carminibus percrepāt:quib⁹ demonia delectātur. Unde quū iste saturari cupiebat:aliquod solidum ⁊ rectū quod ad bonā vitam pertineret/inuenire volebat in talibus: ⁊ nō poterat.vñ sequitur.Et nemo illi dabat.q: in sciētiis mūdanis queritur gustus ⁊ fruct⁹ anime:⁊ nō inuenitur. q: vere tales sciētie liberales inflant:et nō satiant. de hoc.xxxvii. di.§.hinc etiam ille.⁊.c.⁊ ideo.Et studētes maxime diu in talibus sciētiis appendūt labores:⁊ nō in saturitate: ⁊ argentū:⁊ non in panib⁹ diuine scientie anime refectiuis:q̄ sunt panes vite.Eccli.xv.de hoc Esa.lv.ad literam.Tales carnales sciētie destruentur.i.ad Cor.xiii.sed vnū iota diuine sciētie non preteribit.Mat.v.Et celū ⁊ terra trāsibūt: scz in superficie quū purgabuntur.verba autē dei in eternum stant.Mat.xxiiii.⁊ Luc.xxi.xxxv.q.x.fraternitatis.q: sacra lex ab eterno est:⁊ ex ore altissimi exiit: ⁊ cū eo ꝑmanet in euū.Eccli.xxiiii.Adde hic qđ scripsi.s.in.§.expeditis nobilib⁹. vsq; ad ℟.v.in ar.xxiiii.in ista.ii.pte. ¶ Alia eorū gloria est in decore exteriori:quū sint moribus indecori.c.di.cōtra.Topetum seculariū/portare tōsuram paruulam clericalē circūferre ⁊ abscondere:pannis viridib⁹ ⁊ rubeis ⁊ exquisiti coloris ⁊ quidā eorū virgatis ⁊ partitis se induere.cōtra quos ex̄ de vi.⁊ hone.cleri.clerici.ii. ⁊ pena eorū.eo.ti.quoniā.in clemē.In edificiis ⁊ supellectilibus decorē querere:pulchros apparere: se comere:et dealbare:pectere:⁊ ad delectationē balnea frequentare: pingues ⁊ magnos dextrarios equitare:familiā iuuenilem ⁊ diuersis mutatoriis adornatam ⁊ preciosis pannis amictā ⁊ splēdidam secum ferre:frena argentata ⁊ calcaria ⁊ sellas preciosas habere:vt exterior oīs pulchritudo appareat. Sed gl̄ia taliū stercus ⁊ vermis.i.Machab.ii. Tales fuci meretricii sunt.de cō.di.v.fucare.Tales apparatus militantiū mūdo sunt.Tales pōpe Cesaris ⁊ regū sunt.xxi.q.iiii.⁊ hic adde qđ scripsi.s. in magno.§.postq̄.i ꝑn.in ar.x.⁊ in.§.vii.℟.discāt.in ar.xv.in ista.ii.pte. ¶ Unde Paphūcius in collatione de trib⁹ abrenūtiationibus in lib.collationū Io.cassi.Ut em̄ virtutes vel ipsa charitas que earū fons est:in hoc seculo cōquisita/post finē quoq; huius vite pulchrū ac splendidū amatorē suū reddit:Ita vitia ad illam perēnem cōmorationē obfuscatam mētem

Non est ob eruditionem gloriandum.

Seculares discipline filiquis cōparātur.

quodámodo coloribus tetris infectaq̄ transmittūt. Pul
chritudo em̄ vel deformitas anime virtutū seu vitiorū gi
gnitur qualitate. ex q̄bus quidam attractus color: aut ita
eam splendidā reddit: vt a propheta Dauid. ps̄. xliiij. me⁊
reatur audire. Et cōcupiscet rex decorem tuum. aut certe
atram fetidā atq̄ deformem ita vt fetorē proprie turpitu⁊
dinis ipsa cōfiteatur: ⁊ dicat in ps̄. xxxvij. Computruerūt
⁊ corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. ⁊
dn̄s alibi Hiere. viij. in fi. ad eam. Quare (inquit) nō est
obducta cicatrix filie populi mei? Cultū ⁊ decorem virtu⁊
tum requirit dn̄s in ecclesia sua: non colorū. ex de vi. ⁊ ho.
cleri. cum decorem. ⁊ de immu. eccle. decet domū. lib. vi. de
pe. dist. ij. §. romanos. v̄. illa anima. al's est. c. in ps̄. ⁊ Can.
v. Rex noster speciosus forma pre filijs hominū. cui⁹ pul⁊
chritudinē sol ⁊ luna mirant̄. vt dicit alma Agnes. In cru
ce liuet: pallet: sputis illitus deformatur: non est ei species
neq̄ decor: ⁊ quasi leprosus apparet. Esa. liij. Equum nō
habet neq̄ domicellū. cum vilibus se associat. Jo. iiij. san
ctus sanctorū. De quo ordine sunt tales ⁊ prelati ⁊ clerici?
Non habēt ordinem contra apostolū. sed ordinē faciunt.
ij. ad Corī. xij. Expectent locū illū vbi nullus ordo sed sem
piternus horror inhabitat. Job. x. s̄m Bern̄. Tota quasi
es in gloria in mēbris mater ecclesia: detenta falsa ⁊ vana
gloria aufers spōso tuo gloriam quā alteri non vult dare.
vn̄ dicit Esa. xlij. Gloriam meā alteri non dabo. Ipse qui
est rex glorie. ps̄. xxiij. dicit Jo. viij. Ego gloriam meā non
quero. vbi Chrys. q. d. ex honore quē ad patrē habeo hec
locutus sum vobis: ⁊ ꝑpter hoc dehonoratis me. sed nul
la est mihi cura huius cōtumelie. Illi em̄ noxas debetis:
ꝑpter quē hec audio. Paulus in gloria ꝑpter christū ait.
j. ad Tim̄. j. Regi seculorū immortali inuisibili soli deo ho
nor ⁊ gloria in secula seculorū. Et angeli concinūt Luc. ij.
Gloria in excelsis deo. ⁊ de cōse. di. j. hi duo. ⁊ c. porro. quā
tu ei aufers in terris. ⁊ ideo perdis eius pacē ⁊ gratiam:
et tādem filij tui vane gloriosi perdēt illam verā gloriam
propter istā falsam gloriā. q: quū deum cognouissent: nō
sicut deū sed se glorificauerūt: quia euanuerūt in cogita⁊
tionibus suis. ad Rom̄. j. interpretatiue per Achor. Josue
vij. j. q. iiij. §. item peccato ciuiū. qui interpretat̄ lumen fra
tris: qui significat quēlibet xenodoxie deditū: foris lucen
tem intus tenebrosum. q̄ furatur regulā auream diuine sa
pientie oīa regulantis. iij. dis. regula. sibi eā appropriāns:
⁊ ex ea placere desiderans hoībus. contra id. j. Pet. iiij. ⁊
j. q. iij. vendētes. si quis loquitur quasi sermones dei. vbi
Greg. Qui in verbo dei gloriā propriā querit: ius dantis
inuadit. quia scriptum est. Danti mihi sapientiā dabo glo
riā. Eccli. lj. quia ex ore eius prudētia ⁊ sciētia. Prouer. ij.
⁊ ps̄. xliiij. Lingua mea calam⁹ scribe velociter scʒ spūssan
cti scribentis: quia digito dei. i. spūsancto. Joā. viij. Mat.
xij. Luc. xj. ibi. Si in digito dei testamēti tabule cōscribun⁊
tur. Exo. xxxj. Quis em̄ appropriabit sibi dei doctrinam:
quū filius coeternus. ex de sum. tri. c. j. ⁊ in de. eo. ti. fidei.
pater. ⁊ sapiētia eius. Eccli. xxiiij. dixerit Jo. vij. Mea do
ctrina non est mea: q: s̄m Aug. filius a patre est. ⁊ quicq̄d
habet: ab eo habet. Furatur etiā Achor chlamydem cocci
neam. i. potentiā vel dignitatē ecclesiasticam: quā sibi ap⁊
propriat vane gloriosus de ea superbiēdo ⁊ ea abutendo
⁊ qui in eo q̄ presidet nō deo placere, sed hoībus delecta
tur. cōtra qd̄ Gala. j. Si hoībus placerē: christi seruus nō
essem. l. di. si quis diaconus. lxxxiij. di. c. vlti. Talis xenodo
xus dicit in corde suo. Deus sum: ⁊ in cathedra dei sedeo.
Ezech. xxviij. Sed nō videt quomodo sedet in cathedra.
q: q̄ male sedet in cathedra: iniuriā facit cathedre. xl. dist.
multi. quia super cathedram Moysi sedēt hodie scribe ⁊
pharisei. Mat. xxiij. j. q. j. nō quales. xix. di. s̄m. sed vtinam
bene facerēt ⁊ bene dicerent. quia os eorum locutū est su
perbiā. ps̄. xvj. ⁊ linguam habent magniloquā. ps̄. xj. Et
loquūtur grandia: ⁊ totus eorū sermo superbia est. de pe.
di. ij. si enim inquit. v̄. petrus. Sed frequenter malam ha⁊
bent doctrinā. quia malorū doctorum doctrina mala est.

j. q. vij. conuenientib⁹. Et peiorem vitā: q: mala loquunt̄:
et peiora agunt. Non magis in regno celorū: sed in regno
superborū spirituū vocabuntur. Matth. v. vt sic potētes
dignitate, potētes sint in tormentorū maiorum eternita⁊
te. Sap. vj. viij. q. j. illud. quia cathedra taliū pestilēs fuit:
maxime simoniacorū vendentiū colūbas. i. gratiam spiri
tussancti: in manuū impositione ⁊ beneficiorum collatio
ne. Et ideo dn̄s eorū cathedras euertit. Mat. xxj. Marc.
xj. Luce. xix. Joā. ij. j. q. iij. ex multis. Isti tales rectores vel
potius destructores sunt qui primos accubitus in cenis
et primas cathedras in synagogis querūt. Matth. xxiij.
semper ambiētes, ⁊ nunq̄ satis bibentes. Utinam hi s̄m
Bern̄. ita agiles inuenirētur ad curam: sicut agiliter cur⁊
runt ad cathedrā. Vere prelati mercenarij ne dicamus fu
res. Mercenarij quidē sunt s̄m Greg. quia locū quidem
pastorū tenent: sed lucra animarū non querunt. terrenis
cōmodis inhiant. tēporalibus lucris pascuntur. impensa
sibi reuerētia delectantur. De ijs plus q̄ satis in isto ope⁊
re dixi: quia satis ⁊ plus q̄ satis est necesse impingere con
tra eos: qui cū suis ambitionibus totā quasi dei ecclesiā
vastauerunt. De ijs Jo. x. ⁊ xxiij. q. iiij. tres personas. Sed
insuper dictus Achor. historia Achor Josue. vij. j. q. iiij. §.
item peccato ciuiū. ducētos siclos furatur: per quos corpo⁊
rales ⁊ spirituales diuitie designātur: quas illi furant̄ qui
in eo q̄ plus se estimant gloriantur: sicut phariseus in tē⁊
plo orans ⁊ dicens. Non sum sicut ceteri hoim. Luc. xviij.
Contra qd̄ dicebat ille inglorius in se, sed in christo sum⁊
me glorians. Non glorietur fortis in fortitudine sua: ⁊ sa
piēs in sapientia sua: ⁊ diues in diuitijs suis: sed glorietur
scire ⁊ nosse deū. Hiere. ix. ⁊ alter ait. Qui gloriat̄: in dn̄o
glorietur. ij. ad Corī. x. Et iterū. Nemo glorietur in homi⁊
nibus. j. ad Corī. iij. Et iterū. Quid habes quod nō acce⁊
pisti? si autē accepisti: quid gloriaris quasi nō acceperis?
j. ad Corī. iiij. Et iterum. Gratia dei sum id quod sum. j. ad
Corī. xv. Recte igitur humilis dicit̄ ab Egidio fratre so⁊
cio beati Francisci q̄ aliena reddit. ⁊ omnis superbus fur
et latro sibi appropriās alienū. nihil enim propriū est ho⁊
minis: nisi peccatū. quia omnis homo mendax. ps̄. cxv. ⁊
Rom̄. iij. ⁊ nullus sine peccato. de pe. di. ij. si enim. licet ne⁊
mo ex necessitate peccet. quia omne peccatū voluntariū.
xv. q. j. §. j. ⁊ xxiij. q. iiij. vasis ire. al's est. §. sub. c. nabucho⁊
donosor. ¶ Dic ergo ecclesia i christo sancto gloriosa, re⁊
ctoribus tuis xenodoxis querētibus gloriam ab hoībus
et nō deo. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est.
Joā. viij. Et ideo talis gloria vmbre similis est: que nihil
aliud est q̄ priuatio lucis ex obiecto corporis: ⁊ que fugit
sequentes ⁊ insequit̄ fugientes. iuxta illud Eccli. xj. Si se⁊
cutus fueris: nō apprehēdes. ⁊ si precurreris: nō effugies
vn̄ Philosophus. Hoc solū habet humana gloria glorio
sum: q̄ se appetētes fugit: ⁊ se fugiētes appetit. ar. viij. q. j.
in scripturis. j. q. vj. sicut. Quid miseri vane gloriamur: et
conamur vincere alios: ⁊ trāscendere vbi premiū non est?
vt dicit glos. Gal. v. sup v̄bo inanis glorie cupidi. Stulti
mercatores sumus: q̄ bonū opus vn̄ poteramus habere
verā ⁊ eternā gloriā: pro falsa ⁊ momētanea vendim⁹. di⁊
cente dn̄o Matth. vj. Receperūt mercedē suā. vn̄ Greg.
Quū p recto opere laus trāsitoria querit̄: eterna retribu⁊
tione res digna vili p̄cio vendit̄. Et Bern̄. Quicq̄d fauo
ris captam⁹: deo furamur. Quid etiā infelices hypocrite
sepulcris dealbatis sites, pleni intus ossibus mortuorū.
Mat. xxiij. laudari cupim⁹: quū simus vituperabiles? vn̄
Ber. sup illud Pauli. Ro. viij. Vanitati subiecta est crea⁊
tura nō volēs. De qua vniuersali vanitate inest nobis vel⁊
le laudari quū sim⁹ vituperabiles: ⁊ nolle laudare quos
scimus laudabiles. Cōtra qd̄ dicit Chrys. Hypocrita: vt
q̄d nō vis esse laudabilis: q̄ vis vt lauderis? q̄d formosus
apparere: ⁊ formosus nō esse? ¶ Sʒ o v̄a mater eccl'ia, ⁊
nō ficta: simplex, nō duplex: nō rugosa, sed sincera: realis,
nō superficialis: humilis, nō elata: formosa interi⁹, nigrā in
mortificatiōe corporis exteri⁹: querēs spōsi gloriā, ⁊ nō tuā.

O ethiopissa prius nigerrima. O catula prius immūda. Mat. xv. O alienigena per samaritanā prefigurata. Jo. iiij. ⁊ peregrina. O sanguiflua. Mat. ix. Marc. v. ⁊ Luce viij. O chananea. Mat. xv. O prius ceca ⁊ orphana ⁊ vidua pri⁹ multos habēs amatores. Hiere. iij. Ingrata deo ⁊ nature. Bestiarū socia. Plasmatoris ignara. Promissi messie nescia. Joā. iiij. Omni trāseunti pedes tuos. Esa. xlvij. diuaricans. xxxij. q. v. si paulus. O oleastrū syluestre. ad Rom. xj. Filia tenebrarū. ad Roma. xiij. Expers lucis. Serua sensuū exteriorū. Socia reptiliū. Prius idolorum cultrix. Ignominia peccatorū plena. Quis te prouexit in hanc gloriā ⁊ honorem: vt sanctorū sancto desponsareris? Deo viuo spūaliter vnireris? Osee. ij. j. ad Cor. vj. Et sacramētaliter. de cōse. di. ij. in christo pater. ⁊ ex̄ de sum. tri. c. ij. ipsi⁹ sanguine mūdareris ab oibus immūditijs tuis? Ephe. v. Ab ipso luce illuminareris? Jo. j. Et synagoge ⁊ filijs regis. Mat. viij. ⁊ ouibus israel. Mat. xv. preponereris? Et regum vberibus lactareris? Esa. lx. Tantis gratijs tēporalibus ⁊ spūalibus ditareris? Ab oriente in occidente adorareris? xciij. di. legim⁹. Et deinde gens sancta/ populus acq̄sitionis/ regale sacerdotiū vocareris? j. Pe. ij. ex̄ de elec. fundamēta. §. j. lib. vj. Clauibus regni celestis ligādi ⁊ soluendi in terra potestate vtereris? Mat. xviij. xxiiij. q. j. quodcūq;. de pe. di. j. quē penitet. Unde totū tibi hoc: nisi a crucis sancta ignominia? j. ad Cor. j. ⁊ ij. que est tua gloria. Gala. v. Nam a ligno tuus sponsus regnauit Phil. ij. ⁊ in ps. q: ibi cōtra hostem tuū seuissimū triūphauit. Super lignū te portauit. j. Per. ij. In ligno te multiplicauit granū frumēti qd in cruce caput inclinauit. Jo. xij. ⁊ xviij. In ligno te ad patriam transportauit. Sap. xvij. Ergo gloria tua ⁊ filiorū tuorū maxime rectorū in cruce est/ in fame/ siti/ nuditate/ persecutionib⁹/ ⁊ tribulationibus. ij. Cor. xj. Ro. v. Gloria etiā tua testimoniū conscientie tue. ij. ad Cor. j. xj. q. iij. inter verba. ⁊ c. seq. ⁊ c. custodi. ⁊ c. in cunctis. ⁊ ex̄ de sacra vnc. c. vnico. §. j. Gloria tua et pregustatio tua patrie facta est tibi persecutio sicut spōso tuo. Jo. xvj. Gloria tua gloria spōsi tui q̄ est carnis inglo ria. Quis gloriabit se mundū habere cor? Prouerb. xx. de pe. di. ij. si em̄. ad. ij. colū. Sed nūquid gloriabitur securis contra illū qui secat in ea. aut figmentū contra figulum. Esa. x. ⁊ xxix. ⁊ xlv. di. xxj. inferior sedes. Adde hic qd scripsi. s. in prima parte in. §. q: satis. per totū. in ar. lxvj. ⁊ in §. firma colūna. in ar. lxvij. Qui pacē ⁊ gloriam verā quesierit: inglorius habitat super terrā: querens hic ⁊ tandē in dn̄o gloriari. ij. ad Cor. x. participās gloriā recumbentiū cū Abraā/ Isaac/ ⁊ Jacob. Mat. viij. Sede ergo in loco nouissimo humilis sponsa christi ecclesia/ nihilitatem tuā ⁊ miseriā ⁊ offensiones cōtinuas recognoscēs: vt sit tibi gloria in celis coram simul discūbentibus: dicēte sponso. Amica ascēde superius. Luc. xiiij. vbi Basilius. Occupare ergo locum vltimū in conuiuijs iuxta mandatū conueniēs est. Sed rursus in hūc contētiose irruere reprobum: tanq̄ interemptorū ordinis/ ⁊ causatiuū tumultus. ⁊ de eo mota cōtentio equiparabit nos litigātibus de primatu. ¶ Preter genera martyrū q̄. s. posui sunt ⁊ alia multa martyria sancta: de q̄bus hodie nec vnū video superesse. Et primo quidē quū quis patitur pro iustitia sicut Abel. de quo Mat. xxiij. a sanguine Abel iusti. vbi dicit Aug. ꝙ in Abel triplex ꝑfectio fuit: virginitatis/ sacerdotij ⁊ martyrij. dixi in prima parte in. §. xxxvj. in. ꝟ. Quid etiā. in ar. xxxvj. De isto martyrio Mat. v. Beati q̄ persecutionē patiūtur propter iustitiā. vbi Chrys. super Mat. hoc est ꝓpter virtutē: propter defensionē aliorū: propter pietatem. iustitiā enim cōsueuit ꝓ virtute anime ponere. vt ibi. Nisi abundauerit iustitia vestra ⁊c̄. Mat. v. ⁊ ibi. Primū querite regnū dei ⁊ iustitiam eius ⁊c̄. Mat. vj. ¶ Item Aug. de sermone dn̄i in monte. Pace enim intrinsecus custodita ac firmata/ quascūq; persecutiones ille q̄ foras scilicet princeps huius mūdi. Jo. xij. missus est/ forinsecus concitauit: auget gloriā que s̄m deum est. Item ibi Hiero. Signanter aūt addidit propter iustitiā. multi enim propter sua peccata persecutionem patiuntur: ⁊ nō sunt iusti. Simulq; cōsidera ꝙ octaua vere circūcisionis. Luc. ij. beatitudo martyrio terminetur. Itē Chrys. Non aūt dixit beati qui a gentib⁹ persecutionē patiūtur. ne putes illum solum beatū qui persecutionē patitur ꝓpter idola non colēda. Ideo ⁊ qui ab hereticis persecutionē patitur propter veritatē non relinquēdam: beatus est. quia ꝓpter iustitiā patitur. Sed ⁊ si quis ex potētibus qui christiani vident: forsitā propter peccata sua correctus a te/ fuerit te persecutus: beatus es cū Joā. baptista Matth. xiiij. xxij. q. iiij. vnusquisq;. Si em̄ verum est ꝙ martyres sunt ꝓphete q̄ a suis occisi sunt: sine dubio qui ꝓpter causam dei quid patitur: ⁊ si anus. i. vetula patitur: mercedē martyrij habet. Et ideo non posuit scriptura personas persequentiū: sed solā causam persecutionis vt nō aspicias q̄s te persequitur: sed ꝓpter quid. Itē ibi Hilarius. Sic ergo ad postremū eos in beatitudine numerat: q̄bus oia pro christo pati/ qui iustitia est/ pronus affectus est. His igitur ⁊ regnū seruatur: quia in cōtēptu seculi sunt pauperes spiritu. De isto martyrio ⁊ materia. xxiij. q. iiij. nimiū. ⁊ c. qui peccat. ⁊ c. si ecclesia. Sed vbi est hodie talis martyr qui ꝓ iustitia velit pati? Multos autē martyres passiuos video in dei ecclesia: adulteros/ homicidas/ maledicos/ alienorū appetitores: sed christianos paucos video ꝓ iustitia patientes. j. Per. iiij. Sed pena s̄m Aug. nō facit martyrem: sed causa. alias coronātur etiā ⁊ latrones. ¶ Secundo. quū q̄s patitur ꝓ lege. sicut Machabei. Pro quib⁹ licet passi sunt ante incarnationē agit festum ecclesia. quia sicut ait Bern. quod negauit eis tēpus: concessit forma martyrij. quoniā eo modo passi sunt quo ⁊ martyres noui testamēti. Passi em̄ sunt ne transgrederētur legem: sicut ⁊ isti ne agnitā negarent fidē. Alia causa est/ fides resurrectionis quā apertissime testati sunt dicentes. ij. Machab. vij. Tu quidem sceleratissime in presenti vita nos perdis. sed rex mūdi defunctos nos ꝓ suis legibus in eterne vite resurrectionē suscitabit. Martyrizati etiā pro fide ⁊ lege dei fuerūt tres pueri. de q̄bus Dan. iij. xj. q. iij. imperatores. xxiij. q. iiij. quādo. ⁊ c. nō inuenitur. ¶ Tertio. quū quis patit pro christo. i. vice christi. sicut innocentes in quorū singulis christus putat occidi. Matth. ij. ¶ Quarto. quū quis occiditur ꝓ fide christi sicut Stephan⁹. Act. vj. ⁊ alij martyres in nouo testamēto. et isti dicūtur proprie martyres: q: passi sunt ꝓpter testimoniū rei geste: scz incarnationis ⁊ aliorū articulorū fidei christiane: de quibus multi dubitauerūt. ⁊ ideo ad certificandū de hmōi veritate necesse fuit adducere testes. de quibus Esa. xliij. Uere vos testes mihi. glos. apostoli ⁊ martyres testificantes: Fuerunt aūt omnia in martyribus q̄ in testibus requirūtur. Primo. liberi. iiij. q. iij. §. item in criminali. ꝟ. item serui. Et ipsi li- que sunt
berati a seruitute peccati. de qua Joan. viij. ⁊ ij. Per. ij. a in testib⁹
quo quis superatus est/ ei⁹ seruus est. Secūdo. sexus vi- requirēda
rilis. xv. q. iij. de crimine. ⁊ ipsi inflexibiles. vnde Greg. super illo verbo/ nimis cōfortatus est principat⁹ eorum. Occidi possunt: flecti nequeunt. Tertio. legitime etatis. iiij. q. iij. c. j. ⁊ ipsi sensati. j. Cor. xiiij. Nolite pueri effici sensibus. Quarto. sane mentis. iij. q. viij. §. tria. quia elegerūt temporaliter cruciari: vt possent eternaliter delectari. Sapiē. iij. In paucis vexati/ in multis bene disponentur. Quinto. bone operationis. iiij. q. iij. §. item in criminali. ꝟ. in testibus. Et ipsi tales. Job. ix. Transierunt quasi naues poma portantes: que post se relinquunt odorem. Sexto. diuites virtutibus. iiij. q. iij. §. item in criminali. ꝟ. testium. Greg. in homi. Si vere fratres diuites esse cupitis veras diuitias amate. Septimo fideles. ex̄ de testi. c. j. quia pro fide mortui. Act. xxj. Non solū alligari sed etiam mori paratus sum propter nomen dei Jesu. Octauo. quia non surdi. iij. q. vij. §. tria. sed obedientes legi. Prouerb. xviij. Qui declinat aures suas ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Nono. q: non pro se sed pro christo testificati

ficati sunt.iiij.q.iij.§.oībus. Act.x. Nos sumus testes oīm que fecit in regione iudeoꝛū. Decimo:q: iurauerūt.ex̄ de testi.nuper.ꝓpter firmū ꝓpositū.ps̄.cxviij. Juraui ⁊ statui custodire iudicia iustitie tue. Undecimo:examinati. ex̄ de testi.venerabili.⁊ eo.ti. Jn noīe dn̄i.no.glos.non est. Et ipsi multis tribulationibus purgati ⁊ examinati.Sap.iij.Tāq̄ aurū in foꝛnace ⁊c.de pe.di.ij.si em̄.vltra.iiij.colū. ver.sedet. Duodecimo:ieiuni.ex̄ de testi.c.j.et ipsi tm̄ crucifigētes.Gal.vlti.Nos testes instaurat dn̄s ꝯtra nos.Job x.vnde Greg. Totus mūdus martyꝛibus plenus est.Jā pene tot qui videmus nō scimus quot veritatis testes habemus:cōtra nos ergo erūt in iudicio:q: ipsi sanguinē fuderūt ꝓ dn̄o:quē nos miseri ꝓ vili pecunia seu fetida luxuria negare nō foꝛmidamus.xj.q.iij.existimāt.verbo et opere dictā fidē.Unde martyꝛ grece/dꝛ testis latine.ſm Maximianū.¶ Quatuoꝛ em̄ sunt necessaria vt aliq̄s pꝛopꝛie dicat᷑ martyꝛ.s.Uolūtaria.xv.q.j.nō est.sustinētia passiōis.
Ad martyriū necessaria. Puritas cōsciētie.j.q.j.vide.Bonitas cause.j. Pe.iiij.Nemo aūt vestrū patiat᷑ quasi homicida aut fur ⁊c. Et infra. Si aūt vt chꝛistianus:nō erubescat.Et tēpus gratie.Sufficit tm̄ foꝛma martyꝛij.vt dictū est.s.ver.ij.Sꝫ ⁊ quotquot pꝛophete ⁊ sancti ante chꝛistū moꝛtui sunt: ꝓ fide et in fide chꝛisti moꝛtui sunt et salui.Actuū.xvj. Unde quidam.
Cui patientia:mens bene conscia:congrua causa:
Tempus et adfuerit:hic bene martyꝛ erit.

¶ Quinto.quū patit᷑ ꝓ libertate ecclesie sicut beat⁹ Thomas cātuarien̄. Eque em̄ desiderāda est ecclesiastica libertas.ex̄ de inmu.eccle.non minus.vt fides.Un̄ btūs Amb. ait impatoꝛi. Si rapis:si deuoꝛas:si acceperis: sustinebo. si aūt extēdas manū ad sanctuariū dei:ibi me inuenies sacerdotē.de hoc.xxiij.q.viij.conuenioꝛ.¶ Sexto.quū patit᷑ ꝓ assertione veritatis.sicut Hieremias lapidat⁹:⁊ Esaias serra lignea serrat⁹.et Ezechiel.xxiij.q.iiij.recedite.¶ Septimo.quū patit᷑ ꝓ redargutiōe iniquitatis. sicut beatus Joānes baptista.Mat.xiiij.Mar.vj.xxij.q.iiij.vnusq̄sq;. ¶ Octauo.quum patit᷑ ex solo motu charitatis.sicut chꝛistus dꝛ martyꝛ ⁊ ꝓtomartyꝛ in testamēto nouo ꝓ redēptione humani generis.vn̄ Can̄.v.Dilectus meus cādidus et rubicūdus.Jn hoc ꝙ ait dilectus:notat radicē ministerij: scꝫ charitatē. Jn hoc ꝙ ait cādidus:puritatē mentis ⁊ coꝛpoꝛis. Jn hoc ꝙ ait rubicundus:tolerantiā passionis.De isto martyꝛio dicit᷑ Luc.xij.Baptismo habeo baptizari:et quō coarctoꝛ quousq; impleat᷑.vbi Beda.i. sanguinis ꝓpꝛij tinctione pꝛius habeo ꝑfundi: ⁊ sic coꝛda credētiū spiritus igne inflāmare.¶ Nono.quū quis patitur ꝓ suo crimine:sꝫ in patibulo reatū ꝓpꝛiū confitet᷑ ⁊ chꝛistū.legit᷑ ⁊ no.de pe.di.j.impoꝛtuna.in glos.nō in rei veritate. Ue autē nobis qui in honoꝛē martyꝛū comessationes et ebꝛietates creberrimas celebꝛamus.xliiij.di.comessationes. Jpi em̄ nobis exēplum certādi dederūt: nō crapulandi. vnde Chꝛys. Tu chꝛistiane delicatus es miles:si putas te posse sine pugna vincere:sine certamine triumphare.Exerce vires in foꝛtitudine.dimica atrociter in pꝛelio:⁊ certa.Cōsidera pactū:conditionē attēde:militiam nosce:pactum qđ spopōdisti:cōditionē qua accessisti:militiā cui nomē dedisti.hoc em̄ pacto cuncti pugnauerūt:hac cōditione cuncti vicerūt. Nō oꝛemus pꝛo martyꝛibus ne eis iniuriā faciamus.ex̄ de cele.mis. cū marthe.§.fi. Honoꝛamus eos verbis:vita ab eis difiūgimur.Oꝛamus eos ꝓ nobis:sꝫ eoꝛū martyꝛia fugim⁹.Quare ergo suffragia eoꝛū querim⁹?Si em̄ exēpla eoꝝ sequi vellemus:eos ꝓpitios haberem⁹: q: dati sunt nobis in patronos ad auxiliandū. adiuuant em̄ nos meritis suis ⁊ oꝛationib⁹. De pꝛimo Aug. al's Maximus. O immēsa dei pietas. Martyꝛū merita/ nr̄a vult esse suffragia. Jllos examinat:vt nos erudiat. Jllos cōterit:vt nos acquirat. Jlloꝝ cruciatus/nostros vult esse ꝑfectus. De scd̄o Hiero.contra Uigilantiū. Si ap̄li ⁊ martyres adhuc in coꝛpoꝛe positi oꝛāt ꝓ ceteris: qn̄ de se adhuc deberēt esse soliciti:quanto magis post coꝛonas victoꝛias et triumphos? vnus homo Moyses sexcētis milibus armatoꝝ impetrauit veniā a dn̄o. Exo.xxxij.xlv.dist.disciplina.Et Stephanus veniā depꝛecat᷑.Act.vij. et postq̄ cum chꝛisto esse ceperūt nō minus valebūt. Paul⁹ ap̄ls. cdxj. aias sibi asserit donatas.Act.xxvij.et nunc cū chꝛisto residēs oꝛa clausurus est? Persecutio martyꝛū in equo rufo signata est.Apoc.vj.Hereticoꝝ in equo nigro.vt ibi. Hypocritarū qui nūc consumunt ecclesiam:in equo pallido. Jn equo albo ecclesia pꝛimitiua.vt ibi.

¶ Articulus.L. A

Sciscitoꝛ etiā abs te

dn̄a gentiū mater ecclesia:vbi sunt confessores tui lucidi:postq̄ martyꝛes inclytos ꝑdidisti? Fūdata es in cōfessione Petri clauigeri.Mat.xvj.xix.dis.ita dicēs.Fides tua te saluā fecit.Luc.vij.Confessione induta es.Cōfessione pulchꝛa effecta es. ſm Dauid. Audiuisti a spōso. Si me cōfessa fueris coꝛam hoibus:confiteboꝛ et ego te coꝛā patre meo ⁊ angelis dei. Luc.xij.vbi Ambꝛo. Pꝛeclare fidē inte xuit:et fidei ipsi virtutū fundamēta subiecit.Nam vt foꝛtitudinis fundamentū est fides: ita et fidei firmamētū est foꝛtitudo. Jtem ibi Chꝛys. Nō est ergo cōtentus fide intrinseca: sed ⁊ exteriorem confessionē requirit. Jnducēs aūt nos ad fidutiam ⁊ maioꝛē affectū.ait Paulus ad Roma.x.Si cōfitearis oꝛe tuo dn̄m iesum:⁊ credas in coꝛde tuo ꝙ eū dn̄s a moꝛtuis suscitauit: saluus eris. Totū chꝛistū et mysterijs in his interpꝛetatur. Decet em̄ pꝛius oꝛtū a deo patre verbū.i.vnigenitū ex ipsius substātia cōfiteri dn̄m oīm: nō tāq̄ ab extrinseco et furtiuū soꝛtitū dominiū:sed existētē re vera naturaliter dn̄m.in vtroq; symbolo.dn̄m iesum chꝛistū ⁊ patrem.Cōsequenter opoꝛtet fateri ꝙ hunc deus a moꝛtuis suscitauit: ipm̄.s.factū hoīem et passum in carne ꝓ nobis: sic em̄ resurrexit a moꝛtuis. Quisquis ergo sic cōfitebitur chꝛistū coꝛā hominibus vt deū ⁊ dn̄m:chꝛistus eū cōfitebitur coꝛā angelis dei:tūc tēpoꝛis quū descēderit cū sanctis angelis in gloꝛia patris sui in seculi cōsummatiōe. Mat. xxv.hucusq; Chꝛys.Dixisti in Ps̄.cv.Cōfiteamur nomini sancto sponsi:et gloꝛiemur in laude eius.Jterum dicis in ps̄.cx.⁊.cxxxvij.Confiteboꝛ tibi dn̄e in toto coꝛde meo.Et iterū in ps̄.cxliiij.Cōfiteātur tibi oīa opera tua.et psalmographus in persona tua hāc cōfessionēꝫ sepissime repetit: vt eā coꝛdi et auribus tuis inculcet.Sed quis hodie ex illis qui se filios tuos dicūt:⁊ maxime qui te regūt:spōsum tuū dn̄m iesum chꝛistū veraciter confitetur?Radix em̄ vere fidei cōfessionis in coꝛde nascit᷑.ſm Chꝛys. Quia coꝛde credit᷑ ad iustitiā.Roma.x.et Philippus eunucho ait.Si ex toto coꝛde credis. Act.viij. Jn oꝛe sicut flos ꝓducitur: q: oꝛe fit cōfessio ad salutē.ad Roma.x.et ps̄.cviij. Cōfiteboꝛ dn̄o nimis in oꝛe meo. Propter quā confessionem ait dn̄s cephe Petro cōfitenti. Tu es chꝛistus filius dei viui. Beatus es Simon bariona. Mat.xvj. Quā beatitudinem tūc perdidit ⁊ pꝛo illo tp̄e ipse Simon:quum timoꝛe moꝛtis negauit:⁊ ait. Nō noui hoīem. licet coꝛde nō negaret:criminaliter tamē peccauit:sed hereticus nō fuit:quia nō coꝛde negauit:sed pꝛopter oꝛis negationē perijsset:nisi ad lachꝛymas cucurrisset: ⁊ nisi eum dn̄s misericoꝛditer respexisset,de hoc Mat.xxvj.dist.l.fidelioꝛ.vj.q.j.unitare. xj.q.iij.nō solum.de peni.di.j.petrus.¶ B Et hoc ideo quia radix que nō germinat frondes:exiccata est:et fides coꝛdis et nō oꝛis arida est.nā et ideo deus nobis dedit os sicut ⁊ coꝛ:vt vtrūq; pariter chꝛistū cōfiteatur:fructus vero cōfessionis in operib⁹ ostendit᷑. Sed pꝛeuaricatoꝛes redite ad coꝛ. Quot em̄ intra istā sanctā ecclesiā perfidi heretici coꝛde negant saluatoꝛē nostrū incarnatū verbū?aut eum verū deum chꝛistū negantes coꝛde.i.hominē de spiritusancto conceptū:⁊ plenū spiritusancto:subsistentem ex aīa rationali ⁊ humana carne:passibilem ⁊ moꝛtalē negātes:aut verū dei filiū/patri consubstantialē/coomnipotētem/et coeternū pertinaciter diffitētes. xxiij. dist. qui episcopus.ex̄ de sum.trini.c.j.⁊ de cele.mis.in quadā.j.rn̄.et ex̄

de sum.tri. catholice.in de. aut de hac or thodora fide cor=
daliter hesitātes: qđ dubiū mētis impie hos hereticos fa=
cit: q: hec fides est corde firmiter credenda: ⁊ ore simplici=
ter cōfitēda. de hoc legit et no. xxiiij.q.j.aperte. de sum.tri.
c.j. ⁊ de hereti. dubius. Tales impij nullatenus p ignorā=
tiā excusantur: q: circa fidē ignorans ignorabit.j.ad Cor.
xiiij.xxxvij.di.§.vlti.⁊.c.vlti. et heretici nescientes heretici
sunt. vj.q.j.quero. hi impij filiū dei dñm iesum aut hoīem
purū.xxiiij.q.iij.quidā.ver.pauliani.⁊ ver.harpocratiani.
aut sine aīa. vt eo.c.ver.apollinariste. aut minorē patre cō
stituūt filiū.p̄eal.c.quidā.ver.donatiste. carnalē imagina
tionē habētes: ⁊ carnaliter verbū Joannis/ Pater maior
me est. Jo.xiiij. intelligētes. ¶ C Dñs em̄ Jesus tūc lo=
quebatur de se hoīe: quo maior est deus pater suus: et de
se creatura: qua maior est deus creator pater suus: et ipse
q: deus/maior est se creatura: sed quantū ad diuinitatem
suā quā eādem habet cum patre: ⁊ a patre. ait Jo.x. ego et
pater vnū sumus. ex̄ de sum.tri.c.ij. vbi Aug. Utrūq; audi.
et vnū. et sumus. ⁊ a charibdi. ⁊ a scylla liberaberis. M di
xit/vnū: liberat te ab Arrio. de quo.xxiiij.q.iij. resecande. ⁊
q.ea. quidā. ver. arriani. et ver. bonosiani. et ex̄ de cele.miss.
in quadam.j.rn̄. M dixit/sumus: liberat te a Sabellio. de
quo.xxiiij.q.ſi.c.quidā.ver.sabelliani. Si vnū: non ergo di
uersum. si sumus: ergo pater ⁊ filius. Itē Augu.vij.de tri=
ni.c.vlti. Unum em̄ sumus dictū est: q: ego ⁊ ille ſm essen=
tiam vnū sumus: nō ſm relatiuū. Itē Hilarius.viij.de tri=
ni. Hec igitur q: heretici negare nō p̄nt: impietatis sue mē
dacio neganda corrūpunt. tētant em̄ illud ad vnanimita
tis referre cōsensum vt volūtatis in ijs vnitas sit: nō natu
re.i. vt nō per id q: sunt: sed per id q: idem volūt vnū sint:
sed per nature natiuitatē/ dū nihil deus in eo ex se gignen
do eū degenerat/ vnū sunt: dū operāte se operatur pater:
dū ipe in patre/et in eo pater est. Hoc nō prestat creatura:
sed natiuitas. nō efficit volūtas: sed potestas. nō loquitur
vnanimitas: sed natura. Non negamus igit vnanimitatē
inter patrē et filiū. nā hoc solēt heretici mētiri: vt cū solam
concordiā ad vnitatē nō respicimus: discordes ab eis a no
bis affirmari loquātur. Sed audiāt qm̄ a nobis vnanimi
tas nō negat: vnū sunt pater ⁊ filius: natura/ honore/ vir
tute: nec natura eadem potest velle diuersa. De heresibus
Arrij ⁊ Sabellij.xvj.dist.c.sexta.ver.prima.xxiiij.q.iij. qui=
dā. ver. arriani. et ver. sabelliani. Item Jo.x. Pater in me
est: ⁊ ego in patre. vbi Hilarius. Hoc est illud/dei filius sum.
Hoc est illud/ego et pater vnū sumus. Et ibi Augu. Non
em̄ sic filius dei dicit. In me est pater: ⁊ ego in illo. quomo
do p̄nt dicere hoīes. Si em̄ bene cogitemus: in deo sumus:
et deus in nobis est: quasi participātes eius gratiā et illu=
minati ab ipso. Unigenitus aūt filius in patre est: ⁊ pater
in illo: tanq; equalis. Et iterū. Pater meus qđ dedit mihi
maius oībus est. Jo.x. ex̄ de sum.trini.c.ij. Hilarius.vij.de
trini. Nō occultat ex patre esse se natū. qđ em̄ a patre acce
pit: accepit nascēdo: nō postea. Et ibi Augu. Nō em̄ crescē
do/sed nascendo equalis est: qui semp natus est/de patre
filius: de deo deus. Hoc est ergo qđ dedit mihi pater: quod
maius oībus est: vt.s. sim verbū eius: vt sim vnigenitus fi=
lius eius: vt sim splēdor lucis eius. de hoc ex̄ de sum.trini.
c.ij.§.licet.ibi. iuxta qđ. Et iterū. Pater in me manēs ipse
facit opera. Nō creditis q: ego in patre: ⁊ pater in me est:
Jo.xiiij. vbi Chrys. Uidi aūt abūdantiā super vnius sub=
stantie demōstratione. q.d. nequaq; aliter facit pater ⁊ ali
ter ego. sicut et Jo.x. alibi ait. Si nō facio opa patris mei:
nō credatis mihi. ¶ D Itē ibi Augu. Arriani dicūt. Ec=
ce inequalis est patri filius: nō a seipso loquitur. dicūt Sa
belliani. Ecce qui pater est: ipse est filius. Quid est pater in
me manens ipse facit opera: non in me maneo ipse qui fa=
cio. Sed manere in filio patrem nō est singularis atq; vni
ti. q.d. alius est pater/alius filius. Operari vero per filiū
patrem: nō est differentis aut exteri: sicut nō vnius est/nō
a se loqui que loquitur: neq; rursus alieni ac separabilis/
loqui per loquentē. Et q: in se patrem loqui ⁊ operari do=
cuerat: perfecte vnius vnitatis fidē statuit dicens. Credi=
te mihi: quia ego in patre: et pater in me est: ne.s. per virtu
tis efficiētiam/et nō per nature que ſm natiuitatē est pro=
prietatē/pater in filio ⁊ operari crederet et loqui. Itē Jo.
v. Nō potest filius facere quicq; nisi quod viderit patrem
faciētem. de cōse.dist.v.c.vlti.in fi. vbi Augu. Quidam qui
christianos se haberi volunt Arriani heretici dicentes ip=
sum filiū dei qui suscepit carnē: minorē esse q: pater est: ca=
piunt ex his verbis causam calūnie. et respondent nobis.
Uidetis q: dñs Jesus quū aduerteret iudeos ex hoc mo=
ueri q: patri deo equalem se faceret: talia verba subiunxit:
vt se equalē non esse monstraret. Qui enim nō potest (in=
quiunt) facere a se quicq;/ nisi quod viderit patrem faciē=
tē: vtiq; minor est: non equalis. Sed si dicat deus erat ver
bum: ⁊ est deus pater maior: duos deos colimus: nō vnū
deum. et ibi Hilarius.vij.de trini. Ne igitur exequatio illa
per nomen naturam natiuitatis que filij est/auferretur ei
dem: ait filiū a se nihil facere posse. Item ibi Augu. Tanq;
diceret. Quid scandalizati estis: quia patrē meū dixi deū:
et quia me equalē feci? deus ita sum equalis vt ille me ge=
nuit: non vt ille a me/sed ego ab illo sim. Filio hoc est esse
quod posse. Quia ergo substātia filij de patre est: ideo po
tentia filij de patre est. Quia ergo filius non est a se: ideo
nō potest a se. Sic ergo nō potest filius a se facere quicq;:
nisi quod viderit patrē facientem: quia videre filij hoc est
natum esse de patre: non alia visio eius et alia substantia
eius: totū qđ est de patre est. Item Hilarius.vij.de trini.
Ut aūt maneret salutaris in patre ⁊ filio confessionis no
stre ordo: naturā natiuitatis ostendit: que potestatem effi
ciendi nō per incrementa indultarū ad vnūquodq; opus
virium sumeret: sed de cognitione presumeret. Presume=
ret aūt nō de aliquo operis corporalis exemplo. vt qđ pa=
ter prius faceret/id postea filius facturus esset: sed quum
ex patre filius natus esset: per virtutis ac nature in se pa=
terne consciētiam nihil quod patrē faciētem vidisset/filiū
posse facere testatus est: non em̄ corporalibus modis deus
videt: sed visus ei oīs in virtute nature est. vide de conse.
dist.v.c.fi. Item Aug.ij.de trini. hoc autē si proprie dictū
acceperimus q: in forma accepta ex creatura minor est fi=
lius: consequens erit vt prior pater supra aquas ambula
uerit: et cetera fecerit que filius in carne apparēs inter ho
mines fecit: vt possit ea filius facere. Quis autem vel deli
rus ista sentiat? Item Augu. super Jo. Jo.vj. Ambulatio
tn̄ illa carnis supra mare a patre fiebat per filium: quādo
enim caro ambulabat: ⁊ diuinitas filij gubernabat: pater
absens nō erat. quū filius dicat Jo.xiiij. Pater in me ma=
nens ipse facit opera. Quum ergo dixisset Jo.v. Non po=
test filius a se facere quicq;: ne forte carnalis arriperet in=
tellectus vt faceret sicut hō: quasi duos fabros vnum ma
gistrū alterum discipulū: vt quomodo ille fecit arcam: iste
facit alterā secutus eum: ait Jo.v. Quecūq; ille fecerit/et
filius similiter facit. Non ait quecūq; pater facit/et filius
alia similia facit: sed hec eadē. Mundū pater/mūdum fi=
lius/mūdū spiritussanctus fecit. Unus mūdus factus est
a patre per filiū in spūsancto. Hec ergo eadē facit. Simili
ter aūt addidit ne alius error in animo nasceretur. Videt
em̄ corpus hoc idē facere qđ animus: sed nō similiter. Ani
mus em̄ imperat corpori: corpus visibile est: animus inui
sibilis: vt si aliquid seruus iubente dño fecit: idē ab vtroq;
factum est. sed nūquid similiter? nō. ergo sic pater ⁊ filius.
Sed et hec eadē facit et similiter facit: vt intelligamus si=
mili potētia facere filium eadē ipsa que facit pater. Equa=
lis est igitur patri filius. Itē Chrys. M dicit Jo.v. A seip
so non potest facere quicq;: intelligendū est quia nihil cō=
trarium patri/nihil alienum ab eo facere potest. Ideo au
tem nō dicit quoniā nihil contrarium facit: sed quoniā nō
potest facere: vt hinc ostendat similitudinem et certitudi
nem parilitatis. Nō imbecillitatem filij: sed multam eius
virtutem ostendit hoc verbū. Sicut enim quum dicimus
impossibile est deum peccare: non imbecillitatē eius accu=

famus: sed ineffabilem quādam eius virtutem testamur. Ita quū dicit filius non possum a meipso facere quicq̄: dicit q̄ impossibile est eū facere aliquid cōtrariū patri. Itē Augu. cōtra sermonē Arrianoꝝ. Hoc aūt nō deficiētis est: sed in eo q̄ de patre natus est pmanētis. Tamq̄ laudabile est omnipotētē nō posse mutari: q̄ laudabile est q̄ omnipotēs nō potest mori. Potest em̄ filius facere quod nō vidisset patrē facientem: si posset facere qđ per illum nō facit pater: hoc est si posset peccare. Neq̄ em̄ nature immutabiliter bone que a patre est genita conueniret. Hic autē q: nō potest: nō deficiēter non potest: sed potēter. Itē Jo. vj. Sicut misit me viuēs pater: et ego viuo propter patrē. vbi Chr. vs. Ac si dicat. Viuo ego sicut pater. Et ne ingenitum existimes: adiecit, propter patrē: patrē esse principiū occulte insinuās. Et Augu. Quia ipse de illo est sine detrimento equalitatis dictū est. Nec tñ nostrā eādem et suam equalitatē significauit: sed gratiā mediatoris ostēdit. Si aūt ꝑm id accipimus, Viuo propter patrē, q̄ alibi ait, Pater maior me est. hec verba dixit, Sicut misit me. Joā. xiiij. ac si dicat. Ut ego viuā ꝑpter patrē. i. ad illū tāq̄ ad maiorē referam vitā meā: exinanitio mea fecit: in qua me misit. Ut aūt quisq̄ viuat propter me: participatio facit: q: māducat me. de cōse. di. ij. in christo pater. Itē Jo. xiiij. Philippe, qui videt me: videt ⁊ patrē. Hilarius. vij. de trinita. Solemus enim de simillimis duobus ita loqui. Vidistis istum: vidistis illum. Sic ergo dictū est. Qui videt me: videt et patrē. Non q̄ ipse sit pater ⁊ filius: sed q̄ a patre similitudine in nullo prorsus discrepet filius. Nō autē hic ille visum oculoꝝ carnaliū signat. Nō em̄ hoc quod ex partu virginis carnale est: ad cōtēplandam in eo dei formā et imaginē proficit. Sed intellectus dei filius, id prestat: vt intellectus et pater sit: vt dñica imago est: vt non differat genere: sed significet authoritatē. nō enim solitariū sermo signat: ⁊ indifferentē tamen naturā professio docet. Quū enim dicitur ⁊ patrē: exclusa est singularis atq̄ vniti intelligentia. Et quid reliquū est: nisi per nature vnitā similitudinem pater per filium visus sit? Que enim ignorādi patrem aut ostendendi ignorantibus necessitas relinquebatur: quū pater in filio visus esset ex proprietate nature: dū ex indifferentia vnitatis vnū sint natus ⁊ generās? vt hic sermo dñi sequeretur Jo. xiiij. Non credis quia ego in patre: et pater in me est? Pater aūt in filio: et filius in patre: nō per duplicem cōuenientium generū coniūctionē: neq̄ per infitam capacioris substātie naturam: q: per corporalem necessitatē exteriora fieri ijs quibus cōtinētur interiora nō possunt: sed per natiuitatem viuētis nature ex viuēte: dum non aliud ex deo q̄ deus nascitur. Naturā em̄ suā (vt ita dicā) sequitur indemutabilis deus indemutabilē gignēs deum: nec naturā suā deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta natiuitas. Subsistentē igitur in eo dei naturā intelligimus: quū in deo de⁹ insit: nec preter eū qui est deus, quisq̄ alius deus sit. Quod autē dicit in eodē. c. Jo. xiiij. Pater maior me est. s. exposui. ver. sed preuaricatores. vnde ibi Augu. Per qđ ergo filius nō est equalis patri: per hoc erat iturus ad patrē: a quo ⁊ venturus est iudicaturus viuos ⁊ mortuos. Per illud autem in quo est equalis gignēti: nūq̄ recedit a patre: sed cum illo est vtiq̄ totus pari diuinitate quā nullus continet locus. Ipe ergo filius dei equalis patri in forma dei: q: semetipsum exinaniuit. Phil. ij. non formam dei amittens: sed formā serui accipiēs: maior est etiā seipso: quia forma dei maior est q̄ amissa non est, q̄ forma serui que accepta est. Hec igit est forma serui in qua dei filius minor est nō patre solo sed etiam spiritusancto. ꝑm hanc formā serui puer christus etiam parentibus suis minor erat: qñ paruus maioribus. sicut scriptū est Luc. ij. subditus erat. Agnoscam⁹ igitur geminā christi substātiam: diuinā. s. qua equalis est patri: humanam, qua maior est pater: vtrūq̄ autē simul non duo, sed vn⁹ christus: ne sit quaternitas: ſ trinitas deus. Ideo ergo dixit Joā. xiiij. Si diligeretis me: gauderetis vtiq̄: q: vado ad patrē: quia nature humane gratulandū est eo q̄ sic assumpta est a verbo vnigenito: vt immortalis cōstitueretur in celo: atq̄ ita fieret sublimis: vt incorruptibilis puluis sederet ad dexterā patris. Quis nō hinc gaudeat: qui sic diligit christū vt et suam naturā iam immortalē gratuletur in christo: atq̄ ipm speret futurū esse per christum? Subtilior: expositio precedenti illius verbi, Pater maior me est. Itē ibi Hilarius. ix. de trini. Si donātis auctoritate pater maior me est: nūquid per doni cōfessionē minor filius est? Maior itaq̄ donans est: sed minor: iā nō est cui vnum esse donatur. ¶ Hec vnitas et nō maioritas per aliqua exēpla manualia, licet multū a trinitate ineffabili differētia, aliqualiter intelligi potest. Quia radius solis minor sole nō est: quia vnū cum ipso: et in ipso: et de ipso est. Nec sapientia sapiēte. Nec cogitatio cogitante. Nec virtuoso virtus. Nec ars artifice. Sicut enim artifex nihil operatur sine arte ⁊ sapientia sua: immo prius oia operat in arte: ⁊ postea cōsequēter in opere: ita ⁊ pater nihil agit sine filio. Sed prius omnia in ipso fecit sicut in arte: ⁊ consequēter oia fecit per ipsum in opere. Heb. j. Per quē fecit et secula. vnde Augu. Ipse est ars dei omnipotētis plena oim actionum. Nec oculus vidente. Nec candor niue. Nec verbū gignente. Nec vultus imprimēte. Nec imago signāte. Nec brachiū forti. Nec nomen nominante. Nec intellectus intelligēte. Nec splendor igne. Nec esse ente. Nec speculum speculante. Nec odor odorante. Nec truncus radice. Nec notitia notificante. Nec puritas puro. Nec summa bonitas summo bono. Nec charitas diligente. Nec simplicitas simplicissimo. Nec perfectio perfectissimo. Nec enim pater deus filiū generauit q̄ esset aliud q̄ deus. homo em̄ hominē generat. deus deū: qui nō est alius deus: q: vnus est deus: sed est ali⁹a patre: quia filius non aliud: q: deus. ex de sum. trini. c. ij. §. licet. et. c. j. §. hec sancta. Non ergo filius minor patre ꝑm diuinitatē: quia idipsum est in maiestate cū patre. Maledictus ergo Arrius de cuius errore xxiiij. q. vlti. quidam. ver. arriani. cum sua sobole. cuius pena ꝑm Augu. indeterminata est: q: crescet eius pena vsq̄ ad diē iudicij: propter peccatū sequentium dogma suū pestiferum. facit qđ no. xxij. dist. qui eps. in glos. j. creationē. apud inferos: q: eius venenosa doctrina totū fere orbem depopulata est. xxiiij. q. iij. resecāde. quia negat filiū patri equalē: et qui negat filiū patri equalem: negat deū patrē habere deum filiū coequalē. Impius em̄ ille Arrius presbyter Alexandrinus cōfitetur deū patrem: et sterilē eū facit: vt filium cōnaturalem ⁊ coequalem nō gignat. ps. sed mentita est iniquitas sibi. ps. xxvj. quia dicit dñs Esa. lxvj. Nūquid ego qui alios parere facio: ipse non pariā? Unde et senior eps de sanctis ait contra Arrium. Maledicta sit perfidia Arrij qui patrē omnipotentē sterilem facit. vnde de filio dei dicit Michee. v. Et egressus eius sicut a dieb⁹ eternitatis. et Osee. vj. Quasi diluculum preparatus est egressus eius: et veniet quasi imber tēporaneus nobis: et serotinus terre. ⁊ ps. ij. Ecce ego hodie genui te. Se enim pater cognoscendo gignit filium. ⁊ ideo dicit hodie. Et q: semper fuit pater: ideo dicit genui. q: in principio erat verbum. Jo. j. et verbū filius erat apud deū patrē per generationē eternā. et ideo dicit erat: quod est verbū substātiuū. q: filius homousion. et deus erat verbū: quia deus filius de deo patre absq̄ initio ⁊ fine. Hec est confessio orthodoxa Nisseni concilij. cccxviij. patrum: vbi Arrius impius hereticus cum suis hereticis discipulis condēnatur. vt habetur. xv. dist. canones. ver. horum prior. et. xvj. distin. c. sexta. ver. prima autem. Hec confessio Athanasij greci doctoris lucidissimi orientis et pro hac virtute cōfessoris clarissimi in symbolo: Quicūq̄ vult. Ac deinde confessio pape Innocentij. iij. theologi doctissimi in generali concilio declarantis Firmiter credimus. ex de sum. trini. Confessio concilij Carthaginensis. iiij. cui interfuit Augu. xxiij. dist. qui episcopus. Postremo confessio Clementis pape. v. in cōcilio Viennensi. ex de sum. trini. fidei catholice. in clemen.

Pro hac confessione confessores et martyres inclyti effecti sunt diversis orbis climatibus quamplurimi orthodoxi: vt ecclesiastica et tripertita narrat historia etc. ¶ Hic adde quod legitur et no. ex. de sum. trini. c. ij. de cele. miss. in quadam. de hereti. cum christus. et. xxiiij. q. iij. quidā. ver. bonosiani. et ver. carpotraciani. et ver. alogij. et ver. pauliani. et ver. boetiani. et ver. sabelliani. et ver. nestoriani. ¶

Sed etiam o mater ecclesia etiā ore quot sunt intra sinum tuum exteriorē: qui sponsum tuū christum in quem se dicunt credere, blasphemant. vt dicatur eis. Tota die nomen meum per vos blasphematur. Esa. lij. xlv. dist. de iudeis. j. ad Timo. vj. xxiij. q. v. cū caput. de qua blasphemia ex. de maledi. c. ij. In nomine eius peierant. Per membra eius iurant: qui essent capite plectendi sm legē. vt legitur et no. xxij. q. ij. si quis per capillū. Falsas accusationes cōponūt. de ijs. iij. q. iiij. per totū. ij. q. viij. per totū. et. ij. q. iiij. Falsa testimonia proferunt. iiij. q. iij. qui falso. ex. de crimi. fal. c. j. xj. q. iij. nolite. Corpus dominicū super quolibet verbo allegant et dilacerant mēdaces fallaces duplices. xxij. q. ij. §. ille. c. primum. et. q. iiij. §. ex his. Ore diligentes christum: sed lingua mentiti sunt ei: quia nunquam in ea est christus. Jo. xiiij. qui veritas est. dist. viij. si consuetudinē. Ora talium diaboli confessorum, quia tota die eum habent in ore, maxime Hispani qui in quolibet fere verbo dicūt, demon. Ora draconis bestie et pseudo prophete. de quibus Apocal. xvj. Virus seminant: proditiones subordinant et discordias inter fratres. Prouer. vj. xlvj. di. seditionarios. ps. xvj. Ora eorum loquuntur superbiam. Eorum lingua magniloqua. ps. xj. Labia eorum dolosa. Lingua eorum gladius acutus. et ps. xiij. acuunt linguam suam sicut serpentes. venenum aspidum sub labijs eorum. de peni. dist. j. c. periculose. Adulatores. xlvj. dist. clericus qui. xxij. q. ij. primum. Molliūtur sermones suos super oleum: et ipsi sunt iacula. sm David ps. liiij. quia beatificātes alios, deceptores sunt et proditores. xlvj. dist. sunt nōnulli. Turpia etiā eorum colloquia que bonos mores corrumpūt. sm Paulum. j. ad Cor. xv. vt no. xxxvij. di. turbat. Vere lingua multorum plena veneno mortifero. Jaco. iij. vbi satis de ista mala lingua. Murmuratores sunt contra deum et eius rectores. Exo. xvj. j. ad Cor. x. Judicatores hominum ante tēpus. j. ad Cor. iiij. ij. q. j. multi. Cōtumelijs et iniurijs alios contristātes. De verbis otiosis de quibus in die iudicij ratio est reddenda. Mat. xij. xxij. q. si. c. penul. cōsciētiam nō habētes. contra Apostolū Roma. xij. Maledicētes: nūquam benedicentes. xxiiij. q. iij. §. illicita. cum. c. seq. et. §. sed qui pro persecutoribus. cū. c. seq. et. c. deus quando maledicit. Contra consuetudinē ecclesie contendentes. j. ad Cor. xj. Contra veritatem disputantes. xxiij. q. vj. vides. ij. q. vij. §. tria. ver. si quis a deo. et determinantes. Falsa patrocinia et consilia impendentes. xj. q. iij. non licet. Iniquas sentētias dei timore postposito proferentes. xj. q. iij. tunc vera. et. c. quatuor. Pauperes exasperantes. xxv. dist. §. alis aūt. ver. qui autem. Se laudantes. xj. q. iij. si quis vero. vbi de hoc. xxviij. q. ij. quidā monachorum. Muti ad deū laudādum: ora hiantes ad rumores dicendum et detrahēdum. de peni. dist. j. homicidiorum. ¶ ¶ Sed et quot et clerici religiosi et prelati cum talibus linguis pestiferis dicunt horas canonicas et deum laudare videtur: immo potius irrident et subsannant. vnde ps. xlix. Peccatori autem dixit deus. quare tu enarras iustitias meas etc. iij. q. vij. §. tria. ver. idē testatur. quia et de vno fonte non procedit aqua amara et dulcis: nec de vno ore maledictio et benedictio. Jaco. iij. Unde et dominus talibus benedictionibus maledicit. j. q. j. maledicam. et officia taliū et festa eorum odit anima eius et proijcit. Esa. j. xxiiij. q. j. odi. et kalendas eorum non recipit. Labijs christum honorare videntur: sed cor eorum lōge est ab eo. Esa. xxix. Mat. xv. Literam mortuam proferunt: quam nec intelligunt, nec attendunt: de viuificante spiritu non curantes. j. Cor. xiiij. Orabo spiritu: orabo et mēte. et sequitur ibi. Sed in ecclesia magis volo quinque verba meo sensu loqui: vt et alios instruā: quam decem milia verborum in lingua. ij. ad Cor. iij. Multa verba psalmorum proferunt: sed parum colligunt. de conse. dist. v. non mediocriter. quia grano iūgunt zizania. Mat. xiij. Mens eorum plena iniquitate, caret suauitate. Currunt et syncopizant officium. ex. de cele. miss. dolentes. quia non habent ad deum desiderium nec animum: quum mortuo sono verborum credunt deo et conscientie satisfacere: sed ipsum videntur potius deridere. deus enim spiritus est: et qui ipsum adorant: in spiritu et veritate adorāt. Jo. iiij. quia sursum corda. de conse. dist. j. quando. et in veritate. i. absque iniquitate orant. ad hec. xxxviij. dist. sedulo. xcij. dist. cantantes. de conse. dist. iiij. si non sanctificatur. Et hoc est quod precipit concilium ecclesie generale quod per obedientiam omnes clerici, quorum etiam nomine religiosi intelligūtur. xvj. q. j. legi. xij. q. j. duo. officium diurnum pariter et nocturnum dicere tenentur quantū cum deo poterunt attente pariter et deuote. ex. de cele. miss. dolētes. Sed que attentio potest esse vbi cor nō est: vt hodie quasi quilibet possit dicere cum ps. xxxvij. Et cor meum dereliquit me: et ipsum non est mecum. Extra se enim quasi omnes vagantur: et vix inuenitur qui sm David cōuertatur ad cor: et in se: sicut filius prodigus fecit. Luc. xv. nec qui secum habitet: sicut christicola Benedictus relinquens pestiferos cucullatos qui porrexerant ei venenum. vij. q. j. §. hoc tūc. in fi. et. xviij. q. ij. §. ecce. nec qui cor deo tribuat: quod a nobis principaliter petit deus dicens. Prebe mihi fili cor tuum. Prouer. xxiij. Quis hodie potest dicere, Clamaui in toto corde meo: exaudi me dñe. ps. cxviij. Nec qui dicat, In toto corde meo exquisiui te. ps. cxviij. Nostrū enim cor intra nos diuisum est: et ideo interimus. Osee. x. et prauum est et inscrutabile et malitia plenum. Hiere. xvij. Nō enim corā deo nostro rectū est cor nostrū: nec fideles sumus in testamento eius. ps. lxxvij. Cordis mūditia recessit a nobis: et ideo non videmus deum. Mat. v. Si cor contritum et humiliatum esset, sm David, et spiritus contribulatus. l. dist. ponderet. attentum esset in oratione. sed cor nostrum escis nō gratia stabilitum est. Hebre. xiij. et ideo mobile et vagum est. et in corde et non corde loquimur. sm David. Et ideo Cyprianus martyr dicebat. Quando stamus ad orationem: inuigilare et incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis et secularis abscedat: nec quicquam tūc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo autem sacerdos ante orationē prefatione premissa parat fratrum mentes, dicēdo Sursum corda: vt dum respondetur, Habemus ad dominum: admoneamur nihil aliud quam deum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus nostrū: et soli deo pateat: nec ad se hostem dei tempore orationis venire patiatur. de conse. dist. j. quādo. Immo etiam sm Bernar. in canticis. nedum malum maxime tempore psalmorum cogitare non debemus: sed nec aliud bonum quam verborum psalmorum quos canimus intellectum: quia psallam spiritu psallā et mēte. j. ad Cor. xiiij. quia propria proferimus verba psalmorum: vt ea intelligamus: nec alias cogitationes quantūuis bonas misceamus: quia spiritussanctus simplex omnino in illo tempore de alio quam de sensu litere psalmorum seruiri sibi nō vult: vnde Hiero. ad Rusticum monachum. Dicatur ad verbū oratio: sine intermissione vigilet sensus: nec vagis cogitationibus fit patens: corpus pariterque animus tendat ad deū. de conse. dist. v. nūquam. in prin. vbi de hoc. in glos. j. iuxta verbum. et sequitur in eodem. c. Nec vacet mēs tua varijs perturbationibus: que si peccato insederint: dominabuntur tui. ps. xviij. et te deducent ad delictum maximum etc. Predicta vera sunt nisi per excessum psalmodiādo extra se mens aliquādo rapiatur: et tūc deo fruatur: sed cessante gustu ad se reuertatur: et de intellectu verborum que profert domino obsequatur. Sed quomodo possumus mentē tenere in officio quā mundo vendidimus, que etiā semi

nauimus in coꝛde ante pſalmoꝛum decantationē cum mū
do loquendo et mundo cōuerſando: hec in eis metemus.
gloſ. vj. Coꝛ dedimus ante officium vagationibus/cogita
tionibus malis/et affectionibus carnalibus/tempoꝛe oꝛa
tionis talia metemus: et quia coꝛ non cuſtodiuimus ante
officium diuinū: ideo ipſum in eo attentū tenere nō poſſu
mus. Quales ergo ſm Jo. caſſia. in collatione de oꝛatio-
ne. i. nos in oꝛatione inueniri volumus: tales ante oꝛatio-
nem ſimus. ſuper coꝛdis cuſtodiam ſtemus. Abachuc. ij. c.
Audiamus quid loquatur in nobis dn̄s deus ſm Dauid
pſ. lxxxiiij. quoniā loquetur pacē. et ſanctas cogitationes
et deſideria inſpirat et contritiones: per que vitia expellū
tur. xxxij. q. i. cum renuntiatur. que faciunt guerram coꝛdi.
Et audiamus quid loquaꝛ in nobis luridus Behemoth.
qm̄ loquetur guerrā malas cogitationes et deſideria car
nalia vel ſecularia. ad Tiꝛ. ij. in coꝛdibꝰ exufflando. Si em̄
intrauit in coꝛ Jude ſimonis ſcariothis vt ſuum pꝛoderet
redemptoꝛem. Luc. xxij. in pꝛin. ibi. Intrauit autem ſatha
nas in Judam. vbi Titus. In Judam ſathanas intrauit:
non impellens: ſed patulum inueniens oſtium. nam obli
tus omnium que viderat ad ſolā auaritiam dirigebat in-
tuitum. Item ibi Beda. Non eſt autem huic contrariū qd
Jo. dicit Joā. xiij. poſt buccellam intraſſe in eum ſathanā:
quia nunc intrauit vt quod erat alienum tentaret: tūc au-
tem vt quaſi pꝛopꝛium ad quecūq̧ vellet agenda attrahe
ret. Et Jo. xiij. ibi. Cum diabolus iam miſiſſet in coꝛ vt tra
deret eum Judas ſimonis ſcariothis. Ubi Aug. Miſſio
iſta ſpiritualis ſuggeſtio eſt: et non fit per aurem: ſed per
cogitationem diabolice ſuggeſtiones immittuntur: et hu
manis cogitationibus immiſcētur. Factum ergo iam fue-
rat in coꝛde Jude per immiſſionem diabolicam vt trade-
ret diſcipulus magiſtrum. Et in eodē. c. ibi. Et poſt buccel-
lam introiuit in illū ſathanas. vbi Oꝛige. Attende. de pꝛi
mo quidem nō introiuit ſathanas in Judam: ſed immiſit
in coꝛ eius ſolum vt pꝛoderet pꝛeceptoꝛem. poſt panē aūt
in eum ingreſſus eſt. quāobꝛem nobis cauendū eſt ne dia-
bolus intrudat in coꝛ noſtrum aliquod ignitoꝝ ſuoꝝ telo
rum. Nā ſi intruſerit: inſidiatur deinde vt et ipſe introeat.
Item Chꝛyſ. Donec em̄ fuit in collegio: non audebat inſi
lire: ſed extroꝛſum immittebat. quando vero eum manife
ſtum fecit ⁊ expulit: libere de cetero in eum inſiliuit. Item
Aug. Uel intrauit in eū: vt ſibi iam ſubditū plenius poſſi-
deret: neq̧ enim non in illo erat quando cū iudeis de pꝛe
cio tradēdi dominum pactus eſt. quum Lucas dicat Luc.
xxij. Intrauit autem ſathanas in Judam: et abijt: et locu-
tus eſt cum pꝛincipibus ſacerdotū. Talis iam venerat ad
cenādū: ſed poſt panē introiuit in eū: nō ad hoc vt alienū
tentaret: ſed vt pꝛopꝛium poſſideret. Item ibi Oꝛige. De
cebat em̄/ vt exiſtimo/ per panis exhibitionem auferri ab
eo bonum quod ſe habere credebat: quo pꝛiuatus factus
eſt capax ingreſſus ſathane in ipſum. Dicūt autem aliqui.
Ita ne meruit panis poꝛrectus de menſa chꝛiſti: vt poſt il
lum intraret in diſcipulum ſathanas? Quibus reſponde-
mus hinc potius nos doceri ꝙ ſit cauendum male accipe
re bonū. Si enim coꝛripitur qui nō dijudicat. i. ad Coꝛ. xi.
hoc eſt/non diſcernit a ceteris cibis domini coꝛpus: meri-
to a dn̄o dānatur qui ad eius menſam fingēs ſe amicū ac-
cedit inimicus. ad hec de conſe. diſt. ij. et ſancta. ſicut etiam
tētauit ſathanas Ananiā et Saphyꝛam: vt de pꝛecio agri
venditi Petro apoſtolo mentirentur: et ab eo necarētur.
Act. v. xxiij. q. viij. legi. ⁊. c. petrus. Iſte eſt ille inimicus ho
mo: quia hominem decipit: qui ſeminat inter triticum bo-
narum cogitationum quas immittit dn̄s zizania turpiū ⁊
Orationis vires. vitioſarū affectionū et intētionū. Mat. xiij. ℂ G Iſte
enim aduerſarius ſathā maxime pſalmoꝛum et oꝛationis
tempoꝛe ſeruos dei nititur impedire: quia nil eum ſic per-
cutit/ſic eneruat/ſicut oꝛatio coꝛam deo. Ignita enim oꝛa
tio et fidelis ignis demonū eſt: ⁊ victoꝛia cōtra eos. xxxvi.
diſt. ſi quis. Ibi enim coꝛā tribunali chꝛiſti deuota anima
aduocat contra eos; impugnat eos; allidit eos; incendit
eos: detinet eos: diſcooperit eos. ſic Publius monachus
oꝛans continue decē diebus miſſum demonē a Ceſare Ju
liano apoſtata in occidentē detinuit ne tranſiret. ſpiritus
demones ab oꝛatione que fit in ſpiritu repelluntur: ſubti-
lioꝛes enim demones et robuſtioꝛes oꝛatione pēnata pel-
lūtur. Mat. xvij. et Mar. ix. ibi. Hoc autem genus nō eij-
citur niſi oꝛatione ⁊ ieiunio ⁊c. vbi Remigius. Oꝛatio in-
telligenda eſt generalis que in pijs et bonis operibus cō
ſiſtit. de qua dicit apoſtolus. Sine intermiſſiōe oꝛare. i. ad
Theſſa. v. xxxj. diſt. tenere. et. c. ſi laicus. Idem Mar. ix. et
Luc. xviij. Opoꝛtet ſemper oꝛare. penne autem oꝛationis
que faciunt eam volare: ſunt ieiuniū et eleemoſyna. vnde
Iſidoꝛus. Facilius per ieiuniū oꝛatio penetrat celos. Itē
Chꝛyſ. Infirma eſt oꝛatio que eleemoſynarū largitate nō
eſt munita. vnde Heſter. xv. Heſter oꝛatura regem Aſſue-
rum induta habitu regio cū duabus famulis intrauit ad
ipſum Heſter que interpꝛetatur eleuata: ſignificat animā
deuotam: que eleuat ſe interius cōtra ſe: et quia etiam in-
terpꝛetaꝛ abſcōdita: que eſt oꝛatio que ſe occultat. Mat.
vj. Oꝛa patrem tuū in abſcondito. Tob. xij. Bona eſt oꝛa
tio cum ieiunio et eleemoſyna. Sic a Moyſe oꝛante vinci
tur Amalech. Exo. xvij. xxxvi. diſt. c. vlti. a Judith Holofer
nes. Judith. xiij. A machabeis hoſtes. vt in lib. Macha.
legitur. ab Heſter inimici iudeoꝛū maxime Aman. Heſter
vij. a magno Antonio egyptio et Bartolemeo apl̄o de-
mones. a Petro et Paulo Simon magus. vt in legenda
eoꝝ dicitur. Et hec eſt ratio pꝛincipalis quare etiam fideli
ter et deuote oꝛantes magis ꝙ alio tempoꝛe vagationes
ſentimus: quia a demonibus tūc amplius impugnamur.
ℂ H Et nota ꝙ ante introitū officij pꝛemittimus ver.
Deus in adiutoꝛium meum intēde. pſ. lxix. de quo. vij. q. i.
§. hec aūt. q: ſicut dicit gloſ. ſup p̄dicto ver. hic verſiculus
ante omnes hoꝛas in initio dicitur: q: quum oꝛare debe-
mus: maxime tunc tentare nititur diabolus: vt muſce mo
rientes perdāt ſuauitatē vnguēti. Eccl̄s. x. quare ante om-
nia cōtra illius inſultus auxilium a dn̄o poſtulamus. Sȝ
ſi impugnamur: ſignū eſt ꝙ pugnamus/ſm Climacū/ma
xime in oꝛatione q̄ pꝛegrandē habet laboꝛem ⁊ pugnam.
vera igiꝛ oꝛatio/vera eſt chꝛiſti cōfeſſio. veri em̄ oꝛatoꝛes
veri cōfeſſoꝛes. Quis enim vere cōfitetur deū creatoꝛem
redemptoꝛem/gubernatoꝛē/remuneratoꝛē/condēnatoꝛē
pꝛofectoꝛē/⁊ defenſoꝛem/adiutoꝛem/cōfoꝛtatoꝛē/libera-
toꝛē/boni inſpiratoꝛē/⁊ tādem gloꝛificatoꝛem: niſi qui eū
oꝛat in ſpū ⁊ veritate. Jo. iiij. Quis em̄ cognoſcit ſe ⁊ de-
um: niſi oꝛans ſpū. quis deū ſentit: quis in eo cōfidit ⁊ ſpe
rat: credit ⁊ amat: ⁊ regratiaꝛ: niſi oꝛans mētaliter. Que
magis cōfeſſio: ꝙ cōtinua oꝛatio: pꝛeſſum acidia ⁊ doꝛmi-
tatione ⁊ pugna nō recedere a deo: ſed cum eo colluctari.
hec dei latria/dei glīa/gemitus/planctus/doloꝛes coꝛam
eo/⁊ ſancta ſuſpiria ⁊ ſingultus. I

Sed de cōfeſſione reali operiſquid dicamus
hodie: niſi quod dicit Apl̄s ad Tiꝛ. i. labijs
me honoꝛāt ⁊c. Eſa. xxix. ⁊ Matth. xv. Cōfi-
tentur ſe noſſe deum: factis aut negant. Ne
gatur autē virtus p̱ vitium. ⁊ quoties bonū
agimus: cōfitemur deum. ⁊ quoties malum: toties deum
negamus. xi. q. iij. exiſtimant. xxi. q. v. cauete. vn̄ Bern̄. Pu
tas ne filium dei reputat ieſum quiſquis homo ille eſt/q̄
nec ipſius terretur cōminationibus: nec attrahiꝛ pmiſſio
nibus: nec pꝛeceptis obtempat: nec cōſilijs acquieſcit: nō-
ne talis noſſe ſe deum fatetur: factis aūt negat. vn̄ ⁊ domi
nus ad opera nos remittit. Jo. x. Si mihi non vultis cre-
dere: operibus credite. ⁊ Ja. ij. Oſtendam autem tibi ex
operibus fidem meam. vn̄ ⁊ ibi diciꝛ. Fides ſine operibus
moꝛtua eſt. de peni. di. ij. ſi enim. ⁊ ex de ſacra vnc. ca. vnico.
§. refert. ad Ro. ij. vbi de hoc. Tota hodie dei eccleſia in
omni ſtatu plena eſt verbis ſterilibus: et quibuſdam exte-
rioꝛibus cerimonialibus apparentijs. nam quicquid pꝛe-
dicent religioſi ⁊ clerici et cantent et celebꝛent et legant
alijs; nullus eoꝝ ſatiatur honoꝛibus; impletur pecunijs:

repletur comessationibus. exulat puritas. malitia triumphat. mendacium inundauit. auaritia in capite omnium. ad literā impletū est. Amos.ix. id est in prelatis. qui sunt capita alioꝝ. Amos.vi. Optimates capita pplorꝝ.i. Regū xv. Nōne quū paruulꝰ esses: in oclis tuis caput tribubꝰ israel factus es. vel in capite.i. in mente. ex de sacra vnc.c. vnico. §. refert. quia radix est auaritia in cordibus et mentibus omniū. Hiere.vi. A minori quippe vsqꝫ ad maiorem oēs auaritie student: et a propheta vsqꝫ ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. et Hiere.viij. A minori vsqꝫ ad maximum oēs auaritiā sequūtur. A ppheta vsqꝫ ad sacerdotem cūcti faciunt mēdacium. Pudicitia vix inuenit. Superbia dilatauit soliū. Nedum recessit humilitas a cordibus quasi omniū: sed nec agnoscit quid sit. Est autem humilitas sm Bern. virtus animi in nullo se preferens: nihil boni sibi adscribēs: exterius etiam deiectionis habitū deferēs.i. ad Coꝝ. iiij. Quid habes qd non accepisti? Regnat crudelitas. Pietas non apparet. Pro obolo negat deus. Spes in celestibus non est. Unusquisqꝫ se diligit carnaliter. sm illud.ij. ad Timo.iij. Et erūt homies seipos amātes. Prudētia spūs soliuaga incedit. Prudētia carnis q est mors. Ro.viij. in curijs dñorum est. Temperantia est vbi copia non est. Somnus occupat totam noctem et partem diei. Fortitudo cedit tentationibus. Uilis et breuissima et vmbratilis oratio si qua est in peccato est. de peni.dis.iij. nihil profuit charitas.i. amor sui cōtra de peni.di.ij. charitas.iij. nūc semp excidit: sed vera nūqꝫ excidit.i. ad Coꝝ.xiij. nullꝰ pseuerat in bono incepto.vij.q.i. suggestū. Oēs manū posuūt ad aratrū et retro aspiciūt. de pe.di.ij. pēnata. Lu.ix. in fi. Luctꝰ in carnis gaudiū versus est. Zelꝰ paupertatis in aurū mutatꝰ est. Mā suetudo simulata crebras vindictas facit. Misericordia ad celū redijt: et ibi predestinatos expectat. Stabiliuit sedem infelix martyrium vitiorū. Cōfessores adulatores facti sunt. Obediētia cōcupiscētias suas sequitur. Eccli.xviij. Si prestes anime tue concupiscētias faciet te in gaudiū inimicis tuis. xlviij. dis. virum. Sensus peculei. vagantur p cāpos. mors per eos continue intrat. Hiere.ix. nec est q claudat ostium. Mat.vi. Sitis iustitie. Mat.v. in psecutionē proximi versa est discretio.s. carnis dicens Roma.xij. Rationabile obsequiū vestrū. Ephe.v. et nemo carnem suam odio habet. Esa.lviij. xxiij.q.ij. non ex. corpus impinguat et vētrem distendit. Innocentia contra naturam machinat dolos. Simplicitas colūbina.xvi.q.i. si cupis. vulpina astutia plena est. Ratio et intellectus captiui a sensualitate trahuntur. ex in clemen. de here. ad nostrū.§.ij. Sinteresis feruentiū in principijs in stoliditatem mutata est. Oēs cupiūt videri ab hominibus. Mat.vi. Uidere deū vix vnus desiderat. Luc.x. Mat.v. Xenodoxia.i. vana glia opit oculos oim: et oēs excecat. Tristitia scdm seculū multos peremit.ij. ad Coꝝ.vij. Tristitia de peccato non inuenit in terra. Animarū zelus. ex de custo. eu.c.ij. prelatos diffidat: qꝛ amor sanguinis in eis arcem constituit. Cōfessiones in hypocrisi fiunt. de peni.dist.i.§. cum ergo. vt ex premissis ante.c. peniter. et di.v.c.i. ad fi. ℣. Quia igitur cor cōfitentiū versum non est. de peni.di.i.c. cōuertimini. Omni die fit vocalis cōfessio: et omni die canis reuertitur ad vomitū: et sus ad volutabra luti sui.ij. Pe.ij. Prouer.xxvi. de peni.di.iij. qui sunt. Uere crebra cōfessio: et nulla correctio nec mutatio. sed dei irritatio et irrisio. de peni.dist.iij. irrisor. Jeiunium celebratur: et gastrimargia solennizatur. xliiij. dist.c.i. Multe campane pulsant. multe misse celebrantur. et multa crimina cumulantur. et multe iniurie deo irrogantur. Ordines conferunt: sed precio cōparantur.i.q.i. cum ordinaretur. Sacramenta pfanantur: et characteres vitiantur.i.q.i. quibusdam. Multi dicunt officium: sed omnes habent preputium. Gala. vlti. Quilibet timet si mundus ei subtrahitur: nullus timet si regno priuatur. Clericatus accipitur vt quisqꝫ sortem mūdi nanciscatur.xij.q.i. clericus. Nullus tonsuratur vt deo seruiatur. Curia Romana regum et principum clericis et religiosis plena est. ex de of.or. quāto. Ecclesie solitudine seruāt. O ecclesie derelicte. O ecclesie viduate. ex de elec. ne pro defectu. O ecclie a suis precipue rectoribus et ministris spoliate. O ecclesie violate.xvij.q.iiij. p totum. O ecclesie/proh nefas/stercoribus et immūditijs sordidate. ex de reli. et ve. sancto.c.ij. Sirene et herītij in vobis habitant. Altaria vestra discoopta manent. Sacramētalia nō reperiuntur in vobis. Quaterni dissigati et iā ceci in fenestris vestris a muribus corrosi stāt. Paramēta p nimia vetustate. de conse. dist.i. vestimenta. dirupta et sordidissima super vestra altaria remanent. Lumen in vestris habitaculis non refulget. Lampades extincte sunt. Mat.xxv. ex de offi. custo.c.i. Sartatecta diruta. ex de eccle. edi.c.i. Uix habetur candela psalmi breuis cerea vt cōpleat missa. de cele. mis.c. fi. et de of. sacer.c.i. Pixides hostiaꝝ araneis plene sunt. Calices stagnei: et aliqui plūbei pre vini erugine in eis impressa celebrātes ad vomitū prouocāt. de cō.di.i. et calix. Ostia vestra clausa sunt.xxi.di.c.i.℣. ostiarij. et.xxv. dis.c.i. ver. ad ostiariū. Rei ad vos cōfugiētes.xvij.q.iiij. p totum. ex de immu. eccle. inter. et c. vlti. ad vos intrare non possunt. Cur tanto tēpore tacuistis? Cur ad dñm amplius non clamatis: vt de his iam se vindicet? In his vitijs allegatis.s. que totam dei ecclesiā occupant/iura pauca allegaui: qꝛ notoria: neqꝫ accusatione neqꝫ alia pbatione indigent.ij.q.i. manifesta. ex de accusa. euidentia. ex de iureiuran. ad nostram.

¶ Articulus.li. A

Ex quo spōsa christi

alma ecclesia cōfessores paucos germinas: quero abs te vtrum hoc tēpore gignas anachoritas et eremitas assisterios/et solitarios veros/qui soli deo sedeant et taceāt? xvi.q.i. placuit.ij. et leuent se supra se. Threñ.iij. Qui edificent sibi solitudines: qui expectent mortē quasi effodientes thesaurū: qui gaudeāt vehementer quū inuenerint sepulcrum. Job.iij. qui errant in solitudinibus: qui habitēt in sepulcris. ps.xlviij. Sepulcra eoꝝ domus illoꝝ in eternum. et in cauernis terre. qui circūeāt in melotis et in pellibus caprinis. Heb.xi. qui ciuitates nō ingrediātur. facit.xviij.q.ij. quidam. sicut de se dicit dñs per prophetam Ex.o.xi. qui socij sint ferarū et strutionum. Job.xxx. qui diem hominis nō desiderent. Hiere.xviij. qui vocē exactoris.i. ventris.i. non sint gulosi. sm Grego. in mora. non audiant. sm Job.iiij. Qui mollibus induātur. Mat.xi. circa prin. et Luc.vij.xxi.q.iiij.c.i. in fi. qui luctuosi et tristes sint. Mat.v.xvi.q.i. monachus. et c. placuit. in quorum maxillis lachryme sint. qui de labore manuum suarum viuant.i. ad Coꝝ.xi.i. Thessa.iij. et.ij. ad Timo. vlti. et Ephe.iiij.i.q.ij. sacerdos. de cōse. dist.v. nūqꝫ. et panem otiosum nō māducent. Prouer. vlti. sed in sudore vultus sui vescant pane suo. Gen.iij. Sed o vidua mater ecclesia domina gētiū multos habes sarrabaitas perpaucos anachoritas. de quibus.xvi.q.i. qui vere. et legitur et no.xxvij.q.ij.§. ecce qꝫ. et in glos. dicūt plurimos gyrouagos.xvi.q.i. monachi vagātes. perpaucos solitarios et cellesassisterios. de quibus.xxvij.q.i. si quis rapuerit. et ex de de. nō resi.c. penul. Istis enim vltimis temporibus hypocritalibus plurimi maxime in Italia et Alemānia et Prouincia prouincie vbi tales Begardi et Beguini vocātur: nolentes iugū subire vere obedientie: sed libertate noxia potiri: nec seruare regulā aliquam ab ecclesia approbatā sub manu preceptoris: et ducis legitimi. vocati fratricelli. Alij de paupere vita. Alij apostolici. aliqui Begardi: qui ortū in Alemānia habuerunt specie tenus: et quantum ad hominem exteriorem mundo renuntiare videntur: et dicentes religiosos ab ecclesia approbatos promissas regulas non seruare/durante primo feruore deserta domestica penetrāt. Soli sedent: vel pauci simul. Paupertatem seruare videntur. Abstinentijs se macerant: sed ventrē replent. Disciplinē operam dant: sed deficiente feruore quasi post

annū sedēt sub vmbra iuniperi. Jone.iiij. cuius cinis ignē
vsq; ad annum cōseruat. habita occasione de petēda He-
liani elemosyna: quam nequeunt petere nisi religiosi mē
dicantes ab ecclesia approbati.ex de reli.domi.religionū.
lib.vi.et inferius declarato. Uagari incipiūt. Ad hoies se
conuertunt. Laborare refugiunt.q: panem otiosum inue
niunt. Familiaritates maxime feminarū nunc spiritualiū
nunc aliarum accipiunt.xviij.q.ij.diffinimus.⁊.c. pernicio
sam.eis predicant.contra id ex de hereti.cū ex iniuncto.de
deo loquuntur:dulces sermones proferūt.ij. ad Timo.iij.
Roma.vlti.Simplices se ostēdunt. Per domos domino-
rum et viduarum conuiuātur. Otio vacāt.ij.Thessa. vlti.
dictis et enumeratis aliquot pater noster: reliquo tempo
re aut pedes in commotionem dant:aut in suis cellis dor
mitant. Quid dicā pia mater ecclesia de talibus? quod di-
cunt sancti patres diuinitus inspirati: sicut dicit Piamon
in collatione de tribus generibus monachorum.in li. Jo.
cassi. qui vocatur collationes patrū. ꝙ istud est genus te-
terrimum et infidele monachorum in vera hypocrisi cōsti
tutorum:et noxia illa plantatio rediuiua que per Ananiā
et Saphyram in exordio ecclesie pullulans/apostoli Pe-
tri seueritate succisa est. Act.v.xxiij.q.viij.legi.et.c. petrus
qui. Beat⁹ apostolus predictos noui facinoris principes
non penitentia.nō vlla passus est satisfactione curari: sed
perniciosissimum germē clerici morte succidit. Jllo igitur
exēplo quod in Anania et Saphyra apostolica districtio-
ne punitum est/nonnullorum contemplatione paulatim
lōga incuria et temporis obliteratione subtracto: emersit
istud sarrabaitarū genus: qui ab eo ꝙ semetipsos a ceno-
biorum regularium sub obedientia viuentium congrega-
Sarra-baitarū appella-tio. tionibus sequestrarent: ac sigillatim suas curarēt necessi-
tates: egyptie ligue proprietate sarrabaite dicunt. hucusq;
Piamon. Et vt eorum secta pessima confundatur:sciāt se
in nullo ordine viuere:nec in aliqua sancta vocatione ma
nere.j.ad Cor.vij.c.ex de regula.licet.in pn. ab ecclesia ap
probata. Et hoc ideo precipue quia cōtra ecclesie sanctio-
nes et cōcilia generalia/statum et regulam et religionem
sibi confingūt: nolentes vnam de approbatis ab ecclesia
regulam profiteri: neq; sancti Basilij epi Cesariensis. de
qua.xviij.q.ij.diffinimus. nec sancti Augustini mūdi lumi
nis:de qua ex de sta.re.quod dei. nec sancti Benedicti:de
qua.xvj.q.j.sunt nōnulli.xx.q.iiij.c.si. ex de sta.mo. cum ad
monasterium.ex de regu.super eo.nec almi Frācisci prece-
ptoris minorꝫ:de qua ex de ver.signi.exijt.li.vj. ⁊ in clemē.
eo.ti.exiui.ad hoc de cōse.dist.j.ecclesia.i.catholicorꝫ colle-
ctio.ex de reli.domi.ne nimia.⁊.c.religionū.lib.vj.ff.de col
legi.illi.l.iij. Et si aliqui de predictis gyrouagis aliquā re-
gulam de prenominatis seruare se dicant: quia tamen ex-
tra congregationes promittentes predictas regulas sub
prelatis legitimis tales acephali viuunt:nūq̄ in veritate
viuere possunt.vt preal.c.religionum. quia fundamēta re
ligionum vera obedientia est.vnde dn̄s Math.xvj.et.x.
Marc.viij.Luc.ix.⁊.xiiij.Si quis vult post me venire:ab-
neget semetipsum ⁊c.xij.q.j.non dicatis.et ps̄.lxv. Jmpo-
suisti homines supra capita nostra.xix.q.iij.statuim⁹. Con
tra istos sarrabaitas sunt expresse capitula. xviij.q.ij. qui-
dam cellulas.c.nullus.c.perniciosam. Dare enim pro deo
temporalia magnum est: dare in crucifixionem carnē pro-
priam maius est: sed semetipsum sub manu prelati et obe
dientie dare et abnegare(quod est maximū) viri religio-
si est.viij.q.j.sciendum est. Et ideo patres dixerunt ꝙ mo-
nachus fornicans adhuc monachus est:proprietatem ha
bens adhuc monachus est:sed inobediēs monachus/mo
Obediē-tia reli-giōis fū-damētū. nachus non est. ¶ B Magis est enim fundamentum
religionis et stabilimentum obedientie vinculum q̄ casti
tas et paupertas: quia sine obedientia impossibile est ve-
ram religionem posse fundari.ex de sta.mo.cum ad mona
sterium.§.abbas.de maio.et obe.cū in ecclesijs.§. ideoq;.
et.c.legebat.xvij.q.ij. abbates. ¶ C Nec potest esse ve-
ra et perfecta religio: vbi non est sui abnegatio: ⁊ alteri su

perio:i subiectio. Unde et tales religiosi fictivere acepha
li possunt dici.xciij.di.nulla.et facit quod no.xvj.q.j. qui ve
re.in glo.ij. Et ideo filius dei factus obediēs vsq; ad mor
tē. Phil.ij. exemplum obediētie nobis prebens ait Mat.
xxvj. Mar.xiiij.Luc.xxij. Uerūtamen non mea voluntas/
sed tua fiat.vbi Dionysius Alexandrinus sexto. Perfectā
volūtatem patris quam ipse nouerat petit sortiri effectū:
que eadem est et sua sm deitatem. Renuit autem impleri
humanam voluntatem: quam dicit suam/paterna volun
tate minorem. Jtem ibi Athanasius. Geminum enim hic
velle ostendit: alterum quidem humanum: qd est carnis.
alterum vero diuinum.humanitas enim ob carnis fragili
tatē recusat passionē:sed diuinus eius affectus affectans
eam subijt: eo ꝙ non esset possibile eum detineri a morte.
Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.ps̄.xv. et
Act.ij. Jtem Greg. Nissenus. Apollinaris hereticus asse-
rit ꝙ christus nō habuit sm terrenam naturam propriam
voluntatem: sed solum in christo est volūtas dei qui de ce
lo descendit: quia dicebat christum corpus sine anima as-
sumpsisse.xxiiij.q.iij.quidā.versi.apollinariste. Dicat ergo
quam volūtatem vult.preal.c.Luc.xxij.dn̄s nequaq̄ eue-
nire.neq; enim deitas aufert propriam volūtatem. Jtem
ibi Beda. Appropinquans etiam passioni saluator infir-
mātium in se vicem sumpsit: vt quum hoc imminet quod
fieri nolumus: sic per infirmitatem parati simus/vt volū-
tas conditoris nostri contra nostram voluntatem fiat. Et
iterum Jo.vj. Quia descendi de celo non vt faciam volū
tatem meam: sed volūtatem eius qui misit me patris. vbi
Aug. Propria enim anima a deo exijt: quia superba erat:
superbia eīm eiecti sumus: ⁊ humilitate regredimur. Me
dicus enim quando egritudinē discutit: si curet quod per
aliquam causam factum est: ⁊ ipsam causam non curet: ad
tempus videtur mederi: sed causa manente morbus repe
titur: vt ergo causa omnium morborum curaretur.i.super
bia: descēdit: et humilis factus est filius dei. Quid super-
bis homo? filius dei propter te humilis factus est. Pude-
ret te forsan imitari humilem hominē: saltem imitare hu-
milem deum. hec est enim cōmendatio humilitatis/Non
veni facere voluntatem meam ⁊c. Superbia quippe facit
voluntatem suam: humilitas voluntatem dei. Jdeo ergo
qui ad me venit non eijciam eum foras: quia non veni fa-
cere voluntatem meam. Humilis veni humilitatem doce
re. qui ad me venit: incorporatur mihi: et humilis fit. quia
non facit voluntatem suam: sed dei. et nō eijcietur foras:
quia quum superbus esset: proiectus est foras. Ad me ve-
nire nō potest nisi humilis. Non mittitur foras nisi super-
bia. Qui seruat humilitatem: nō labitur a veritate. Jtem
ibi Hilarius.iij.de trini. Nō igitur hoc dicit quia faciat qd
non velit: sed obediētiam suam sub effectu paterne volū-
tatis ostendit/volens ipse voluntatem patris explere. Et
iterum. Descēdit cum eis in Nazareth: et erat subditus il-
lis: scꝫ Joseph et Marie matri. Luc.ij. vbi Orige. Disca-
mus igitur ⁊ nos filij parētibus nostris esse subiecti. Et si
patres non fuerint: subijciamur ijs qui patrum habēt eta
tem. Jesus filius dei subijcitur Joseph et Marie. ego nō
subijciar epo qui mihi cōstitut⁹ est pater? puto ꝙ intellige
bat Joseph ꝙ maior se erat iesus: et trepidus moderatur
imperium. Uideat ergo vnusquisq; ꝙ sepe qui subiectus
est maior fit. qd si intellexerit: nō eleuabitur superbia qui
est sublimior dignitate: sciens sibi meliorem esse subiectū.
Jtem ibi Basilius in lib. religionum. Ab ipsa autem pri-
meua etate parētibus obediens quelibet laborem corpo-
reum humiliter et reuerenter sustinuit. Quum enim parē
tes homines essent honesti ⁊ iusti: egeni tamen et necessa
riorum penuriam patientes: teste presepi partus venerā-
di ministro: manifestum est ꝙ sudores corporeos cōtinue
frequentabāt necessaria sibi inde querētes. Jesus autem
obediens illis/vt scriptura testatur/etiam in sustinēdo la
bores subiectionem plenariam ostēdebat. Jtem Ambro.
Et miraris si patri defert: qui subijcitur matri? non vtiq;

infirmitatis/sed pietatis est ista subiectio. attollat licet caput hereticus: vt alienis auxilijs asserat eum qui mittitur indigere: nũquid humano egebat auxilio vt materno seruiret imperio? Deferebat simulato patri: et miraris si deo detulit. an homini deferre pietatis est: deo deferre infirmitatis? ¶ Item ibi Augu. O potentia/o humilitas. Subditus est parentibus cui seruiũt angelorum exercitus. Item ad Heb. v. Et quidẽ quum esset filius dei: didicit ex ijs que passus est obedientiam: et consummatus factus est omnibus obtẽperãtibus sibi causa salutis eterne. ¶ D Qui autem in ecclesia primitiua conuertebantur viri religiosi erant: et sic omnes perfecti/ꝙ vix tempore sanctorum monachorum et anachoritarum etiam perfectorum aliqui sic perfecti inueniri possent: sicut pbat collatio Piamonis in lib. collationum Io. cassi. et tamen vxores communiter habebant: etiam apostoli aliqui: sicut patet de Petro Luc. iiij. et de Philippo apostolo: et alio Philippo vno de septem diaconibus. Act. xxj. et v. c. de Anania et Saphyra. et. xxxj. dist. omnino. Sed sub obedientia primo apostolorum/deinde septem prepositorum quos elegerant. Act. vj. viuebant: a quibus postmodũ monachi descẽderũt: vt describit collatio ante dicta. et colligitur. xij. q. j. quia tua. vnde et ista duo substantialia/viuere sine proprio/et caste/ ecclesia sancta religiosis indixit. ¶ E Quare ex causa magna legitima papa posset in his duobus cum aliquo dispensare. vt no. Inno. ex. de sta. mo. cum ad monasteriũ. §. si. et dixi de hoc late. s. in prima parte istius operis: vbi posui casus in quibus dispensant Romani pontifices. §. iterum de dispensatione. ver. item quidam dixerunt. in ar. xlvj. Sed si cum aliquo religioso papa super obedientia dispẽsaret: loco prelati succederet ei papa/nedũ generalis sed specialis prelatus. ¶ F Nullus enim in hac vita sic imitatur christum sicut circulum aureum: id est obedientiã in collo portans. sicut apparuit in visione cuidam sancto patri ostẽsa: vt legitur in vitis patrum. Sine vera enim viuentes obedientia et in sensu proprio/in canone sicut dictum est acephali iudicãtur. xciij. dist. nulla. vnde et sancti Benedicti monachi de castitate et expropriatione in sua professione mẽtione non facta/stabilitatem loci et obedientiam simpliciter repromittunt. ar. in ijs que legũtur et not. ex. de ma. et obe. legebatur. In qua tamen professione et promissione intelligunt se caste et sine proprio debere viuere profiteri. vt ex. de regu. super eo. et preal. c. cum ad monasterium. §. finali. ¶ G Quis enim vnꝙ superbiam proprij cordis potest expellere: ꝙdiu in sensu proprio et voluntate viuit? Quis enim vnꝙ veram humilitatẽ adeptus est: nisi per obediẽtiam superbiam depellentem? opti. argu. de peni. dis. ij. c. j. Et ideo dicit Bernar. Nihil in inferno regnat nisi voluntas propria. et ideo lucifer Belial qui interpretatur absꝙ iugo: quia sub iugo dei noluit permanere: in baratrũ demersus est. vnde Luc. x. Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadẽtem. xvj. q. ij. visis. de peni. dist. ij. si enim. et eũ imitantes filij Belial dicti sunt. i. absꝙ iugo. j. Reg. x. Et quia iugum rumpunt isti pseudo eremite: ideo ruptis vinculis in deserto a demone agitantur. Luc. viij. ¶ De obediẽtia plenissime tractaui. j. in. §. tertius error. lij. ar. et. §. et secundum eorum vitium. lxviij. ar. et. lxvj. ar. fere per. xx. chartas. Et quia obedientia ligati non sunt/pro libito comedũt: et bibunt: surgunt: et ambulant et ex occasione libertatis: quia corrigi nõ timent: nec per hominem visitari nec excitari: communiter poltronizant. vulgare est italorum. i. vitam pinguem volũt cũ libertate et sine labore: dediti somno et vagationi continue: et pro leui commotione subortã loca in quibus habitant dimittunt: et abinuicẽ se diuidũt: et sicut passeres insolentes de monte in montem transmigrãt. ps. x. et torpore et tepore letheo tepefacti cum curtis capitijs et repeciatis: et cũ amictibus et habitibus quos sibi contra ecclesiam inuenerunt: discurrunt per mũdum. Et quia circa ieiunia et orationes et obseruationes regulares domino non promiserũt: sed quod faciunt de specie boni/et libertate ppria faciunt: ideo recedẽte primo igne forsan diuino qui eos vrebat: peiores ꝙ frigidi essent in seculo: quia tepidi recedẽte calore: ab ore dominico euomũtur. Apoc. iij. speciem quidem sanctitatis habentes/virtutem autem abnegantes ad literam. ij. ad Timo. iij. in sua hypocrisi se et mundum decipiunt: nam eorum prima abstinentia in gastrimargiã vertitur: paupertas in peculiũ: vigilia in somnolentiam: silentium in multiloquium/maxime sub specie loquendi de deo: simplicitas in malitiam: solitudo in consortium et familiaritatem seculariũ et mulierum. Eorum etiã aliqui in ciuitatibus et villis/alij prope habitant: et a secularibus de die in diem conuiuia recipiunt sub specie charitatis. xliiij. dist. cõuiuia. cõmatres et compatres sibi faciunt. contra id de conse. dist. iiij. nõ licet abbati. et c. seq. Ambaxatas. i. legationes faciũt et referũt. De animarũ cõsilijs presumptuosi idiote se intromittũt. contra id ar. ex. de eta. et quali. cũ sit. De peregrinatione in peregrinationẽ discurrunt: quia acidia eos de cella expellit: quam quum sic credunt expellere sub specie boni peregrinando per mundũ per sanctos: tunc eam amplius nutriunt: quia nũꝙ acidia expellitur: nisi per continuationẽ celle et violẽtiam sibi factam. Mat. xi. Regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. Nam acidiosus si cõtra acidiam exeundi de cella solatium querat: ad horã corpus solatium sentit: sed parũ post ad exeuntem fortior redit: more febricitãtis qui per haustũ aque frigide aliquod refrigerium sentit: sed post paululum febris contra eũ fortior inualescit: vt dicũt patres. ¶ H Verus enim peregrinus mundo est in cella residens/et silentium seruãs/et lugens. et talis vere cõsequitur remissionem culpe et pene. Alij peregrini per mundũ discurrentes/quod lucrãtur in indulgentijs cõmuniter perdunt in vagis sensibus et mũdi delectatiõibus. Et ideo Macharius solitario acidioso conquerenti sibi ꝙ nil boni in cella poterat facere pre tedio et mentis ariditate/respondit. Comede et bibe et dormi quantũvis: tantũmodo extra cellam non exeas. Et dic tẽtatori suggerẽti tibi de cella recedere. Istos muros celle custodio propter deum: continuatio enim celle facit eremicolam ad suum redire ordinem. Idem etiam Macharius tẽtatus de cella recedere/se in limine ostij celle in modum crucis proiecit: et ait clamãdo. Demones: si potestis trahite me extra cellam: quia per me non intendo exire: et sic vsꝙ ad vesperam mansit: et surgens dixit demonibus. Postꝙ extra cellam me trahere non potestis: nec ego exibo. Alter pater tentatus de cella exire/ait sibi. Sustineamus hodie propter deum: et cras poterimus recedere. adueniente die altera iterum dixit sibi. et hodie etiã propter deum sustineamus ne recedamus: et sic de die in diem dicẽdo cras recedã: et adueniente die altera se violentans ad non recedendum per nouem annos mansit in cella: et tũc cessauit tentatio recedẽdi. vnde et Antonius magnus dixit. Sicut piscis extra aquam viuere nõ potest: sic nec monachus extra cellam. Idem dicit Eugenius papa. xvj. q. j. placuit. ij. Et idem Antonius ait. Moyses quum erat in monte: cũ domino loquebatur. quum descẽdebat de monte: cum populo. xxxvj. dist. c. si. sic et monachus in cella cum deo loquitur: extra cum demonibus. vnde Bernar. ad fratres de monte dei dicit ꝙ cella dicitur a celo: quia de cella itur ad celum. Et alter pater dicebat ꝙ si gallina dimittit oua calida: nõ exibunt pulli. sic qui dimittit cellam: fructũ non facit. et sicut arbor que sepe transplantatur fructũ nõ facit: sic monachus migrans de loco ad locum: quia non mutatur tentatio etsi mutetur locus: aliquoties tamẽ valet loci mutatio. lxxxj. dist. valet. quia locus de se nec nos coniungit deo/nec disiungit. xl. dist. non loca. et c. quelibet. quia diabolus aquila velocior. Thren. iiij. circũuolãs vbilibet tentare paratus est. j. Pet. v. Vigilate: quia aduersarius vester diabolus tãꝙ leo rugiens circuit querẽs quem deuoret: cui resistite fortes in fide. et habetur. iij. q. j. c. nulli. vj. q. j. §. verũ. tãgitur. xxv. q. j. c. v. in prin. Et ideo pugna vbilibet

Peregrinari dedecet eremitã.

necessaria est et sufferentia in tentationibus adhibenda: quia beatus vir qui suffert tentationem: scꝫ non consentiẽdo/non recedendo. de hoc de peni.dist.ij.si em̄. et Jaco.j.

Egypti disciplinā. et Apl̄m dicentē/ qui nō laborat nō mā
ducet.ij.ad Thessa.vlti.ad Ephe.iiij. de cōse.dist.v.nūq̄.
Item de eo legitur q̄ quum vadēs per mūdū ad insulam
peruenisset: in deserto agello manēs/lignorum quotidie fa
scem colligēs/imponebat dorso: quo venūdato sibi alimo
niam et ijs qui forte veniebāt ad eū/ pauxillū panis eme
bat: q: nec fragmē panis a quoq̄ accepit. Itē quum Ma
charius maior venisset ad Antoniū: et loquerētur sero de
humilitate animarū: et operarētur: vidēs Antonius ma
gnū opus plectarum qđ fecerat Macharius/admiratus
est: et osculatus est manus eius dicens/Multa virtus de
manibus istis egredit᷑. In monasterio Euticij narrat Gre
go.in dialo. erāt antiquarij libros scribentes: ⁊ ipse abbas
Euticius in valle fenum secabat: ⁊ falcem fenariā in collo
deferēs veniebat. Omnes etiā monachi de vita manibus
cōficiebant linteamina: ex cuius operis emolumēto nulli
eorū quicq̄ deficiebat ad vitā. Regula data Pachamio
ab āgelo dicit. Permittas vnicuiq̄ vt tātū quātū possit ⁊
cibi sumat et potus: et iuxta manducantiū et bibentiū vi
res paribus quoq̄ eos operibus subiugabis. Et neq̄ queq̄
ieiunare vel manducare phibeas: ita tamē vt fortioribus
et magis edentibus semper onus grauius iniungas. In
firmiores autem et vere monachi ad operandū leuius vr
geantur. Philorhonius monachus ex quo gratiam ba
ptismi suscepit: sine causa se alterius vsum pane nesciuit:
et ex laboribus proprijs elephantiosis.cc. solidos dedit.
Ciconius presbyter nūq̄ de solitudinibus egressus est p
xl.annos fungens officio sacerdotis: nec nisi pprio opere
et sudore quesitum attigit panē. Venerūt quidā patres
ad quēdam leprosum vt darēt ei eleemosynam: ille nō ac
quieuit accipere/ dicens. Ecce modicas palmulas habeo
quas operor: et facio plectas ex eis: et māduco panē. Et

iterum venerunt ad domū cuiusdā vidue que habebat fi
lios: ⁊ quum pulsarent ostiū: cucurrit filia nuda ad ostiū:
mater vero ierat ad opus: erat em̄ candidatrix: et dabāt
filie eius vestimētum et nūmos: ipsa autē nolebat accipe
re dicens venisse matrē suā et dixisse sibi/cōfide filia: quia
noluit deus: et inuenio opus qđ facio hodie vnde habea
mus victū nostrū. Et quum venisset mater eius: rogabāt
eam vt eleemosynā acciperet: ⁊ noluit dicens. Ego habeo
curatorē deum meū: ⁊ vos vultis eum tollere a me hodie.
Illi autem agnoscentes fidem eius glorificauerunt deū.
Ista etiam duo exēpla proxima posui.j.in.§.nūc vero.ver.
quidam.cū seq.in ar.liiij. Iterū dixit senex.Surgens ma
ne dic ad teipsum. Labora corpus vt pascaris.sobria esto
aīa vt apprehendas hereditatē. hoc de vitis patrū et col
lationibus intuli. Et recusantes hodie manibus laborare cō
fundantur: et timeant mortem panem comedētes otiosi:
q: scribitur Prouerb.vlti.Et panem otiosa non comedit:
et date ei de fructu manuum suarum.Et Hiero.in canone
de cōse.dist.v.nūq̄.dicit. Semper aliquid facito: vt te dia
bolus inueniat occupatū: ⁊ sequitur ibi.Si apostoli habē
tes potestatē de euāgelio viuere/ laborabāt manibus suis
ne quē grauarēt: et alijs tribuebāt refrigeria quorum pro spi
ritualibus debebant metere carnalia.j.Cor.ix. ex de pres
scrip.cum officij.de censi.cū apostolus.cur tu in vsus tuos
successura non preparès? vel fiscellam texe iunco: vel cani
strum lētis plecte viminibus: seratur humus: areole equo
limite diuidātur: in quibus quum olerum iactata fuerint
semina: vel plante per ordinem posite: aque ducantur irri
gue. Inserātur fructuose arbores vel gēmis vel surculis:
vt paruo post tēpore laboris tui dulcia poma decerpas.
Apū fabrica aluearia ad quas te mittūt Salomonis pro
uerbia.xxantur quantū ad sententiā. Prouerb.xxiiij.ibi.
Comede fili mi mel: quia bonum est. quātum ad literā in
ecclesiastico dicitur Ecclesiasti.xj. Breuis in volatilibus est
apis ⁊c. lina capiendis piscibus. scribantur libri vt et ma
nus operetur cibos: et anima lectione saturetur. In desi
derijs autem est omnis otiosus. Prouerb.xxi. Egyptiorū
monasteria hunc morem tenent: vt nullum absq̄ opere ⁊
labore suscipiāt: nō tam propter victus necessaria/q̄ pro
pter anime salutē: ne vagentur peruersis cogitationibus
et ad instar fornicantis israel omni transeunti diuaricent
pedes suos.xxxij.q.v. paulus. in fine. hucusq̄ Hiero. scri
bens ad Rusticum monachū ⁊ per eum alios monachos
instruens.vt dicit in fine.c.predicti. Item ibi Hierony.in
canone.xxi.q.j.quomodo.exponēs verbum Apostoli.j.ad
Timo.v.Vidua/inquit/eligatur non minus.lx.annorum
que fuerit vnius viri vxor: hoc est preceptum de eis viduis
que ecclesie pascuntur eleemosynis: et idcirco etas prescri
bitur: vt ille tantum accipiant cibos: que iam laborare nō
possunt.et.s. positum est. Itē Prosper in canone preall᷑.
j.q.ij.sacerdos.Quid est de euangelio viuere: nisi laborā
tem inde vbi laborat necessaria vite percipere? Qui ergo
in euangelio nō laborat: quomodo potest eleemosynam
recipere: quam tamē Paulus non recipit viuens de suis
laboribus? vt ibi dicitur.vt gyrouagis ⁊ pseudo religiosis
tolleret materiam mendicandi: et daret materiam laborā
di. vt superius est probatum. Preterea canon preallega.
lxxxij.dist.c episcopus. dicitur.Episcopus pauperibus vel
infirmis qui debilitate faciēte suis manibus laborare nō
possunt: vestitum et victum inquantum sibi fuerit possibi
le/largiatur. ergo a sensu cōtrario/si laborare possunt: nō
debent eleemosynam recipere. Item vere s̄m Augu. in
canone.v.q.v.non omnis. xxiij.q.iiij.nimium. vtilius esu
riēti panis tollitur: si de cibo securus iustitiam negligat:
quia iustum est s̄m Apl̄m.ij.Thessa.vlti. Qui nō laborat
non manducet: q̄ panis ei frāgitur: vt iniustitie seductus
acquiescat.i.ignauie ⁊ acidie: q: homo nascitur ad laborē.
Job.v.ergo iustum est vt laboret.vbi Bernar.Homo ad
laborē natus/si laborem refugit: nec facit ad qđ natus est:
ad qđ venit in mūdum; quid respondebit ei qui misit eū;

qui instituit vt laboraret? Itē super illud Mat. vi. Ideo
dico vobis ne soliciti sitis aīe vestre q̄d māducetis: nec cor-
pori vestro q̄d induamini. Aug. de heresibus. dicunt autē
Eutichide quidā heretici opinātes monachis nō licere su-
stētande vite sue causa aliquid operari: atqꝫ ita seipsos ꝓ-
fiteri vt oīno ab operibus vacēt. Itē Aug. de operib⁹ mo
nachoꝝ. Inquiūt enim. nō de hoc opere corporali in quo
vel agricole vel opifices laborant/ precepit apl's quū dice
ret. ii. Thessa. vlti. Qui nō vult operari nō māducet. Neqꝫ
euāgelio posset eē cōtrarius vbi ait dn̄s. Ideo dico vobis
ne soliciti sitis aīe vr̄e ⁊c. In verbo ergo apl'i predicto spi-
ritualia opera debemus accipere: de quib⁹ alibi dicitur. i.
Cor. ii. xix. di. scd̄m. ex̄ de deci. cū nō sit. Ego plantaui: apol
lo rigauit. Et ita se arbitrātur apl'ice ⁊ euāgelice obtēpera
re sententie: quum euangeliū credūt de non curāda corpo-
rali huius vite indigētia precepisse: et Apl'm de opere ⁊ ci
bo spūali intellexisse. Qui nō vult operari nō manducet.
Prius ergo demonstrare debemus Apl'm opera corpora
lia seruos dei operari voluisse. premiserat em̄ dicens. ii. ad
Timo. vlti. Ipi em̄ scitis quomodo oporteat imitari nos:
q̄m nō inquieti fuimus iter vos: neqꝫ panē ab aliquo gra-
tis manducauimus: sed in labore et fatigatione die ac no
cte laborātes: ne quē vestrū grauaremus. Nō quasi nō ha
buerimus potestatē: sed vt nosmetipsos formā daremus
vobis ꝙ nos imitaremini. Nā et quū essemus apud vos:
hoc denūtiabamus vobis: q̄m si quis nō vult operari: nō
manducet. Quid ad hoc dici potest: q̄n exēplo suo docuit
quod precepit. s. corporaliter operādo? Nā ꝙ corporaliter
operaret̄ ostēditur in actibus vbi dicit̄ Act. xviii. ꝙ mansit
cū Aquila et vxore eius Priscilla opus faciēs apud illos:
erant em̄ tabernaculoꝝ artifices. Nostra translatio sic ha
bet. Et q: eiusdē erat artis: manebat apud eos ⁊ operaba
tur: erant aūt scenofactorie artis. Et tn̄ Apl'o tāqꝫ predica
tori euāgelii/ militi christi/ plātatori vinee/ pastori gregis/
constituerat dn̄s. Luc. x. Mat. x. vt de euangelio viueret:
qui tamē stipendiū sibi debitum nō exegit: vt se formā da-
ret eis qui exigere indebita cupiebāt. Audiāt ergo qui nō
habēt hanc potestatē quā ille habebat: vt tātūmodo spiri
tualiter operātes/ manducēt panē a corporali labore gra
tuitū. Si aūt euangeliste sunt: si ministri altaris: dispensa
tores sacramētoꝝ: habēt hanc potestatē: si saltē habebant
aliquid in seculo quo facile sine opificio sustentarent hāc
vitā: qđ couersi ad deū indigentibus dispertiri sunt: ⁊ cre-
dēda est eoꝝ infirmitas ⁊ ferēda. Nec attendendū in quo
loco hoc qđ habebāt impēderint: quū oīm christianoꝝ sit
vna respublica. Sed qui veniūt ad professionē seruitutis
dei ex vita rusticana et ex opificū exercitio et plebeio labo
re: quominus operētur excusari nō possunt. Nullo em̄ mo
do decet vt in ea vita vbi senatores sunt laboriosi: ibi fiāt
opifices otiosi. Et quo veniūt relictis deliciis suis qui fue
runt prediorū dn̄i: adsint rustici delicati. At quum dn̄s ait
Mat. vi. Nolite soliciti esse ⁊c. nō hoc dicit vt ista nō ꝓcu-
rēt quantū necessitatis est: vnde honeste viuere poterūt:
sed vt nō ista intueantur: ⁊ ꝓpter ista faciāt quicq̄d in euā
gelii predicatione facere iubētur. Eā nāqꝫ intentionē pau
lo superius oculū vocauerat in eodē. c. Mat. vi. ibi. Lucer
na corporis tui est ocul⁹ tuus. si oculus tu⁹. i. intentio sim-
plex fuerit ⁊c. hucusqꝫ Augu. vbi. s. ⁊c. ¶ Item ibi Hiero.
Precipit̄ ergo nobis ne soliciti simus q̄d comedamus: q:
in labore vultus. Gen̄. iii. preparam⁹ nobis panē: ergo la
bor exercēdus est: solicitudo tollēda. Item ibi Chrys. Nō
em̄ solicitudinibus spūalibus/ sed laboribus corporalib⁹
acquirēdus est panis: qui laborātibus ꝓ premio diligētie
deo prestāte abūdat: ⁊ negligētibus ꝓ pena deo faciente
subducit̄. Itē Aug. de operibus monachoꝝ. Quidā dicūt
propterea se operari nō debere: q: volucres celi nec semi-
nāt nec metūt. Cur ergo isti nō attendunt quod sequitur.
Neqꝫ cōgregāt in horrea? Cur ergo isti manus otiosas: et
plena repositoria volūt habere? Cur deniqꝫ molunt et co-
quūt? Hoc enim aues non faciūt. Aut si reperiunt quibus
hoc persuadeāt vt eis per singulos dies escas afferāt pre-
paratas: saltē sibi de fontibus aquā afferunt ⁊ reponunt:
qđ volatilia nō faciūt. Sed si nec aqua sibi vasa coguntur
implere: iam illos qui tūc erāt Hierosolyme nouo gradu
iustitie supgressi sunt: q̄ demisso sibi ex Grecia frumēto pa
nem fecerūt/ aut facere curauerūt qđ aues nō faciunt. Nō
possunt aūt seruare vt nil. s. in crastinū reponāt/ qui se per
multos dies a conspectu hoīm separatos ⁊ nulli ad se pre
bētes accessum includūt seipsos: viuentes in magna intē-
tione orationum. An forte quo sunt sanctiores: eo sunt vo
lucribus dissimiliores? Qđ autē dicit̄ de volatilibus celi/
ad hoc dicit̄ ne quisqꝫ putet deū seruoꝝ suorum necessaria
nō curare: quū eius prouidētia vsqꝫ ad ista gubernāda ꝑ-
ueniat. Neqꝫ em̄ nō ipse pascit eos qui manibus operan-
tur. Neqꝫ em̄ q: deus dixit in ps̄. xlix. Inuoca me in die tri-
bulationis ⁊ eruā te. nō debuit fugere apl's: sed expectare
vt Act. ix. vii. q. i. ibi cōprehenderetur: ⁊ cū deus sicut tres
pueros de mediis ignibus liberaret. Dan̄. iii. xi. q. iii. imper
ratores. ⁊. xxiii. q. iiii. nō inuenitur. Sicut em̄ qui sanctis fu
giētibus huiusmodi questionē obiiceret: respōderēt nō se
oportuisse tentare deū. Mat. iiii. ⁊. xxii. Luc. iiii. ⁊. xxii. q. ii.
queritur. sed tūc talia deum si vellet esse facturū: vt eos. s.
liberaret sicut Danielem a leonibus. Dan̄. vlti. et Petrū a
vinculis. Act. ii. quū ipsi quid facerēt non haberēt: quū ve
ro fugiendi eis potestatē dedisset: etiā si liberarētur per il
lam: nō nisi ab ipso liberari. Sic dei seruis valentibus ma
nibus suis victum transigere: si ex euāgelio mouerit ques-
tionē de volatilibus celi que nō semināt neqꝫ metunt: fa-
cile respondebūt. Si nos per aliquā infirmitatē vel occu-
pationē non possumus operari: ille nos pascet sicut aues
que nihil operātur. Quū aūt possumus: nō debemus ten
tare deum: q: hec que possumus: eius munere possumus:
et quum hic viuimus: illo largiēte viuimus: qui largitus
est vt possimus: et ille nos pascit a quo aues pascuntur.
hucusqꝫ Augu. vbi. s.

LAbor aūt manuū intētione recta adhibitus
hec bona oīa operatur. scilꝫ Ocium ⁊ acidiā
expellit. Corpus mortificat. Cor humiliat. Uaria
Mentē cōprimit: ne per illicita vagetur. Te- laboris
net hoīem ne discurrat. Paupertatem cōser- commo-
uat et nutrit. Libidinem refrenat. Silentiū subministrat. da.
Grauem et maturū religiosum cōstituit: ⁊ honestū prece
ptū dn̄i/ scꝫ In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen̄.
iii. Et apl'i. Qui nō laborat nō māducet. ii. ad Thessa. vlti.
custodit. Uerecundiam petendi contegit et conseruat: et
frontositatem et importunitatem exigendi repellit. Fur-
tum et quācunqꝫ vsurpationem rei aliene cohibet. Elee-
mosynam nutrit. Orationem et contemplationem gemi
nat. Fastum et elationem vulnerat. Cor compungit. Si
moderatus sit: tristitiā carnalem fugat: et ceteras passio-
nes marcescere facit. Solitudinem manutenet. Beatitu-
dinem gratie impetrat in hac vita: et glorie in futuro. iux-
ta illud ps̄. cxxvii. Labores manuum tuarum quia man-
ducabis: beatus es et bene tibi erit. Caueant autem labo
rātes maxime viri spirituales/ ne labor nimius manuum
sit philargyrie: id est auaritie incentiuum: sicut in collatio
ne predicta Piamonis de tribus generibus monachoꝝ
de sarrabaitis habetur. Nam ibi Piamon pater loquens
de nobili genere monachorum qui cenobite dicūtur: et de
teterrimo et infideli genere monachorum qui sarrabaite
dicuntur. dixi in prin. istius. sic ait. Illi scꝫ cenobite ob hoc
certatim statutum trangredi canonem diuinis operibus
elaborant: vt quicquid monasterii sanctis vsibus redun-
darit: vel carceribus/ vel xenodochio/ vel indigentibus ꝑ
abbatis dispensetur arbitrio. Isti scꝫ sarrabaite sic labora
re nitūtur: vt quicquid quotidiane superfuerit gule: aut
profusiori proficiat voluptati: aut certe philargyrie vitio
recondatur. Illos scilꝫ cenobitas patientia atqꝫ discretio
qua tam deuote in hac quam semel arripuerint professio-
ne perdurant: vt nunq̄ suas expleant voluptates cruci-
fixos

ſtros huic mundo quotidie ⁊ continue viuoſq; martyꝛes facit. Hos ſcilicet ſarrabaitas arbitrij ſui tepoꝛ viuos ad inferna demergit. huiuſq; ꝑiamō. ¶ Propter pꝛedictas oēs vtilitates q̄ ex dictis vite patrū trahunt. oēs ſctē regule ab eccleſia appꝛobate eas ꝓficientib⁹ laboꝛes manuū indixerunt. pſ̄. lxxvij. Sed heu heu ſancte eleemoſyne et ſanctus panis angelicus q̄ pꝛo noie dn̄i petit⁹ colligitur oſtiatim: impinguāt hodie in eccleſia dei centum milia et mille milia ribaldoꝛū: q̄ pane ſaturati et otio deditī: ſicut ab Ezechiele deploꝛat in iniquitatē incidunt Sodomoꝛ qui fuerunt acidioſi ⁊ guloſi: ⁊ ideo in illud nefandū piaculū icīderūt. Eze. xvj. vltra mediū. Multi em̄ ſub ſpecie religionis alios viſitantes/ ⁊ eis adulātes/ ⁊ mēdacia cōponentes/ comedūt panē impietatis: ⁊ vinū iniq̄tatis bibunt. Prouer. iiij. ⁊ Eccli. xx. Qui edunt panem illi⁹: falſe lingue ſunt. Iſte eſt etiā ille panis peſſimus de q̄ etiā dicit Prouer. xx. Suauis eſt homini panis mendacij: et poſtea implebit os eius calculo. i. lapide ignito. dicit gloſ. Et vtinam pꝛo minoꝛi malo tales pſeudoreligioſi otioſi panem neceſſariū peterent ⁊ acciperent. ſed ſupfluum petūt: ⁊ ſicut mercatoꝛes ⁊ fures qđ ſupereſt eoꝛū gule ⁊ crapule/ cōmutant ⁊ vendunt. panē ſanctū in ſe amoꝛe dei collatum in pꝛofanas alias ſpecies cōmutant dātes pꝛo eis panes eleemoſyne: imo ſe turpiter defraudantes. Nō em̄ datur panis eleemoſyne vt vendat: ſed vt pauper exinde alatur vnde Eccli. xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis eſt: q̄ defraudat illū: homo ſanguinis eſt. ar. xiij. q. ij. q̄ oblationes ſ. Et ſi ſupereſt altari pauperi tribuat. lxxxvj. di. non ſatis. ꝟ. ideoq; ⁊ i gloſ. ar. ꝙ paup. ⁊ xij. q. ſ. habebat. Accipiētes aūt panem ſupfluū vel alias eleemoſynas nō neceſſarias pꝛo pꝛeſenti vel bꝛeui tēpoꝛe in futurū aliena ſm Hiero. xlij. di. §. oꝛdinandus itaq; ⁊ Ambꝛo. xlvij. di. ſicut. rapere cōuincunt. ibi dicit. Pluſq̄ ſufficiat ſumptū/ violenter obtentum eſt. Et Amb. ali. Qui nō indiget ⁊ accipit: rapit. ⁊ de talib⁹ Job. xv. Ignis deuoꝛabit tabernacula eoꝛū qui libenter munera accipiūt. Sed dicit dn̄s Eſa. xxxiij. Beatus q̄ excutit manus ſuas ab omni munere. lingue man⁹ ⁊ obſequij. ſm Greg. ſ. q. ſ. ſunt nōnulli. O ſancta eccleſia mater veroꝛū pauperū: quot hodie in te cōmuniter ſunt queſtoꝛes tot ſunt raptoꝛes. vix hodie nedum inter ſeculares: ſed etiā inter religioſos inter mille nō inuenit q̄ recuſet oblata: imo q̄ de eleemoſynis pꝛomptuaria nō faciat ex hoc in illud. ſm Dauid. pſ̄. cxliij. imo q̄ non neceſſaria ꝑ importunitatē nō petat. Nō inuenit quaſi qui dicat ſatis eſt: non plus. Et ſcribitur. Prouerb. xxix. Sanguiſuge. i. demonis ſanguinē fideliū ſugentis due ſunt filie: ſcilicet foꝛnicatio ⁊ auaritia. ſemper dicentes/ Affer affer. q: ſm Bern. nec coꝛpus voluptate nec animus vanitate aliquādo ſatiat. Homini em̄ fideli totus mūdus diuitiarum eſt: quia in deo ſperat. Homini aūt infideli nec obol⁹. ſubaudi totus mundus eſt. xiiij q. iiij. q̄d dicamus. ¶ R Sed ſancta hodie paupertas ſobꝛia fidelis ⁊ larga in pꝛofluitatē infidelitatē ⁊ auaritiā verſa eſt. hodie tenacitas ſub ſpecie virtutis parſimoniā ſe vocat. xlj. di. ſepe. O quot milia eleemoſynarū pꝛocurat fieri crudelis ſathan: vt veri pauperes ſpiritu ⁊ opere accipientes ſupflua aliena rapiant. xlvij. di. ſicut. et perdant meritū paupertatis. Nec curat aſtutus ſerpens ſi eleemoſynam quis aliquādo dans lucretur vitam: dūmodo indebite accipiens incurrat philargyꝛie moꝛtē. nam in eodē actu frequenter vnus demeretur: ⁊ alter meretur. xxiij. q. ſ. quid culpatur. in ſi. xxij. q. v. pꝛopoſito. Audiui enim quū ſtarem in monte aluerne: a ſidedignis fratribus/ ꝙ quū in pꝛimis noſtri oꝛdinis tempoꝛibus fratres noſtri vbilibet maxime in monte illo rigidam tenerent obſeruantiam paupertatis in terricula illa demon in domicellum pulcherrimū ⁊ induſtriū transfiguratus/ ad domum cuiuſdam nobilis de illa guardiana venit. q̄ nobilis ſatis inhumanus illis fratribus ante erat factuſq; cellerarius ſuus demon ille/ frequenter dominū arguebat ꝙ ſanctis illis fratribus de aluerna non faceret eleemoſynas copioſas. ⁊ ad inſtantiā eius nobilis ille incepit largiſſime fratrib⁹ pꝛouidere: et de die in diē in eleemoſyna eis facienda creſcere. pꝛopter quod fratres inceperunt in vita relaxari: ⁊ ex occaſione abundantie rūpere paupertatē. qđ quidam ſenioꝛes de loco fratres attendētes/ ⁊ gementes/ ⁊ admirātes quomodo ille nobilis qui pꝛius tenax erat ad fratres: ſic miſericoꝛs factus erat: iuerunt ad domū eius: ⁊ interrogantes eum quomodo nūc ſic afficeretur ad eos/ qui de eis curare non conſueuerat: Reſpondit ꝙ hoc ad ſuggeſtionē illi⁹ ſui cellerarij faciebat. quo viſo vnus eoꝛū cognouit in ſpiritu ꝙ demon eēt q̄ nullo modo reſpicere poterat in illum fratrē. Cui quū diceret frater ⁊ coniuraret quis eſſet: demon cum magno ſtrepitu diſparuit ſic fum⁹. fratres redeūtes ad locū ⁊ referētes hec ad ſuā parcitatē ⁊ ſanctā inopiam redierunt.

¶ Articulus. liij.

Sed ⁊ O alma mater

eccleſia nedum contra tua ſtatuta viuūt ſapꝛadicta pſeudo anachoꝛite: ⁊ contra dicta apoſtoli pauli: ⁊ dicta ſanctoꝛū ſuperius allegata: ſed inſuper multi eoꝛū maxime pſeudo apoſtoloꝛum ⁊ begardoꝛū multis ſunt erroꝛibus implicati. quoꝛū aliquos ſponſus tuus papa clemens quintus in ſua declarat cōſtitutione: que incipit/ ad noſtrum. in titu. de heret. in clemen. dicens.

A

Et vnus erroꝛ eoꝛū

eſt: Homo in pꝛeſenti vita tātum ⁊ talē gradum perfectiōis poteſt acquirere/ ꝙ reddetur penitus impeccabilis: ⁊ amplius in gratia pꝛoficere non valebit. nam vt dicunt/ ſi quis poſſet ſemper pꝛoficere: poſſet aliq̄s chꝛiſto perfectioꝛ inueniri. Iſti moueri videntur ex authoꝛitate Jo. in epiſtola. ſ. c. iij. ibi. Omnis qui nat⁹ eſt ex deo: peccatum non facit. de peni. diſt. ij. §. opponitur. ꝟ. Item ſm hanc. Sed Hiero. contra Jouinianum pꝛedicte authoꝛitati reſpōdet pꝛobās oēm hominē in hac vita poſſe peccare: ⁊ peccato eſſe ſubiectū multis hoc pꝛobans exemplis. Iſte etiā erroꝛ ab illo videtur trahere oꝛtum qui dicit nullum imputari peccatū in fide manentium. xxiiij. q. iij. quidam. ver. eunomiani. Si ad impeccabilitatem in hac vita venire poſſemus: fruſtra oꝛaremus/ Dimitte nobis debita noſtra. de peni. di. iij. de q̄tidianis. ⁊ pꝛe. c. ſi enim. ꝟ. ſi non peccam⁹. ⁊ di. ſ. tres aūt et de con. di. ij. iteratur. Et Mat. vj. ⁊ Luce. xj. vbi Cypꝛianus. Q: neceſſarie autem ⁊ ſalubꝛiter admonemur: q̄ peccatoꝛes ſumus: qui pꝛo peccatis rogare compellimur. Et ne quis ſibi quaſi innocens placeat: et ſe extollendo plus pereat: inſtruitur ſe peccare quotidie dum pꝛo peccatis q̄tidie iubetur oꝛare. Item Augu. de bono perſeuerantie Hoc autem telo pelagiani confodiuntur heretici: qui audent dicere hominem iuſtū in hac vita habere nullum oīno pctm̄. Et in talib⁹ hoībus nō eſt iam videre in pꝛeſenti tempoꝛe eccleſiā nō habentē maculā aut rugā. ad Ephe. v. xxj. di. q̄uis. Chꝛyſ. in homi. Quoniā vero fidelib⁹ hec oꝛatio conuenit: leges eccleſie docent: ⁊ oꝛationis pꝛincipium: quod docet deū patrem vocare. Qui ergo fidelib⁹ iubet remiſſionē peccatoꝛū petere: demonſtrat ꝙ poſt baptiſmū contingit peccata dimitti cōtra nouatianū. de ſolo chꝛiſto filio dei dicit Petrus. ſ. Pe. ij. Qui peccatum nō fecit. ⁊ Jo. xiiij. Venit enim pꝛinceps huius mūdi: ſcilicet diabolus ſm Aug. ⁊ in me non habet quicq̄. Aug. q: neq; cum peccato deus venerat: neq; eius carnē de peccati ꝓpagine virgo peperat. ¶ B De matre etiam eius beatiſſima tenent ſancti maxime Aug. ꝙ non peccauit etiam venialiter in hac vita: tamen in oꝛiginali peccato ꝯcepta fuit: ſicut ⁊ ceteri homines. q: ab illa ſententia patris ſui Dauid/ Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum. pſ̄. l. xxxiij. q. iiij. vir cum pꝛopꝛia. nullus excipitur niſi chꝛiſtus qui non de ſemine humano ſed ſpiritu ſancto/ et in vtero

[Margin: An poſſit q̄s hac in vita fieri impeccabilis.]

[Margin: An maria in oꝛiginali fuerit cōcepta.]

virginis iam sanctificato cõceptus fuit.ex̄ de sum.tri.c.j.
xxiiij.di.qui episcop⁹.Domina autem nostra de semine vtri
usq; parentis Joachim ⁊ Anne concepta fuit:sicut cetere
mulieres:non de spiritusancto sicut fili⁹.⁊ ideo in origina
li peccoto fuit concepta vt late probat Bern̄.in ep̄la quā
scribit canonicis Lugdunen̄.in qua reprehēdit eos:q: cō
ceptionis festum domine celebrabant:qđ non debet fieri
sed quū fit:referri debet ad sanctificationē eius in vtero.
quia ſm Bern̄.ante fuit sancta q̄ nata.vnde ⁊ Aug.super
hoc ad petrum diaconū ait de con.dis.iiij.firmissime tene.
Firmissime tene:⁊ nullatenus dubites omnem hominem
qui per concubitum viri ⁊ mulieris concipitur:cum origi
nali peccato nasci:impietati subditum/mortiq; subiectū
Et ob hoc naturaliter nasci filium ire. de qua dicit ap̄ls.
Eram⁹ natura filij ire sicut ⁊ ceteri.Eph.ij.⁊ Rom̄.v. ad
h̄ facit quod legit̄ ⁊ no.de con.di.iiij.c.ij.in v̄bo miraculo
glos.vt in beata Maria.⁊ de con.di.iij.c.j.in glos.de festo.
⁊ facit op.xxvij.q.ij.omne. et hanc sententiam tenent oēs
antiqui theologi:Alexander/Thomas in suo quarto ⁊.ij
Bonauētura /Richardus.licet q̄dā noui theologi a sen/
su ecclesie recedentes cōmuni tenere cōtra indeuoti reue/
ra domine/ei tamen deuoti cupientes apparere/nitantur
eam quodāmodo sic deo ⁊ suo filio cōparantes.quorū no
ua opinio ⁊ phantastica sit a fidelibus cancellata:q: san/
ctificationem virginis negat.contra id qđ tenet ecclesia
ipsam sanctificationē fuisse.⁊ sic ſm Bern̄.antea sanctam
id est sanctificatam in vtero q̄ natam extra vterū. Si em̄
in peccato originali qđ contrahitur in anime infusiōe :vt
no.de con.di.iiij.non ex quo.in glos.ij.non fuisset cōcepta
sanctificatio necessaria non fuisset:sicut nec in christo. et
ideo Romana ecclesia festum conceptionis non agit:etsi
tolerat q̄ alicubi fiat:maxime in anglia:non tamē appro/
bat.q: quod permittitur nō approbatur.iiij.di.deniq;.xxj.
q.j.hac ratione vel illud festum debet referri ad sanctifica
tionem virginis non conceptionem.vt dictum est.Et ita
dicit oratio que dicitur in hoc festo Rome in sancta Ma
ria maiori.Deus qui sanctificationem virginis ⁊c.sicut vi
di ⁊ audiui quū ibi de ista sanctificatione predicarem in
isto festo sanctificationis:quod fit in decembri ante festū
natalis .per.xv. dies. Pro hac veritate facit illud Salo.
Prouerbio.xxv. Aufer rubiginem de argento :et egrede/
tur vas purissimum.Uas purissimum fuit virgo:que ru/
bigine originalis peccati abluta per sanctificationem in
vtero factam purissima in necessitate sua egressa est ex
vtero.et illud. Psalm̄.xlv. Sanctificauit tabernaculum
suum altissimus. Tabernaculum sanctificatum dei fuit
virgo Maria.iuxta illud Ecclesiasti.xxiiij.Et qui creauit
me requieuit in tabernaculo meo.facit verbū Aug.in ser/
mone purificationis dicentis.Solus est sine peccato na/
tus:quē sine viri cōplexu nō concupiscentia carnis:sʒ obe
dientia genuit mentis.Hoc etiam determinat Aug. sup
Gen̄.ad literam.vj.c.facit de peni.di.ij.si enim.in fine.ibi.
⁊ docuim⁹ q̄ excepto deo omnis creatura sub vitio fit ⁊c.
Idē tenet magister sententiarū.Contra hos etiā qui im/
peccantiam posse haberi in hac vita dicunt ; est illa coll̄o
Theone q̄ intitulatur de anamarchitio.i.impeccantia .in
li.collationum Jo. cassi.vbi etiam allegat̄ Paulus dicēs
Ago.qđ volo:⁊ infelix ego homo:q̄s me liberabit de cor/
pore mortis huius?ad Ro.vij.⁊.xxxij.q.v.si paulus.et de
con.di.iiij.c.ij.⁊ illud Ro.vij.Uideo aliam legē repugnā/
tem legi mentis mee.in pre.c.ij.⁊ di.vj.in palea/sed pēsan
dum.in fi.que omnia intelliguntur q̄ nunq̄ mente vole/
bat a deo discedere:sed hoc nō poterat perficere quin mo
tus vagationum sentiret:⁊ quin descendere eum aliquā/
do oporteret ab illa continua theoria.¶ C Nullus em̄
hominū excepto dn̄o saluatore ⁊ domina matre eius (vt
pie creditur)naturalē per vagationem mentis ita desix⁹
semper in dei cōtemplatione cōtinuit : vt nunq̄ ab ea ra/
ptus mnndane cuiusq̄ rei delectatione peccaret : dicente
scriptura,Sidera ipsa non sunt munda in cōspectu eius

nostra trāslatio habet.celi non mundi. Job.xv.¶ D Ea
etiam dicūt dicti Begardi q̄ tantum potest homo cresce/
re in gratia in hac vita:q̄ amplius crescere nō valebit.fal/
sum esse nō dubium est:quia scriptum est in.ps̄.lxxxiij.⁊ de
peni.di.ij.dum sanctā. Ibūt de virtute in virtutē vsq; quo
videatur deus deorum in syon.i.in gloria sempiterna vbi
dn̄m speculabimur facie ad faciē. Joānis cap.xvij.Cōtra
etiam verbum Ambrosij in sermone resurrectionis de
sanctis dicentis.Quis em̄ in hac vita tā mūdus:q̄ ampli⁹
mundari nō possit:magis magisq; mundādus nō fit:⁊ se
quit̄ post. Ut tāto sint fecundiores: quanto fuerint mun
diores.Et contra hoc etiam est illud Apoca.c.vltimo.Et
qui iustus est:iustificetur adhuc.xlvij.di. quantūlibet. Et
illud Salo. Prouer.iiij. Justorum semita quasi lux splen/
dens procedit ⁊ crescit vsq; in perfectum diem.de peni.di.
ij.iustorum semita.post.c.nō reuertebantur. Uocat autem
perfectum diem scilicet glorie sempiterne.de qua die dici
tur in ps̄.lxxxiij.Quia melior est dies vna in atrijs tuis su
per milia.quod verbum Salomonis exponit Grego.in
Ezech.homi.v.⁊ in prece.c.non reuertebantur dicens.In
eorum nāq; animo bonum desiderium atq; intellectus lu
cis intime iam pars diei est:sed q: vsq; ad finem vite in vir
tute proficiunt:ad perfectum diem tunc veniunt: quādo
ad regna celestia perduci in ea luce quā desiderant iā mi/
tius aliquid nō habebunt. Item Nedum inter virtutes
sed etiam in eisdem virtutibus gradus esse probātur . de
peni.di.ij.§.hec que de charitate.⁊.c.dum sanctā.vbi Gre
go.probat per multas authoritates hoc q̄ in ista vita p/
fectissima charitas sicut in patria haberi non potest. Un̄
de peni .di.ij.§.hinc etiam.v̄. Item Hiero.Charitas in q̄/
busdam perfecta est:in quibusdam imperfecta:perfectissi
ma autem in hac vita haberi nō potest .Quis em̄ in hac
vita ad tantū gradū perfectionis peruenit:ad quātū per
uenit mater dei?⁊ tamen semper in ea creuit gratia ⁊ me/
ritum vsq; ad mortem.q: semper gratia vtebatur recte ⁊
virtuose viuendo . Et credo salua ecclesie veritate q̄ si
dn̄a.c.milibus annorū vixisset in hac vita:in fine illorum
dierum perfectior extitisset.q: nulla creatura sic est plena
gratia quin amplius repleri valeat.excepto illo homine
in christo deo vnito qui ab instāti ɔceptionis omnib⁹ cha
rismatibus diuini ⁊ sancti spiritus plenissime plenus fuit
q: nō fuit sibi datus spiritus ad mensuram. Jo.iij.⁊ ibi.De
plenitudine eius omnes accepimus. Jo.j.⁊ ibi. Plenum
gratie ⁊ veritatis. Unde super illud verbum/Non enim
ad mensuram dat deus spiritum. Jo.iij.Aug. Hominib⁹
ad mensuram dat:vnico filio nō dat ad mensuram.Alij q̄
dē dat̄ per sp̄m sermo sapiētie:alij sermo scientie.Ro.xij.j.
Cor.xij.aliud habet ille:⁊ aliud hʒ iste. Mensura diuisio
q̄dā donorum est.sed christus que dat nō ad mensuram
accepit. Item super id pre. Jo.j. Plenum gratie ⁊ verita/
tis.Origen̄.in homi.Duplex intellectus est. Potest enim
de humanitate ac diuinitate incarnatum verbi accipi:ita
vt plenitudo gratie referatur ad humanitatē ſm quam
christus caput est ecclesie ⁊ primogenitus creature vni/
uerse.quoniā maximum ⁊ pricipale gratie exemplū qua
nullis precedētibus meritis homo efficitur deus in ipso
primordialiter manifestuʒ est. Potest etiā plenitudo gra
tie christi de spiritusancto intelligi:cuius septiformis ope
ratio hūanitatē christi impleuit. Plenitudo v̄o veritatis
ad deitatem refertur. Et super pre.verbo/Et de plenitu/
dine eius ⁊c.Chrysostomus.q.d.nos omnes.xij.⁊ omnis
plenitudo fidelium ⁊ qui nūc sunt ⁊ futurorum de pleni/
tudine eius accepimus. Item illud Esa.xj.Et replebit eū
spiritus timoris domini/scilicet filialis.de quo.xxiij.q.vi.
§.ex ijs.Et ideo nunq̄ aliquis ita perfectus sicut christ⁹
nedum non perfectior potuit inueniri.ad hoc.ex̄ de sum.
tri.c.ij.§.quū ergo.v̄.quia inter.Quia omnib⁹ alijs quā/
tūuis perfectis spiritussanctus ad mensuram datus est.
op.ar.de pe.di.ij.querēdū.⁊.c.pōt.⁊ semp in eis per bona
opera crescebat:christo autem sine mensura vt dictum est

⁊ ideo non crescebat in eo gratia. vnde super illud Luc. ij. Puer crescebat. dicit Beda Crescebat inquantū puer erat fragilis. crescebat sicut ceteri homines: nō inquantū verbum. nec crescebat ex parte anime ꝙuis appareret. vnde Greg. in homil. Iuxta naturā hominis proficiebat sapientia. nō tamen ipse sapientior fuit ex tunc: quia prima conceptionis hora plenus sapientia permanebat. sed eandē qua plenus erat sapientiam ceteris paulatim ex tempore ostendebat. vnde ⁊ ij nequā heretici alium antiquū errorem in isto tacite includunt. Quidā enim fuerunt heretici vocati Ebionite: qui christum virū iustum per profectū putant effectum. xxiiij. q. iij. quidam. ℣. ebionite. Christus enim non per ꝓfectum fuit iustus: sed ab instanti conceptionis. Illud autem ꝙ in operibus iustitie crescebat pro nobis ⁊ pro se erat: quia nobis meritabat ⁊ sibi. iuxta illud Phil. ij. Propter quod deus exaltauit illū ⁊c. Et ideo dicit Paulus. j. ad Corin. j. Qui factus est nobis a patre redemptio/sanctificatio/sapiētia/et iustitia. quia nos in se redemit, sanctificauit sapiētia illustrauit ⁊ iustificauit: quos predestinauit: hos ⁊ vocauit. ⁊ quos vocauit: hos ⁊ iustificauit. ad Ro. viij. de peni. dist. iiij. §. finis. ℣. hinc etiā Aug. Hi ergo miseri Begardi qui se iustificāt: ⁊ plenitudinem spiritussancti se habere credunt: similes alijs hereticis sunt: ⁊ de eadem infecta stirpe descendūt q̄ cataphrygii dicuntur. de quibus. xxiiij. q. iij. quidā. ℣. cataphrygijs mūdos enim se facientes immundissimi sunt: imundus est enim apud deū omnis q̄ exaltat cor suum. de peni. di. ij. si enim. vltra quatuor colum. ℣. īmundus enim: Ille enim vere est īmundus: qui se videt mundum. ⁊ ille mundus: q̄ se videt īmundum. Et sic quidā sanctus pater intelligit illud ad Titū. j. c. Omnia munda mundis. Nam ſm predictum patrem Theonē in predicta collatione de amarthirio. Quanto magis profecerit mens humana: ⁊ ad sinceriorem cōtemplationis peruenerit puritatem: tanto se immundiorē quasi per speculum sue puritatis se aspiciet. q: necesse est dum animus ad subliniorē se extendit intuitum: ⁊ maiora ꝙ agit prospiciens concupiscit: illa inferiora semper ⁊ viliora despiciat. Plura siquidem denotat sincerior obtutus: paritēr sibi maiorem reprehensionis dolorem irreprehēsibilis vita: ⁊ multiplicat gemitus atq; suspiria emendatio morum ⁊ emulatio attenta virtutū. Nemo enim illo in quo profecerit gradu potest esse contētus ⁊ quanto quis fuerit mente purgatior: tanto se sordidiorem videns magis humilitatis ꝙ elationis inuenit causas. ⁊ quanto pernicius ad subliniora conscendit: tanto amplius puidet sibi supesse quo tēdit. q̄ authoritas plenissime destruit dictū errorē. Item Greg. Quāto q̄s semin⁹ videt: tāto min⁹ sibi displicet. ⁊ quāto maioris grē lumen acq̄rit: tanto se reprehensibiliorē esse ostēdit. Item Aug. Semper tibi displiceat qd̄ es: si vis peruenire ad illud qd̄ non es. nam vbi tibi placuisti: ibi mansisti. Si aūt dixeris sufficit: perijsti. semper ergo adde: semp ambula: semp profice. Item Bern. Aut ascendas necesse est: aut descendas. Si attendas stare in pendulo huius vite: ruas necesse est q: vbi incipis nolle fieri melior: desinis esse bonus. Nolle ergo proficere/nō nisi deficere est. q: inter profectum ⁊ defectum mortalis vite nullum mediū inuenitur. Sicut enī corpus continue aut crescit aut decrescit. de con. di. v. ne tales. sic necesse est semp spiritum aut proficere aut deficere. Esaias etiā quum vidit dn̄m exercituū: tunc se imundū vidit. ⁊ dixit: Ve mihi: q: vir labijs pollutus ego sum: ⁊ vidi dn̄m exercituum. Esa. vj. Isti ergo miseri Begardi: sicut dicit Greg. quo peccatores se esse nō credunt: eo deteriores peccatores fiunt. xlv. di. vera iustitia. Isti vero miseri albuginē habent in oculo. sicut dicit in Leui. xxj. Quod Grego. in pastorali exponēs/ait ⁊ est. xlix. di. hinc etenim ℣. Albuginem vero habet in oculo: qui veritatem lucis videre non sinitur: qui arrogantia sapientie seu iustitie excecat. Pupilla nāq; oculi nigra videt: albuginem tolerās nihil videt q: videlicet sensus hūane cogitationis si stultum peccatorem q; se intelligit: cognitionem intime claritatis apprehendit. Si aute candorem sapientie seu iustitie sibi tribuit: a luce se superne cognitionis excludit: ⁊ eo claritatē veri luminis nequaquā penetrat: q̄ se apud se per arrogātiā exaltat. sicut de quibusdā dicit ad Ro. j. c. Dicētes se esse sapientes stulti facti sunt. ⁊ Io. ix. In iudicium ego in mundum veni: vt qui non vident. i. reputant se non videre: videant/per humilitatem illuminantē eos. Et q̄ vident. i. qui reputant se videre ⁊ intelligere: ceci fiant/per superbiam excecantē eos. vnde Aug. in libro. ix. confessionū Tumore meo separabar a te: ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos meos: q: intellectū dat paruulis. ps. cxviij. ⁊ Matth. xj. Reuelasti ea paruulis. i. humilibus. Cognoscant ergo isti Begardi se maxime in illis erroribus maximos peccatores: vt iustificentur ſm Dauid. ⁊ cecos: vt illuminentur. Quia ⁊ Petrus postꝙ receperat spiritūsanctum: reprehensus est a Paulo: q: reprehensibilis erat: q: in illa simulatione peccauerat. Gala. ij. ij. q. vij. puto. q: in hac vita oīs ho mendax. Ro. iij. ſm Dauid ps. cxv. Prouer. xx. Quis potest dicere/mūdum est cor meum: ⁊ purū sum a peccato: ⁊ omnis homo amplius crescere potest: vt superius est probatum. ⁊. xlvij. distin. quantumlibet.

¶ Secundus error Begardorum. E

Secundus error Begardorum

est/ꝙ ieiunare nō oportet hominem vel orare: postꝙ gradū vltimū perfectionis fuerit assecutus. quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui ⁊ rationi subiecta: ꝙ potest homo libere corpori concedere quicquid placet. ¶ Sed iste error fundat⁹ in errore spiritus libertatis facile extirpat si veritas attendatur. Nam certū est ꝙ ꝙdiu quisq; in hac vita est quantūcunq; ꝑfectus sit: caro contra spiritū concupiscit. Gala. v. ⁊ Ro. vij. Video autē aliam legē in mēbris meis ⁊c. Et iterum ibi. Non enī qd̄ volo bonum/hoc facio ⁊c. xxxij. q. v. si paulus. ergo semp necessaria est abstinentia ⁊ ieiuniū impetum carnis refrenās. vnde. j. ad Corin. ix. Castigo corpus meū ⁊c. etiā. ij. Cor. xj. In ieiunijs multis ⁊ vigilijs multis. Unde Bern. Uelis nolis intra fines tuos habitat Iebuseus. i. cōculcatio. Iudi. j. xj. q. iij. ieiunūs nolite. opprimi quidē potest: subiugari vero minime. Nul est incū bendum lus enim in hac vita absq; priuilegio singulari sine aliq̄ stimulo carnis viuit. Unde ille sanct⁹ presbyter gracus quū esset in trāsitu: appropinquāte sibi vxore sua legitima. de quo. xxxij. di. presbyter. vocē recolligens/ait. Recede a me mulier adhuc igniculus viget: tolle paleam. Et tamē iste presbyter/vt narrat Greg. in dialogo. iiij. libro adeo perfectus fuit: vt in morte videret apostolos Petrū ⁊ Paulum: quib⁹ dixit/Venio: ecce venio. ⁊ inter hec verba reddidit spm̄. Et quis christo in perfectione similis: et tamen in nostrum exemplū in deserto ieiunat. Matth. iiij. ⁊ Luc. iiij. ⁊ orat in monte. Luc. vj. ⁊. ix. Quis perfectorū noui et veteris testamenti non ieiunauit ⁊ orauit? Ieiunauerūt ⁊ orauerunt Moyses et Helias. Deutero. ix. iij. Reg. xix. Judith/Samuel/Dauid/Prophete/et Apostoli. et scī Anachorite. quorū aliqui quantū plus morti appropinquabant ⁊ perfectiores erant: tanto amplius ieiunabāt. sicut apparet in magno Antonio ⁊ Hilarione. Genus enī maxime subtiliū demonum ieiunio ⁊ oratione expellitur/dicit dominus Mar. ix. Mat. xvij. Hunc errorem tacite tāgit Serapion abbas in collatione sua. de. viij. principalibus vitijs in fine collationis in libro colla. Jo. cassi. vbi sic dicit. Ab ista gula tamꝙ ab inimico cauendū est: ſm illud Salo. Prouer. xxvj. ad fi. Si te rogauerit inimicus voce magna: ne cōsenseris ei: septem enim nequitie sunt in aīa eius. i. si superatus gastrimargie spūs cepit ibi sua humiliatione blandiri: rogans quodāmodo vt aliquid relaxās accepto feruore impertias ei/quod continentie modum ⁊ mensuram iuste discretionis excedat: ne resoluaris eius suggestione: ne arridente impugnationis securitate qua

videris paulisper a carnalibus incentiuis factus quieti-
or/ad pristinā remissionem vel preteritas gule cōcupiscē-
tias reuertaris.per hoc em̄/dicet ille spūs gastrimargie
quē viceras:reuertar in domum vnde exiui Matth.xij.⁊
Luce xi.⁊ procedentes ex eo confestim septē spūs viciorū
erunt tibi acriores:q̄ illa passio que in primordijs fuerat
superata. Nam nequiores hi septē spūs illo priore q̄ egres
sus fuerat/idcirco dicuntur: q: desiderium gule.i.gastri-
margia per se nō tantū esset noxia:nisi intromitteret gra
uiores alias passiones .i. fornicationis /et philargyrie/
ire/tristitie/siue superbie:que per se esse noxia anime ac ꝑ
emptoria dubiū non est. Uidi enim duos fratres nostros
sanctitatis nimie famā habentes:dicentes se gustū in cō-
edendo perdidisse:⁊ in cibis saporem nō inuenire:qui tn̄
reuera semota hypocrisi plus de bono vino q̄ꝫ de malo bi
bebant:et pro eis specialiter querebatur et emebatur:et
q̄ plus de bona coquina carnibus ⁊ piscibus ⁊ fructibus
edebant/q̄ꝫ de malis : immo nec communibus contenti
erant sed specialia querebant et habebant :facta verbis
contraria ostendentes . in verbis mendacibus glorian-
tes:vere malus spūs est spiritus gastrimargie ⁊ periculo
sus:q: ianua viciorū.xliiij.di.§.i.Sed deterior abstinentia
simulata.v t exponit Aug.illud verbū dictum Luc.xi.Cū
immundus spūs ⁊c.⁊ malū est curā carnis in desiderijs
facere.cōtra verbū apl'i.Gala.v.ibi.Et desideria carnis
ne perficietis:⁊ de con.di.v.nō mediocriter.in fi.sed dete-
rius est se falso abstinentē ⁊ frugalē dicere:⁊ se in cibis in
sensibilem facere:q: non possumus nō esse qđ sumus. Et
Isaac cōtemplatiuus ait.Quū rerū opportunitatē acci-
pimus:nosipsos nō possumus ꝯtinere.ar.ex de eo q̄ cog.
cōsang.vxoris venies.vn̄ Greg.Sancti viri a licitis absti
nent ne illicita ꝑpetrēt.¶ Isti etiā begardi tacite in aliū
errorem videntur incidere Iouinianistarū : nullū discri-
men facientes inter abstinentes ⁊ laute epulantes.xxiiij.
q.iij.quidā.ꝟ. Iouinianiste.Et ideo non dicant quidā/ꝑ-
fecti sumus:carne mortui sumus: dimittamus abstinen-
tias ⁊ ieiunia:⁊ teneamus vitā cōmunem:aliorū q: gulā
vicimus . vere tales non victores gule:ſꝫ victi a gula sunt
quia etsi quod intrat per os nō coinquinat hominem . vt
Matth.xv.Et oīs creatura dei bona est:⁊ nihil reijciēdū
qđ cum gratiarum actione recipitur.i.ad Timo.iiij.⁊ qđ
dictum est Petro.Quod deus purificauit tu ne cōmune
dixeris.Act.x.Ab omni tamen specie mala ⁊ occasione ab
stinendū est.i.ad Thessa.vlti.ex de simo.audiuim᷒.Et ite
rum Paulus .i.ad Corin.ix.Qui in agone contendit:ab
oībus se abstinet.Et quis est iste elatus qui se agone istū
credat vicisse:quū vas electionis dicat ad Ro.vij.Quis
me liberabit de corpore mortis hui᷒.xxxij.q.v. si paulus.
Unde quū quidā pater diceret q̄ꝫ mortuus erat mundo
dixit alter/si tu mortuus es:diabolus tamen mortuus nō
est. Sed ⁊ quis Serapione sine dubio ꝑfectior est:de quo le
gitur in collationibus patrū/q̄ꝫ dixerit/Tribus creditori
bus/pater me᷒ me obligatum dimisit.a duobus scilicet lu
xuria et auaritia expeditus sum.sed a tertio scilicet vitio
gule cōtinue satisfaciendo nequeo liberari.Quis enim a
gula ex toto liberari potuit/ꝯm Climacū/nisi sepulcrum
inhabitans:Et idem.Quid ex toto gulam euacuat:⁊ ꝑ-
fecte deseruit:nihil.vsq̄ ad monumentum em̄ durat pu-
gna ventris:⁊ ideo nullus ex toto liberatur ab illo . Sed
⁊ quomodo dicti Begardi dicere audent q̄ꝫ hoīem perfe
ctum non oportet orare:quū perfectio maxime ꝯm Moy
sen in prima collatione de destinatione monachi in libro
collationū Io.cassi.in indefinenti mētis oratione cōsistat
Nam ad punctū a cōtemplatione discedere perfectum vi
rum/pro fornicatione est:vt ibi dicitur:nam etsi pater ce-
lestis virtuosos querit:precipue oratores precipuos que-
rit qui adorent eū in spiritu ⁊ veritate. Io.iiij Nam si isti
ceci de oratione mētali loquantur:q: de vocali nō sumus
semper adstricti:vt superius est ꝓbatum .s. in.§. Ex quo
ꝟ.Maurē.xli.ar.quomodo ꝑfect᷒ erit:cui᷒ mens frequē-
ter a deo discedit.sed ⁊ quomodo poterit euadere tētatio
nem/al's militiam/q̄ cōtinua est ꝯm Iob.vij.c.de peni.di.
ij.si em̄.nisi ad orationem vadat/sicut dicit expositor: suꝑ
illud Matth.xxvi.Oretis ne intretis in tētationē. In tē-
tationē cadit qui ad orōnem nō vadit.Et quomodo/ꝯm
Climacū/poterimus euadere offensionem:si non tenea-
mus mentis orationē:Nam/vt ipse ait/qui incessanter te
net baculū orationis:nō offendit:qđ si cōtigerit nō tamē
cadit in fine.Quid em̄ eque bonū ⁊ perfectū in hac vita
sicut mente deo continue adherere:vnde ps̄.lxxij . Mihi
aūt adherere deo bonū est.Et ꝯm eū ibidem. Quid enim
mihi est in celo:⁊ a te quid volui suꝑ terrā:subaud: nihil
ꝯm pre.Climacū.sed tm̄modo sine occupatione tibi sem-
piterne in oratione adherere. Isti miseri Begardi quō si
bi sint cōtrarij attendat quisq̄ fidelis. Dicūt se continue
orare ⁊ debere orare:⁊ ideo non possunt nec debēt mani-
bus laborare.Et ipsi idē dicunt q̄ꝫ ꝑfectus vir orare nō te
netur.Uere deo ⁊ sibi cōtrarij sunt:⁊ ideo nō sunt audien
di.xij.q.ij.q̄ꝫ preposterū.xxiij.q.vij.qđ autē.ex de appel.so-
licitudinē. in fi.vbi de hoc.Mendaces sunt:⁊ de spū liber
tatis carnalis sunt.q: quāto q̄s ꝑfectior:tanto cogēre spū
sancto(vt ita loquar)orationaliter ⁊ ad deum mente et
corpore deuotior ⁊ illuminatior.Quis em̄ tale quid qua-
lis est oratio poterit inuenire:Quis enim ille magis vite
angelice appropinq̄t:q̄ꝫ orator assidu᷒. scilicet mēte a deo
nō recedere:Qđ deo sacrificium magis gratum ⁊ perfe
ctum:q̄ꝫ per importunitatem ipsum ꝯtinue petere sicut fe
cit mulier Chananea:Matth.xv.de peni.di.i.importuna
de qua dicit Greg.q̄ꝫ importunitas deo placet:que ingra
ta esse solet hominibus.¶ ℱ Nam etsi singulariter tria   Orationis excellentia.
in Tobia cōmendant̄:scꝫ Ieiunium/Eleemosyna ⁊ Ora
tio:To.xij.Bona est oratio cū ieiunio ⁊ eleemosyna.Ora
tio tamen excellit in sex.¶ Primo in facilitate: q: debilis
non potest ieiunare:neq̄ pauꝑ eleemosynam dare:q̄libet
tamen potest ⁊ debet orare.vnde ps̄.xxxvi. Iustus aūt mi
seretur ⁊ tribuet.dicit glos.Semꝑ aliq̄d est qđ det . saltem
orationē.etsi nō ore si sit mutus/tn̄ corde si sit iustus.quia
ait Isidorus/oratio cordis est:non labiorū.non em̄ verba
deprecantis attendit de᷒:sed orantis cor aspicit.de cō.di.
v.nō mediocriter.xxxviij.di.sedulo.¶ Secūdo in veloci-
tate:vnde.ps̄.lxxxvij. Intret in cōspectu tuo oratio mea.
dicit glos.Magna virtus pure orōnis hic notat̄:q: quasi
quedā persona ad deū intrat:⁊ mandatū peragit:quo ca-
ro peruenire nequit.¶ Tertio in iocunditate.nihil enim
delectabilius ⁊ menti iocūdius/q̄ꝫ loqui cū tam benigno
⁊ dulci deo.vnde frequēter orare debemus ⁊ legere in li-
bris deuotis.q: ꝯm Bern.quū oramus:cū deo loquimur
quū vero legimus:deus nobiscū loquit̄ . Tunc em̄ homo
quasi mundū exit:carnē exuit:⁊ ad tertiū celū scilicet em-
pyreum vbi sancte anime cū angelis fruuntur visione dei
cum Paulo ascendit.ij.ad Cor.xij.se.supra se.Threno.iij.
¶ Quarto in ꝓpinquitate ad deū:quoniā qui orat:facie
ad faciem an̄ dn̄m cōstituitur:cui audacter causam expo-
nit.vnde ps̄.xxiiij.Respice in me:⁊ miserere mei.vbi dicit
interlinearis glos. Eleemosyna em̄ ꝑ manū paupertatis
mittitur in Hierusalē:per afflictionem corporis deo ostē-
ditur:sed oratio īmediate dn̄m quasi presentem alloquit̄
¶ Quinto in dignitate.q: mox vt ab ore ⁊ corde processe
rit:suscipiunt eā angeli ⁊ cōstituunt ante deū. sicut ange-
lus ait Tobie To.xij.Quādo orabas cū lachrymis : ego
obtuli orationē tuā domino.¶ G Sexto in vtilitate.q:
diabolum fugat.Mar.ix.xxxvi.di.c.vltimo.A tentatione
liberat.vt dictū est.Torporē expellit.Eccl'i.xviij. Non im-
pediaris orare semper. In dubijs dirigit.Eccl'i.xxxviij.ij.
Parali.xx.Desideriū accendit.iiij.Reg.xviij. Ad orationē
helie descendit ignis de celo.iij.Reg.i.xxiij.q.iiij.ea vindi
cta.Et cū Salomon explesset fundens preces : descendit
ignis de celo:⁊ deuorauit holocausta ⁊ victimas.ij. Para
lipo.vij.Et orāte moyse descēdit ignis de celo.ij. Mach a.
ij.Et orante sancto Martino in ara altaris glob᷒ igne᷒

apparuit super caput eius. Itē impetrat veniā.ij.Reg.xij
postq̄ orauit Dauid:audiuit/Trāslatū est peccatū tuum.
de peni.di.j.§.q̄ aūt.&.dauid.⁊.c.ille rex.⁊.c.illud. Itē gra
tiam acquirit. Zacha.x. Petite a dn̄o pluuiā:⁊ ipse faciet
niues ⁊ pluuiā imbris. Nix destruit herbas nociuas:plu-
uia nutrit vtiles:sic gratia destruit vitia ⁊ nutrit virtutes
et bona opera. de con.dist.iiij.in tribus vltimis.cap. Item
impetrat sapientiā. Ja.j. Siquis indiget sapientia:postu-
let a deo. Eccl'i vltimo. Quesiui sapientiā in oratione mea
Prolongat vitā ad agendā penitentiā. Esa.xxxviij. Item
sanitatē restituit. Eccl'i.xxviij. Fili in tua infirmitate ne de-
spicias temetipsum:sed ora dn̄m ⁊ curabit te. Jaco.vltio.
ex de sacra vnc.c.vnico.§.j. Item iram dei placat. Judith
viij. Indulgentiā eius cū lachrymis postulem⁹.nō em̄ q̄si
homo deus sic cōminabitur:neq̄ sicut filius hoīs ad ira
cūdiā inflāmabit.de peni.di.iij.§.ecce achab.⁊.c.sic achab
Itē bona tēporalia multiplicat.iij.Reg.xviij.orauit heli
as ⁊ celū dedit pluuiā:⁊ terra dedit fructus. Jaco.vlti. Et
orāte scto bn̄dicto/aq̄ de monte exijt.et sctus Frācisc⁹ de
aqua quā orando de petra produxit:suū asinariū refocil-
lauit. Item pacē ⁊ quietē cōseruat.j.ad Timoth.ij. Obse
cro primo omniū fieri obsecratiōes/oratiōes/postulatio
nes/gratiarum actiones/pro regib⁹ ⁊ omnibus qui sunt
in sublimitate cōstituti:vt quietā ⁊ tranquillā vitā agant
Isti ergo begardi maligni sacrificēt se sanctā hostiā. Ro.
xij.viuentē.p ieiunia ⁊ abstinētiā carnē macerādo in atrio
exteriori. Ro.xij.de peni.di.iij. Achab. Et per orationē mē
tis continuā quā operibus manuū nutriant:vt.s.dixi.§.
exquo.&.imo quidā.cum se.in ar.v.in atrio iteriori cordis
christo domino cōcrement thymiama. Et sic holocausto-
matum plenum semꝑ vsq̄ ad mortē offerant deo suo.sem
per etiam decimēt se deo suo.carnē ieiunando.de con. di.
v.quadragesima.animā vel spiritū orando.de peni.di.iij.
ille rex.res(si habent)totas vel partē pauperibus erogā
do.lxxxvj.di.nō satis.de peni.di.j.quamobrē.per orationē
diabolū ⁊ superbiā.per eleemosynā mundū ⁊ auaritiā.p
ieiuniū carnis concupiscentiam vincant ⁊ in ijs ꝑseuerēt
sic em̄ vere ⁊ spūaliter viuit:⁊ in talib⁹ vita spiritū eorum
q: tunc cū paulo.j.Cor.ix.ieiunabunt.de peni.di.ij.si em̄
ver.paulus. Si autē isti allegent illud Matth.ix. Luc.v.
Non possunt filij sponsi ieiunare q̄diu cū eis est sponsus:
Respondent tibi Ambrosi⁹ dicens. Non hoc ieiuniū rele
gatur quo conficitur caro:⁊ corporis luxuria castigatur.
Hoc ieiuniū nos cōmendat deo:sed non possum⁹ ieiuna-
re qui christū habem⁹:⁊ christi carnē epulamur ⁊ sangui-
nem.de con.di.ij.in calice.⁊.c.accesserunt. Item ibi Basili
us. Filij etiā sponsi ieiunare nequeūt.hoc est aīe nutrimē
tum non sumere nec viuere sine omni verbo dei qd̄ proce
dit de ore dei. Matth.iiij. Deutero.viij. Item ibi Beda.
Quādiu em̄ nobiscū est sponsus:nec ieiunare possumus
nec lugere:quū autē per peccata ille recedit:tunc indicen
dum est ieiuniū:⁊ requirendus luctus. Exponitur etiam
tripliciter illud verbū vt scribit Tho.in secunda scdē.q.c.
xlvij.ar.iiij.in fi.⁊ no.de hoc Joan.an.in pre.c.ad nostrū.
in glos.hoc est heretic̄. Orent etiam isti cū christo. Jo.xvij
Pater clarifica filium tuū. Or aūt.s.dixit iste error de sen
sualitate rationi subiecta. Dic q̄ sensualitas est vis anime
appetens desiderabilia corpori/⁊ refutans nociua:⁊ hāc
dicimus animā sensitiuā.⁊ de hoc no.per Joan.an.in pre.
c.ad nostrū.in glos.que est vis appetēs.⁊ de sum.tri.c.j.in
clemen. Isti etiā dicētes sibi licere cōcedere corpori quic-
quid placet:non viderunt textum eos expresse confundē
tem.iiij. disti.denique.in fi.vbi dicitur: Vinū q̄ ita bibere ꝑ-
mittitur:vt ebrietatē omnino fugiamus:alioquin restat
vt ⁊ omnia que corporibus libent: similiter faciamus.vn̄
⁊ Alexāder ad didimū. Ea q̄ voluptas sibi vendicat:hone-
state plerūq̄ negam⁹ admittere.dedit nobis multas na-
tura blāditias:qs plerūq̄ virt⁹ cohibet. Et Ouidius epi
stolarum. Est virt⁹ placidis abstinuisse bonis.facit.xj.q.j.
aliud.⁊.q.iij.q̄d ergo.xiiij.q.j.§.j.et.§.quia ergo.et.c.quis-
quis.⁊.xlj.di.quisquis ⁊c.

¶ Tertius error. ℞

Tertius error begar

dorum est/q: dicunt q̄ illi q̄ sunt in predicto
gradu perfectionis ⁊ spiritu libertatis:non
sunt humane subiecti obediētie. contra istū
errorem ex de renū.nisi.§.sed dices.de regu.licet.de elect.
ḡnali.§.illos.li.vj. Et q: ecclesia ista ordinata ad instar ec
clesie triūphantis vbi est vnus monarcha cui omnes obe
non eñi a populo redditur quasi merces illis q̇ sibi in charitate euangeliũ seruiũt: sed tanq̃ stipendium datur quo vt possint laborare pascãtur. Item Mar.vj. Et precepit eis ne quid tollerẽt in via: nisi virgam tantũ: nõ peram/ neq̧ panẽ: nec etiã in zonis es: sed calciatos sandalijs: ⁊ ne induerẽtur duabus tunicis. vbi Beda. Tanta eñi predicatori in deo debet esse fiducia: vt p̄sentis vite sumpt⁹ q̃uis nõ prouideat: tñ hos nõ sibi deesse certissimo sciat. ne dũ mens eius occupatur ad tẽporalia: minus alijs ꝓuideat eterna. Item Chrys. Hoc etiã eis dñs precepit: vt per habitũ ostenderent quantũ a diuitiarũ desiderio distabant. Item Theophilus. Instituẽs etiam eos per hoc non esse amatores munerũ: ⁊ vt videntes eos predicare paupertatẽ acquiescant: quũ apostoli nihil habẽt. Qr vero dicit Nisi virgam tantũ/ intelligit Aug. q: per potestatẽ a dño acceptam que virge noĩe signata est: etiã que non portantur nõ deerunt. Qr vero Mat.x.c. ⁊ Luc.ix.c. cõmemorat dñm dixisse discipulis vt nec virgam ferrẽt/ intelligit idẽ Aug. i. nec minimas quidẽ res. Item Amb. de sancto Joseph. ⁊ est.xi.q.iij.ira.ij.ibi. Dñs Jesus mittens ad euãgelizandũ discipulos/ misit eos sine auro ⁊ argento/ sine pecunia/ sine virga: vt ⁊ incentiua litis ⁊ instrumenta exipe retvltionis. Quod dicit Mar.vj.c. de sandalijs intelligit Aug. i. soleis: vt pes neq̧ tectus sit desuper: nec nudus ad terrã. i. nec occultetur euãgeliũ: nec terrenis cõmodis innitatur. Item Chrys. Mat.x.c. ⁊ Luc.ix.c. non calciamenta neq̧ baculũ portare permittit. qđ ostendit sanctissimũ esse. Marcus vero baculũ iubet assumere: ⁊ sandalijs calciari. quod dictum est permissiue. ¶ Sexto per superiora patet ꝙ nõ licuit apostolis alicubi predia recipere nec retinere aliquo tẽpore. quia quũ sepe ⁊ frequenter predicarẽt: si tẽpore predicandi non licuit eis predia retinere: ⁊ alio tẽpore licuisset: tũc oportuisset eos tota die sicut mercatores predia vendere ⁊ cõmutare. qđ de apostolis sentire est incõueniens ⁊ euangelio contrariũ: presertim quia quum essent de ecclesia primitiua: in qua nullus habebat propriũ singularim. vt.xij.q.j. dilectissimus. ⁊ illius ecclesie capita propriũ non potuerũt dispersi per mundũ vllatenus possidere. vñ Aug. in homilia.c.xix. super illud Jo. Accepit eam discipulus in suã. Quam suã: quũ reliquisset oĩa: Suscepit Joãnes matrẽ domini in suam: qui nõ predia. q̇ nulla ꝓpria possidebat: sed officia que ꝓpria dispẽsatione exequẽda curabat. Propterea religiones mendicantiũ predicatorum ⁊ minorũ que potestatem recipiẽdi ⁊ retinẽdi predia a se abiecerũt: vt christo pauperi in paupertate altissima famularẽtur. vt ex̃ de excess. prela. nimis iniqua. ⁊.c. nimis praua. essent nulle et vacue: si apostoli quos imitantur in paupertate altissima/ potuissent licite predia recipere ⁊ tenere. nõ enim in paupertate altissima christo cũ apostolis famularent: si apostoli potuissent predia recipere ⁊ tenere: que ipsi a se penitus abiecerunt.

¶ Articulus.lvj. A

Item ꝙ simplex facti vsus seu actus possit separari a dñio: ⁊ participari ⁊ cõmunicari in rebus consumptibilibus: dñio apud verũ dominũ remanente: ptz per beatũ Clementem in prima epistola ad beatũ Jacobum de beato Petro sic dicentẽ. Frequẽter inter vosmetipsos cõmunem cibum vestrũ mensamq̧ faciatis. ⁊ inquantũ vnusquisq̧ preualet: crebro panes ac sales suos cum suis fratribus sumat. Et parũ post. Propter quod cõmunes facite cibos vestros cum ijs qui ſm deũ fratres sunt. vt per hec tẽporalia officia pacis ⁊ charitatis fructib⁹ gaudia eterna mereamini. de hoc etiã Act.ij.c. Erant autẽ omnes perseuerantes in doctrina apostolorũ ⁊ cõmunicatione fractionis panis. ⁊ j. ad Cor.x. Unus panis ⁊ vnum corpus multi sumus: nã omnes de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Item ꝙ apostoli oĩa reliquerint quantũ ad proprietatẽ nedum in speciali sed etiã in suo cõmuni/ patet in pre.c.xix. Mat. Ecce nos reliquimus omnia. quoniã apostoli nõ minus perfecte oĩa reliquerunt: q̃ iuuenis ille cui christus dixit. Uade ⁊ vende omnia que habes: ⁊ da pauperibus. eo.c. Mat. habita reliquisset: si christi cõsilium seruasset. ⁊ hoc patet: tũ quia Petrus dixit predicta verba. Ecce nos reliquimus omnia. occasione illius iuuenis: vt patet in eo.c. Matth. tũ quia apostoli non fuerũt minus expropriati a mundo vniuersaliter: q̃ ille iuuenis fuisset expropriatus ab habitis: si christi consiliũ seruasset. Sed christ⁹ cõsuluit illi iuueni ꝙ omnia que habebat relinqueret quantũ ad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij: ⁊ non solum quantũ ad affectionẽ ⁊ curam eorũ. quia mandauit sibi ꝙ omnia habita venderet ⁊ daret pauperibus. vẽdita autẽ ⁊ pauperibus erogata non remanent amplius quoad ꝓprietatem ⁊ dominiũ: quia nemo potest retinere quod vẽdidit. j.q.j. qui studet. ergo similiter apostoli omnia reliquerunt quoad proprietatẽ ⁊ dominium: ⁊ non solũ quantum ad affectionẽ ⁊ curam eorum. Nec tamen ꝓpterea sequitur ꝙ apostoli omnia reliquerunt quoad vsum necessarium: quoniam relinquere omnia quod vsum necessarium sine quo homo nõ potest viuere: nõ est perfectionis: sed imperfectionis/ fatuitatis/ ⁊ impossibilitatis. ex̃ de verb. signi. exiit. §. porro. lib.vj. Relinquere aũt omnia quoad ꝓprietatem ⁊ dominiũ est perfectionis. vt ptz.xiiij.q.j.§.j.⁊.j.q.ij. si quis. Item ⁊ hoc patet ex circũstantijs sequentibus: quoniã post illa verba Petri. Ecce nos ⁊c. christus intulit. Et omnis q̇ reliquerit domũ/ aut agros/ aut fratres/ aut vxorem/ aut sorores/ propter nomen meũ: centies tãtum accipiet: in hoc tẽpore domos agros fratres ⁊ sorores: ⁊ in futuro vitam eternã. vt patet Mar.x. vbi Theophilus. Uide igitur hec i apostolis. Multe eñi mulieres erant solicite de eorum cibo ⁊ vestimẽtis: ⁊ ministrabant eis: similiter ⁊ patres ⁊ matres plurimas habuerunt: scz eos qui eos diligebãt. Sed ⁊ Petrus vnã relinquens domum/ postmodũ omniũ discipulorũ domos habebat. Ex quib⁹ colligitur euidenter ꝙ verba Petri premissa. Ecce nos reliquimus oĩa. quoad proprietatem ⁊ dominium sunt intelligẽda: quoniã apostoli non minus perfecte oĩa reliquerunt q̃ christus cõsequenter intulerit dicendo. Et omnis q̇ reliquerit domũ fratres ⁊ sorores aut agros ⁊c. quod etiã patet: q: apostoli nõ minus perfecte omnia reliquerũt: q̃ christus eorũ exemplo induceret alios ad relinquendũ sua ꝓpria. sed verba christi predicta intelligũtur quantũ ad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij: ⁊ non solũ quantũ ad affectionem ⁊ curã: quia dicere ꝙ oĩs qui reliquerit aut domos aut agros quantũ ad affectionẽ ⁊ curã/ retinendo sibi ꝓprietatem aut dominiũ/ centies tãtum accipiet: domos scz ⁊ agros in hoc tẽpore: nihil esset penitus dominij. q: quoad q̇d deberet centies tantũ accipere in hoc tẽpore: ex quo sibi proprietatẽ ⁊ dominiũ retineret: Aut quoad ꝓprietatẽ aut quoad vsum. non quoad ꝓprietatẽ: quia illa sibi retinuerũt. Non quoad vsum: q: si nõ reliquerũt proprietatẽ: multo minus reliquerũt vsum necessariũ. ergo verba christi ⁊ ꝑ consequẽs verba Petri quoad abdicationẽ ꝓprietatis ⁊ dominij sunt intelligenda: ⁊ non solũ quantũ ad affectionem ⁊ causam. vñ super dicta verba Petri. Ecce nos reliquimus oĩa. Matth.xix. glos. interlinearis dicit. etiam voluntatẽ habendi. ⁊ super illa verba Luc.xviij.c. Ecce nos dimisimus oĩa. dicit glos. interlinearis. etiã voluntatẽ habẽdi. ⁊ ita ſm vtranq̧ glos. authenticam/ non solũ reliquerunt seu dimiserũt omnia quoad ꝓprietatẽ ⁊ dominiũ: sed etiam dimiserunt (quod plus est) voluntatẽ habendi que nunq̃ habuerunt nec habuissent. Itẽ ex alijs circũstantijs hoc apparet. q: eo modo Petrus dixit Ecce nos reliquimus omnia. quo modo per oppositũ christus dixit de mũdi possessoribus. Mat. xix. ⁊ Mar.x. Qr difficile qui pecunias habent regnũ dei introibunt. vbi Chrys. Dixit autẽ dominus hoc discipulis pauperib⁹ existẽtibus ⁊ nihil possidẽtibus: instruens eos

inopiã non erubescere: ⁊ quasi excusando eis respondẽs pro eo ꝙ nihil eos habere cõcesserat: sequitur in Marco. Discipuli aũt obstupescebant in verbis eius. Manifestũ est em̃ quoniã inopes existentes ꝓ aliorũ salute dolebant. Patet aũt hoc tñ quia Petrus dixit predicta v̄ba respondẽdo ad verba christi. tñ quia apostoli nõ minus perfecte mundũ reliquerũt: ꝙ christus per verba predicta induceret homines ad mũdi contẽptum. sed verba christi predicta/ Q̃ difficile q̇ pecunias habent ⁊c. intelligũtur quantũ ad possessionem ꝓprietatis ⁊ dominij pecuniarũ: ⁊ nõ solũ quãtum ad affectũ ⁊ curam ipsarum: quia affici ad pecunias ⁊ solicitari ad ipsas non est ipsas pecunias habere. q: multi afficiũtur ⁊ solicitantur indebite ad ipsas qui nunꝙ possunt attingere. christus autẽ dixit in preal. c. Mar. Q̃ difficile qui pecunias habent regnũ dei introibunt. cuius rationem ipse christus subiũgit immediate. Mar. x. dicens. Filioli ꝙ difficile in pecunijs confidentes regnũ dei introibunt. q. d. difficile est pecunias habere et regnũ dei introire. vnde glos. accepta ab Augustino sup illud Luc. xviij. ꝙ difficile qui pecunias habẽt ⁊c. dicit sic. Non impossibile sed difficile ait. quia diuitie difficulter cõtẽnuntur. de omnib⁹ ergo tutius est nec habere nec amare. hec glos. ergo similiter verba Petri predicta intelligẽda sunt quoad abdicationẽ possessionis ꝓprietarie ⁊ dominatiue. ad hoc facit qđ dicit Beda super illud Mar. x. ꝙ difficile ⁊c. Aliud est pecunias habere ꝙ amare. multi habent: sed nõ amant. multi amant: ⁊ nõ habent. Itẽ alij habent ⁊ amant. alij nec habere nec amare se gaudent. q̃ quidẽ tutiores cũ apostolo dicere possunt. Gal. vj. Mihi mundus crucifixus est: ⁊ ego mundo. hec glos. Bede. Ex quib⁹ oĩbus patenter colligitur ꝙ tutius est ⁊ perfectius pecunias non habere nec amare: ꝙ habere quoad possessionẽ proprietatis ⁊ dominij ⁊ eas nõ amare. Et ꝙ talem statũ apostoli post eorũ electionem ad apostolatũ ⁊ destinationẽ ad predicandũ elegerunt ⁊ seruauerunt. Itẽ sup illud Luc. xiiij. Sic ex vobis omnis qui non renũtiauerit omnib⁹ que possidet: nõ potest meus esse discipulus. glos. or. Hoc distat inter renũtiare omnibus/ ⁊ relinquere oĩa:

Renunciare ⁊ relinquere nõ nihil differũt.

ꝙ renuntiare cõuenit omnibus qui ita licite vtũtur mundanis que possident: vt tamen mente tendant ad eterna. ps. lxj. iuxta illud. Diuitie si affluant: nolite cor apponere. ⁊. xxxiij. q. v. ẜm. Relinquere autẽ tantũ perfectorum: qui omnia tẽporalia postponunt: ⁊ solis eternis inhiant. hec glos. Et ita ẜm glos. or. licet renũtiare sit quoad affectionem ⁊ curã superfluam/ qđ est imperfectorũ: tamen relinquere est quoad proprietatem ⁊ dominiũ: quod est perfectorũ. Item ad hoc est beat⁹ Greg. primo moral. libro de beato Job sic dicẽs. Consideremus cuius sanctitatis vir iste fuerit: qui ad tam sedula dei obsequia sic occupat⁹ vacauit. Necdum precepti virtus emicuerat que oĩa relinqui preceperat. Mat. xix. sed tñ beatus Job eiusdẽ preceptoris vim in corde seruabat. quia nimirũ substantiã suã mẽte reliquerat: quã sine dilectiõe possidebat. hec Greg.

¶ Ex qua authoritate colligit̃ duplex mediũ. Primũ medium est quia virtus precepti omnia relinquendi quoad affectionẽ ⁊ curam superfluã iam emicuerat. vñ ⁊ in ps. lxx. Diuitie si affluãt: nolite cor apponere. ⁊ Prouer. vlti. c. Mẽdicitatẽ ⁊ diuitias ne dederis mihi: sed tantũ victui meo tribue necessaria. ⁊ ita iam emicuerat virt⁹ precepti omnia relinquendi quoad affectionẽ ⁊ curam superfluã: ⁊ tamen nõdum emicuerat virtus precepti omnia relinquendi in totum ẜm beatũ Greg. ergo intelligit de precepto relinquẽdi quoad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij. ⁊ ita apostoli reliquerũt omnia quoad ꝓprietatem et dominiũ. ¶ Secundũ mediũ quia si apostoli nõ reliquerunt omnia nisi quoad affectionẽ ⁊ curam superfluam: ⁊ isto modo reliquit omnia beatus Job. quia vt dictũ est/ dicit Greg. Nimirũ substantiã suã mente reliquerat quã sine dilectione possidebat. Et in eo. c. de ipso dicit. Nunꝙ quippe sine dolore amittitur: nisi qđ sine amore possidet. Itaqꝫ dũ substãtia magna describitur: ⁊ tamẽ paulopost patienter amissa perhibet̃: qđ sine dolore perdidit/ cõstat ꝙ sine amore possedit. Igitur paupertas apostolica seu euangelica non esset alia a paupertate Moysaica ⁊ sanctorũ patrum veteris testamẽti. quod est erroneũ. q: hoc esset conuertere euangeliũ in legem: quod est cõtra illud Pauli ad Heb. vij. quia trãslata est lex in euangeliũ. vt legitur ⁊ no. ex̃ de cõsti. translato. Item ad hoc Greg. super euange. parte prima homil. v. de Petro ⁊ Andrea sic dicens. Multũ reliquit: qui nihil sibi retinuit. Multum reliquit: qui quantũlibet parum totũ deseruit. Multum dimisit: qui cũ re possessa etiam concupiscẽtijs habendi renũtiauit. A sequẽtibus ergo tanta dimissa sunt: quanta a nõ sequẽtibus concupisci potuerunt. hec Greg. Idẽ scripsi. §. eo. §. nunc vero. ℞. ⁊ primo. liiij. arti. Et ꝙ intelligit Greg. quantũ ad abdicationem proprietatis ⁊ dominij: ⁊ non solũ quantũ ad affectionẽ ⁊ curam: patet aperte ex eo maxime ꝙ dicit quia cũ re possessa etiã concupiscẽtijs habendi renuntiauit. ⁊ ita apostoli non solũ reliquerunt affectionẽ ⁊ desideria seu concupiscentias habendi tẽporalia: sed etiam reliquerũt ẜm Greg. rem possessam tam habitã ꝙ habendã. Item ad hoc est ratio. quoniã aut relinquere tẽporalia quoad affectionem ⁊ ꝓprietatẽ simul est perfectius ꝙ relinquere ipsa solũ quoad affectionem: aut non. Si nõ est perfectius: ergo religiosi sine ꝓprio viuere profitẽtes qui figuram tenẽt apostolorũ in renuntiatione propriorũ. vt legit̃ ⁊ no. in pre. c. xvj. q. j. ex authoritate. frustra superflue ⁊ inutiliter reliquerũt in speciali proprietatẽ omniũ temporaliũ: ex quo talis expropriatio ad perfectionẽ nõ pertinet: nec perfectioni aliq̄d addit. quia frustra ⁊ inutiliter quis obligat se ad gradũ vel modum viuendi arctiorem ⁊ difficiliorem sine maiori gradu perfectionis ⁊ meriti. quod est erroneũ ⁊ absonum: ⁊ contra omniũ patrum instituta ⁊ religionũ vota: ⁊ contra illud xiiij. q. j. §. j. ⁊ ex̃ de renũ. nisi in p̄n. ibi. frugem melioris vite ⁊c. ⁊ de sta. mona. quod dei timorẽ. in prin. de conuersi. cõiu. gaudemus. de cleri. percu. c. vlti. de regu. licet. j. rñ. ⁊ §. fi. ⁊ exponitur frugẽ. i. fruitionem ẜm Gof. vel retributionem vel plenitudinẽ ⁊ libertatem ẜm Egidiũ. facit ad hoc etiã. xix. q. ij. due. Si autẽ relinquere rerũ proprietatẽ cũ affectione/ est perfecti⁹ ꝙ relinquere res solũ quãtum ad affectionẽ: ⁊ pauꝑtas apostolica ꝑfectior est ex genere: ergo apostoli reliquerũt omnia temporalia non solum quantũ ad affectũ ⁊ curam: sed etiam quoad proprietatẽ ⁊ dominiũ. Item circa res tẽporales: vt supra. ℞. aliud est. tactũ est: sunt quatuor modi differẽtie: duo mali ⁊ duo boni. ⁊ bonus opponitur malo: ⁊ peiori melior. ¶ Primus modus circa res tẽporales est ipas inordinate amare sed nõ habere. qui modus malus est. de tali dicit Jo. cassi. in li. collationũ in. iiij. coll. Danielis. ꝙ habet sensum pauperis/ ⁊ diuitis voluntatẽ. ⁊ tali nõ deest animus: sed facultas. facit ad hoc a sensu cõtrario. j. q. ij. si q̇s. ibi. aut q̇ nihil habuit nec habere desiderat.

Circa tẽporalia duo sunt differentie modi

¶ Scd̃s modus est ipas inordinate amare ⁊ habere. qui modus est peior primo. qm̃ delectatio potior est in bono ꝙ in malo: rei presentis ⁊ in actu ꝙ rei absentis in potẽtia. q: vnũquoqꝫ magis mouet res ẜm ꝙ est p̄sens in actu: ꝙ ẜm ꝙ est absens in potentia. Ideo Prouer. xiij. Desideriũ si cõpleatur delectat animã. Et Aug. ix. de tri. Desideriũ inhiãtis fit amor fruẽtis. Sed delectatio inordinata rei amate ⁊ habite est delectatio obiecti p̄sentis ⁊ in actu. delectatio v̄o inordinate rei amate sed nõ habite est delectatio rei absentis ⁊ in potẽtia. ergo amor inordinatus seu delectatio inordinata rerũ temporaliũ amatarum ⁊ habitarũ/ peior est moraliter ex genere suo/ amore inordinato seu delectatione inordinata earũ rerũ amatarũ ⁊ nõ habitarũ: sicut finis malus est peior ijs q̄ sunt ad finẽ. amare aũt intẽdit̃ ꝓpter habere. ¶ Terti⁹ modus est ordinate h̃re ipsas: sed nõ amare. qui bon⁹ est modus. xxxiij. q. v. ẜm. ¶ Quart⁹ modus est ordinate nec habere nec amare. q̇ modus melior est, tñ q:

in disparatis et nõ subordinatis. Cuius modus oppositus peior est: ipse quoq; melior. sed inordinate amare ⁊ habere peius est ꝙ inordinate amare ⁊ non habere vt declaratum est. ergo ordinate nõ amare nec habere: quod opponitur directe ad inordinate amare et habere: melius et perfectius est ꝙ ordinate habere ⁊ non amare: qd opponit᷑ directe ad inordinate amare ⁊ non habere. Tũ q: finis bonus melior est ijs que sunt ad finem. non amare autem temporalia est finaliter propter non habere. ad hoc eñi nõ amant᷑: vt non habeant᷑. sicut econuerso amare tẽporalia est finaliter ꝓpter habere ipsa: q: ideo amantur vt qñq; habeant᷑: et non econuerso. ergo nec habere nec amare ipsa perfectius ⁊ melius est ex gñe ceteris paribus ꝙ habere et non amare. Sed apl'i elegerũt modũ perfectiorem et meliorẽ: non est dubiuȝ. ergo ipsi reliquerunt tẽporalia nõ solum quantũ ad affectum et curã inordinatam: sed etiã quantũ ad possessionẽ ꝓprietariã ⁊ dñium ꝓprium. Unde Hieronym⁹ ad demetriadẽ. Apostolici fastigij perfecteq; virtutis est oia vendere: et pauperibus distribuere: et sic leuem atq; expeditum cũ christo ad celestia subleuari. Et licȝ Petr⁹ non dixerit Mat. xix. Ecce nos vendidimus omnia ⁊ dedimus pauperib⁹: q: pro maiori parte pauperes fuerunt: ⁊ ea que habuerunt suis egenis necessarijs necesse dimittere habuerũt ar. bo. lxxxvj. di. nõ satis. xij. q. j. expedit. tñ non minus pfecte oia quoad ꝓprietatem reliquerũt: ꝙ si vendita pauperibus erogassent. Item apl'i reliquerunt oia que christus consuluit esse relinquenda: sed christ⁹ consuluit cuidam principi de sua salute petenti vt oia relinqueret vniuersaliter: tam preter necessaria ꝙ etiã necessaria vite. q: vt Lucas refert. xviij. c. christus dixit illi. Omnia quecũq; habes / geminato termino vniuersali / vende: ⁊ da pauperibus. ⁊ veni / sequere me. ⁊ ita ille si seruasset christi cõsiliũ: fuisset vniuersaliter oia relicturus: q: omnia illa erat vniuersaliter relicturus / que secũ ad christi et apl'oꝝ collegium ferre non poterat seu ferre nõ debebat. sed ad collegiũ christi et apl'oꝝ nec in speciali nec in cõmuni debebat secum aliquid ferre ꝺm formam consilij sibi dati: nec preter necessaria nec etiam necessaria vite. q: dixit. Oia quecũq; habes vende: et da pauperibus: et veni / sequere me. Nisi forte quis contendat de vestimentis ꝙ ea relinquere nõ debuerit: de q̃bus etiam non est dubium ꝙ ipa relinquere debebat. q: sicut oẽs apostoli postꝙ fuerunt missi ad predicandũ: fuerunt vniformiter semicalciati in pedibus: q: oẽs extunc fuerunt semicalciati sandalijs. vt habetur Mar. vj. Ita oẽs apostoli extunc fuerũt vniformiter induti in corpe: scȝ palliolo ⁊ vna tunica: vt narrat Clemens de Petro. ⁊ idem ꝺ: in legẽda beati Joannis euangeliste. Ideo autẽ eadem regula vestimẽtoꝝ datur oibus sicut ⁊ calciamentoꝝ et oim alioꝝ preceptorum: vt nulla in eis diuersitas sed in oibus religionis conformitas appareret. Et ita nullus eis dissimilis seu difformis habitu iungi vel associari i apostolatu debebat: nisi pri⁹ ꝓprium habitum mutando relinqueret: et nouum habitum assumendo / noue religioni cõformis fieret. sicut eis nullus i apostolatu iungi debebat: nisi in semicalciamẽtꝭ ⁊ alijs obseruãtijs cõsil'is fieret: sic in religionibus / intrãtes mutãt vestes: ⁊ frẽs minores etiã calciamẽta. ad hoc xxiij. dist. sctimonial'. ⁊ xx. q. j. vidua q̃ ibi. apta religionis et ꝓfessiõis veste. ⁊ q. ij. c. j. ibi. vel religioni debitam vestẽ ⁊ ibi. ad secularẽ reuerti habitum. ⁊ ibi: aut religiosam vestẽ aliq̃n habuerũt. ⁊ ibi. mox ad religiõis cultũ habitũq; reuocent᷑. ⁊ ibi. vel secularis vestis. ⁊ q. iij. ꝓdiuis. ⁊ c. presens. ⁊ xxvij. q. j. c. j. ⁊ ij. ⁊ c. de viduis. ⁊ c. sequẽ. ⁊ c. si custos. ⁊ c. si homo. ⁊ c. siquis rapuerit. ex̃ de regu. ad nr̃am ⁊ c. sequẽ. cum multis si. ⁊ facit optime ex̃ de vi. et ho. cle. deus qui. xvj. q. vij. in noua. xxxiij. q. v. qd deo. Et ita christo ⁊ apostolis copulandus in pfectione euangelica / vniuersaliter tam preter necessaria ꝙ vite necessaria relinq̃re debebat: ⁊ cibo alieno concesso pasci. Matth. x. vel de labore manuũ vt Paulus. ij. Thessa. vltimo. de cõ. dis. v. nunq̃. ⁊ j. q. ij. sacerdos. Similiter verba Petri premissa Ecce nos reliquimus oia / comprehendũt similiter oĩa tam supflua ꝙ etiam necessaria quoad ꝓprietatem ⁊ dominiũ in speciali et in cõmuni quantũ ad cõmunitatem apostolorũ propriã. Item verba Petri ꝑdicta se extẽdũt ad omnia illa de q̃bus christus ibi loquebat᷑. sed christus loq̃batur ibi vniuersal'r de oibus tẽporalibus tam superfluis ꝙ necessarijs: q: nomine diuitiarũ de quibus ibi expresse loquebatur ꝑ se et primo intelligunt᷑ tam sufficientia vite ꝙ superflua. Similiter nomine pecuniaꝝ que ibi a christo specialiter specificantur: intelligunt᷑ omnia que pecunia mensurantur. vnde iuuenis ille debebat possessiones et substãtias relinquere eo ꝙ pecunia erant mensurabilia. licȝ non essent pecunia. vnde. j. q. iij. totũ. Totũ quicquid hoies habent in terra oia quoꝝ dñi sunt: pecunia vocatur: seruus / vas / ager / arbor / pecus: quicq̃d horum est pecunia dicit᷑. ideo aũt pecunia vocata est q: antiqui qd habebant in pecoribus habebãt. ⁊ ff. de lega. iij. q̃sq̃s. vt patet in Job. Job. j. ⁊ vltimo. c. ergo verba Petri ꝑdicta se extendunt ad oia que pecunia mensurãtur. Pecunia autẽ mensurant᷑ omnia temporalia siue supflua siue necessaria vite: q: pecunie obediũt oĩa. Eccl's. x. Verba inquã Petri verisimiliter ad oia se extendũt sine aliq̃ exceptione: q: dixit omnia. ex̃ de ma. ⁊ obe. solite. §. penul. j. Cor. xvj. ⁊ Heb. ij. xix. di. si romanoꝝ. et de priuil'. q: circa. de elec. vt circa. li. vj. vbi de hoc in glos. omniũ. Joan. an. ꝓpter qd Greg. i homi. vt supra dictũ est. Tanta a sequẽtibus dimissa sunt: quãta a nõ sequẽtibus concupisci potuerunt. Ecce ergo terminus siue limes apostolice ꝓfessionis et perfectionis: scȝ omne tẽporale cõcupiscibile relinquere. Necessaria autẽ vite nõ minus sunt concupiscibilia / ꝙ preter necessaria vite: et non minus cõprehendũtur sub verbis Petri ꝙ non necessaria. vnde magister in historia scho. exponens predicta ṽba Petri dicit sic. Omnia illa reliquerat Petrus de quibus dictum est Eccl's. j. Omnia vanitas. Omnia illa retinuerat sibi de quib⁹ dictum est. ij. Cor. in. xv. Deus est omnia in omnib⁹. ecce ergo quid reliquerat et quid sibi retinuerat. Item non minus est vniuersalis de apl'is ista. Ecce nos reliquimus seu dimisimus oia: ꝙ sit vniuersalis de multitudine credentium illa: Erant eis omnia cõmunia. quia abdicatio apostoloruȝ non extendebat se ad pauciora ꝙ abdicatio priorum credentiuȝ. sed illa Erant illis omnia cõmunia / cõprehendit vniuersaliter quecumq; vite necessaria siue alimenta siue tegumenta: vt ptȝ per scripturam: ergo similiter ista Ecce nos reliquimus oia. cõprehendit similiter quecũq; vite necessaria. Similiter non minus vniuersalis est ista Ecce nos reliquimus omnia. Mat. xix. Act. iiij. ꝙ illa: Nec quisꝙ eorum que possidebat aliquid suuȝ esse dicebat. xij. q. j. c. ij. sed illa / Nec quisꝙ eorum que possidebat aliq̃d suũ esse dicebat / cõprehendit vite necessaria: ergo et ista comprehendit vite necessaria. Item non min⁹ est vniuersalis ista de apl'is Ecce nos reliquim⁹ oia ꝙ sit illa de discipulis / Sic omnis qui ex vobis nõ renunciauerit omnibus que possidet: nõ potest meus esse discipulus. Luce. xiiij. c. sed illa de discipulis cõprehendit vite necessaria: q: cõprehendit oia q̃ cadunt sub possessione humana: inter que ꝯtinent᷑ vite necessaria: quomõcumq; illa cõprehendit siue quoad renũciationẽ ꝓprietatis / siue quoad renunciationẽ voluntatis ⁊ dilectionis inordinate: tamẽ oia cõprehendit. ergo similiter ista de apostolis cõprehendit vite necessaria quomõcũq; ipsa cõprehẽdat. Item nõ min⁹ sub verbis Petri predictis cõprehenduntur vite necessaria: ꝙ sub voto religiosoꝝ sine ꝓprio viuere ꝓfitentium: qui in paupertate imitantur vitã apostoloꝝ. sed sub voto religiosoꝝ sine ꝓprio viuere absolute profitentium cadũt vite necessaria sicut alia temporalia. sicut ptȝ. xij. q. j. scimus. c. nolo. c. non dicatis. Non dicatis vos hr̃e aliq̃d ꝓprium: sed sint vobis oia cõmunia. vnde

et de malis de quibus minus videt᷑/scribitur Prouer.c.i.
Sorte mitte nobiscum.marsupium vnū sit omniū nrm.
Nomine autē marsupij intelligunt᷑ omnia que pecunia
mensurātur.vnde glos.interlinearis.Marsupiū vnum/
cōmunia omīa.Si ergo inter malos possunt esse cōmu⸗
nia oīa:siue preter necessaria/siue necessaria vite:multo/
magis inter bonos possunt esse oīa communia.Ideo de
prima multitudine scribit᷑ Actuū.ij.ꝙ erant illis oīa com
munia.quod de necessarijs etiam vite negari non pōt:et
necesse est hoc intelligi.Sed votū religiosoꝝ sine ꝓprio
viuere profitentium se extendit ad oīa illa que possunt
esse cōmunia:⁊ nulli in speciali ꝓpria:sed oīa quecunqꝫ
sint/siue necessaria siue nō necessaria vite:possunt esse cō
munia alicui multitudini:⁊ nulli eoꝝ propria.alioquin
falsum esset qd̓ scribitur de prima cōmunitate siue multi⸗
tudine credentiū/ꝙ erant illis oīa cōmunia:ergo votum
religiosoꝝ absolute sine proprio viuere profitentium ad
alimenta vite necessaria se extēdit.⁊ verba Petri scꝫ Ec⸗
ce nos reliquimus oīa.non extendunt se ad pauciora q̄
votum religiosoꝝ absqꝫ proprio viuere profitētiū/paup⸗
tatem euangelicam et apostolicā imitantiū:⁊ votum re⸗
ligiosoꝝ se extendit ad quecūqꝫ minima:ergo v̓ba Petri
predicta se extendunt ad quecumqꝫ etiā vite necessaria.
Item regula beati Francisci ab eccl̓ia data/confirmata
et approbata/⁊ declarata/et corpore iuris clausa/sic inci
pit.Regula ⁊ vita fratrum minorum hec est.scꝫ sanctum
euangeliū obseruare:viuendo in obedientia/sine ꝓprio
et in castitate ⁊c. ergo viuere sine ꝓprio fuit paupertas
euangelica.sed viuere sine ꝓprio in nullo loco euangelij
conuenientius exprimitur q̄ in verbis Petri predictis.
Ecce nos reliquimus oīa.ergo verba p̄dicta debēt intel
ligi quātum ad abdicationē ꝓprietatis omniū rerū tem
poralium quarū religiosi voto a se ꝓprietatem abijciūt.
sed religiosi abijciūt a se in spāli voto ꝓprietatis ꝓprie⸗
tatem omniū rerum que possunt esse cōmunes ⁊ nulli ꝓ
prie.quia votum abdicationis absolute ⁊ cadens super
omnia ex forma ⁊ natura sua cadit sup̱ omnia vniuersa⸗
liter que possunt esse cōmunia ⁊ nulli ꝓpria.talia autem
sunt vniuersaliter quecūqꝫ temporalia absqꝫ exceptione
aliqua.vt sepe dictum est.q: illud qd̓ scribit᷑ de multitudi
ne credentiū ꝙ erant illis oīa cōmunia:intelligitur vni⸗
uersaliter de quibuscūqꝫ rebus tēporalibus.ergo verba
Petri predicta intelligunt᷑ quātum ad abdicationem ꝓ⸗
prietatis omniū rerū quarūcūqꝫ.Nisi hoc diceretur/seq
retur ꝙ abdicatio apostolorū fuisset minor q̄ abdicatio
religiosoꝝ absqꝫ ꝓprio viuere ꝓfitentiū.qd̓ est absurdū.
vnde Hiero.ad Exuberantiū dicit.Nemo apostolis pau
perior fuit.nemo tanta ꝓ dn̄o dereliquit.Ceterum ꝙ pōt
argui de illo qd̓ dicit angelus ad Petrū.Actuū.xij.Circū
da tibi vestimentū tuū.Et illud christi ad Petrū.Conuer⸗
te gladium tuū.Matth.xxvi.⁊ illud.Venit Jesus in do⸗
mū Petri.Luce.iiij.Et illud.Qui habet sacculum tollat:
similiter ⁊ peram.⁊ qui nō habet:vendat tunicam suā ⁊
emat gladium.Luce.xxij.qd̓ fuit dictum singulis apl̓is in
speciali.nō obstat.q: hec arguūt ꝙ hec fuerūt singula et
in speciali apostolorū quoad ꝓprietatem ⁊ dn̄ium.⁊ sm̄
hoc semp̱ ⁊ ante p̄dicationem ⁊ post ⁊ post aduentū spiri
tussancti quilibet apostoloꝝ fuisset ꝓprietarius etiam in
speciali:quū quilibet ipsoꝝ ⁊ vestibus ⁊ cibis necessarijs
vsus fuerit.Qd̓ est aperte contra scripturam.Actuū.ij.⁊
iiij.ꝙ nec quisq̄ eoꝝ que possidebat aliquid suū esse dice
bat:sed erant illis oīa cōmunia.⁊.i.ꝓ tunc nullus eorum
fuit in speciali ꝓprietarius in vestibus nec in alijs q̇bus
vtebatur.ergo nec post nec ante.quū nullus ipsoꝝ fuerit
magis vsus speciali veste post q̄ ante:nec imperfectior
post ecclesiam primitiuā q̄ erat in ea.Est etiā hoc expres⸗
se contra Clementem.xij.q.i.dilectissimis.vbi dicit ꝙ cōmu
nis vsus omniū que sunt in hoc mūdo oībus hoībus esse
debuit.sed ꝑ iniquitatem alius dixit hoc esse suū:⁊ alius
istud.⁊ sic inter mortales facta est diuisio.⁊ sicut nō pōt
diuidi aer nec splēdor solis:ita nec reliqua que data sunt
hoībus ad habendū diuidi debere:sed habenda oīa esse
cōmunia.Istius cōsuetudinis more retento/apostoli eo
rūqꝫ discipuli vna vobiscū ⁊ nobiscum cōmunē vitam du⸗
xerunt ⁊c.Sexto sm̄ Clementem sicut nullus apostolorū
vel discipuloꝝ habuit in aere vel in sole spāle dn̄ium ꝓprie
tatis:nec fuit in spāli in aere proprietarius et sole:ita sm̄
ipm̄ nullus fuit in speciali ꝓprietarius in aliqua re hui⁹
mūdi.⁊ ita predicta opposita nō intelligūtur quoad ꝓ⸗
prietatem ⁊ dominiū:sed quoad vsum.Et ita nō excipiū
tur ab ista vniuersali.Ecce nos reliquimus oīa.que intel
ligunt quoad ꝓprietatem ⁊ dn̄ium vt superius est osten
sum.Itē cōtra hoc ē expresse Remigius doctor eximius
sup̱ illo v̓bo Apoc.xi.in pn.Metire templū ⁊ adorantes
in eo.vbi sic dicit.Dicito em̄ seculo renūtiantibus.Beati
estis qui euāgelici p̄cepti memores/cūcta terrena ꝓ chri
sto reliquistis:sequētes eum a quo thesaurū in celo inde
ficientē percipietis.hec Remigius.Item glos.accepta
ab Ambro.sup̱ illud.ij.ad Coꝝ.vi.c.Tāq̄ nihil habentes
⁊ oīa possidentes.glos.Hec fuit gloria aploꝝ nihil dn̄o
possidere:sine solicitudine esse:⁊ tam res q̄ dn̄os earum
possidere.ideo oīa ponebantur ad pedes aploꝝ sicut in
actibus aploꝝ legit᷑.hec glos.Item Nicolaus.iij.in decre.
exijt.posita ex̄ de v̓bo.sig.li.vi.dicit sic.Dicimus ꝙ abdica
tio ꝓprietatis hmōi omniū rerū tam in speciali q̄ etiam
in cōmuni ꝓpter deum meritoria est ⁊ sancta:quā ⁊ chri⸗
stus viam ꝑfectionis ostendēs/verbo docuit:⁊ exemplo
firmauit:quāqꝫ p̄mi fundatores militātis eccl̓ie ꝓut ab
ipso fonte hauserant/in volentes perfecte viuere ꝑ doctri
ne ac vite ipsoꝝ alueos deriuarunt.hec Nicolaus.Ex q̄⸗
bus sequunt᷑ duo p̄ncipaliter.Primū ꝙ vsus quarūcūqꝫ Ex p̄dictis q̄ mo: hec īferunt.
rerum cōsumptibilium ⁊ non consumptibilium vsu est se⸗
parabilis a proprietate ⁊ dn̄io in speciali ⁊ in cōmuni.qd̓
patet ex eo qd̓ dicit/dicimus ꝙ abdicatio ꝓprietatis oīm
rerum in speciali ⁊ in cōmuni ꝓpter deum meritoria est
⁊ sancta.sed nō esset meritoria ⁊ sancta:nisi esset possibi⸗
lis.ergo vsus in oībus rebus est separabilis a ꝓprietate
⁊ dn̄io.Scd̓m qd̓ sequitur est:ꝙ christus ⁊ apl̓i habuerūt
vsum rerū oīm separatū a ꝓprietate ⁊ dn̄io speciali ⁊ cō
muni.quātum ad cōmunitatem ipsoꝝ spālem ⁊ ꝓpriam.
qd̓ patet ex eo ꝙ dicit.quam ⁊ christus vitam ꝑfectionis
ostendens verbo docuit:et exemplo firmauit.quāqꝫ pri⸗
mi fundatores militantis eccl̓ie scꝫ apostoli prout ab ipo
fonte hauserant/in volentes perfecte viuere per doctri⸗
ne vite ipsoꝝ alueos deriuarūt.Tertiū qd̓ sequitur est ꝙ
sepe dicta verba Petri.Ecce nos reliquimus oīa.sunt in
telligenda in speciali ⁊ in cōmuni quantū ad ꝓprietatem
et dn̄iū.q: in nullo alio euāgelio cōuenientius ⁊ ꝑfecti⁹
docuerunt abdicationem ꝓprietatis omniū rerū in spāli
et in cōmuni q̄ in verbis istis.Quartū qd̓ sequit᷑ ex pre⸗
missis est:ꝙ apl̓i non potuerunt licite retinere predia et
agros.vn̄ in legenda sanctoꝝ apostoloꝝ Simonis et Iu
de accepta ex libris Aphricani doctoris ⁊ episcopi p̄cipui
scribitur de ipsis apl̓is sic.Non nobis licet aliq̇d posside
re super terram:q: possessio nr̄a in celis est:que est eterna
vbi immortalitas regnat:⁊ ideo nulla rōne possum⁹ ac⸗
cipere aurum/aut argentū/aut vestes/aut domos/aut
p̄dia/aut seruos/aut ancillas.ista oīa terrena sunt:⁊ mo⸗
rientem hominē non sequunt᷑.quibus quū diceretur.vel
aliquantulum accipite quia pauperes et peregrini estis:
dixerunt.Nō sumus pauperes:q: diuitias celestes habe⸗
mus.Hec ibi.Nec obstat si dicatur ꝙ Nicola⁹ tertius loq
tur de christo ⁊ apl̓is inquantū prebuerūt exēplū perfe⸗
ctis:non condescendendo infirmis et imperfectis:q: in⸗
firmis ⁊ imperfectis condescendendo bene habuerunt
proprietatē et dominiū aliquarum rerum.Istud non ob⸗
uiat:sed cōfirmat ꝓpositū.q: saltē sm̄ hoc ostēdēdo viam
ꝑfectionis perfectis/habuerūt vsum taliū rerū separatū
a ꝓprietate ⁊ dn̄io in spāli et in cōmuni.Similiter quōcūqꝫ
abdicauerint ꝓprietatē oīm rerū in speciali et in cōi ista

verba Petri. Ecce nos reliquimus omnia. intelligenda sunt quantū ad abdicationē ꝓprietatis ⁊ dominij oium rerū vniuersaliter ꝑ tēpore quo dicta sunt in speciali ⁊ in cōmuni: ita ꝓ illo tēpore habuerūt vsum oim rerū q̄bus vsi sunt/separatū a proprietate ⁊ dn̄io in speciali ⁊ in cōmuni. Nec est verisimile aut aliquo mō credibile q̄ vniuersalis ecclesia que predictā decre. dn̄i Nicolai.iij. absq̧ contradictione aliqua iam sunt q̄nquaginta anni ⁊ amplius recepit approbauit corpore iuris clausit: publice in scholis ꝑ vniuersitates lecta est ⁊ vbiq̧ predicata: ꝑ Bonifaciū.viij.in.vi.lib.inserta: ꝑ Clementē etiam.v.in constitutione Exiui de paradiso.in concilio Viennensi edita/ Approbata per dn̄m papam Jo.xxij.in quadā sua extrauaganti que incipit Quorūdam/corroborata/circa vitā christi ⁊ apostoloꝝ vsq̧ nunc fuerit in errore.quū vniuersalis ecclesia in fide vel moribus errare non possit.xxiiij. q.i.hec est.⁊.c.a recta. Ad solutionē etiam contrariorum que possunt fieri: sciendū est q̄ contingit relinquere aliq̄

Bifariā pōt q̄d relinq. dupliciter.scȝ simpliciter ⁊ ꝑfecte cum intentione nō amplius resumendi. ⁊ cōuenit relinquere ſm quid tn̄ ⁊ imperfecte: quātum ad tempus cū intentione iterum resumendi. Petrus aūt in verbis premissis Ecce nos reliquimus omnia. loquebatur de modo relinquēdi omnia ꝑfecte cum intentione nō amplius resumēdi. qđ patet ex eo q̄ ante ibi premittitur Si vis ꝑfectus esse ⁊c. occasione cuius Petrus dixit verba ꝑdicta. Instantie aūt que possunt fieri/loquūtur de modo relinquendi impꝑfecte ad tēpus cum intentione iterū resumendi: sicut patet Luc.v. Subductis ad terraȝ nauibus relictis oībus secuti sunt eum. vbi apostoli Petrus ⁊ Andreas nō reliquerūt tūc omnia simplr̄ ⁊ ꝑfecte: sed tn̄ impꝑfecte ⁊ ad tempus cuȝ intentione iterum resumendi. qđ expresse dicit glos.ordi. sup verbis predictis Subductis ad terram nauibus ⁊c. glos. q: adhuc habent voluntatem redeundi. ⁊ magister in historia schola. Subductis ad terram nauibus.i.locatis animo redeundi ad eas. secuti sunt aliquātuluȝ: ⁊ iterum redierūt ad sua. hec magr̄ ibi. Sexto tūc apostoli nō dimiserunt omnia simplr̄ ⁊ vltimate: sed tn̄ ad tempus cum intentione redeundi. qđ etiam pȝ ex glos. super illo verbo Luce.v. Jam eris ex hoc hoīes capiens. glos. Nondum eligitur in apostolū: sed ꝑdicitur ei q̄ aliq̄n sit eligēdus. hec glos. Et sup illud Matth.iiij. Relictis retibus secuti sunt eū. glos. Amplius ad ꝓpria nō reuersi. vbi glos. supponit q̄ ꝑus fuerant post ꝑmā vocationē ad ꝓpria reuersi. Et pōt obijci de Mattheo: qui postq̄ euāgelista dixit. Relictis oībus secutus est eū. postea fecit sibi cōuiuiū magnū in domo sua. Matth.ix. ⁊ Luce.v. dicendū q̄ illud vel dictū est ꝑ anticipationē: sicut sepe scriptura accelerans anticipat tēpus facti: ⁊ postea explicat moduȝ ⁊ ordinem rei geste: vt superius est ostensuȝ. Vel relictis oībus tunc inchoatiue: q: tunc incepit oia dimittere: sed nō cōpletiue: q: cōpletiue postea. sicut de eo scribit. Surgēs secutus est eū. sed inchoatiue ⁊ nō cōpletiue: q: tūc nō christū secutus cōpletiue: sed postea. Vel relictis oībus nō simplr̄ ⁊ vniuersaliter: sed illis de q̄bus ibi premittit scȝ negotijs ⁊ lucris telonei: de q̄bus ibi immediate premittitur. Vidit leui sedentem ad teloneū. ⁊ ait illi. Seq̄re me. ⁊ relictis oībus secutus est eū. Relictis ergo negotijs ⁊ lucris telonei secutus est eum. Alia vero facto reliquit postea. licet etiam tunc omnia reliquerit ꝓposito et animo dimittendi. Et pōt obijci de Jacobo ⁊ Joāne q̄ relictis retibus ⁊ patre Zebedeo secuti sunt christum: tn̄ ⁊ Matth.iiij. non renūtiauerunt patri vt postea non haberent eum ꝓ patre: hoc ideo est q: pater nō pōt renūtiari quoad generationē: q̄n homo natus sit de ꝓprio pr̄e ⁊ matre: sed pōt sibi renūtiari quātum ad obedientiā quā debet filius patri ⁊ curā seculi temporalē. sic intelligitur xxiij.di. diaconi.v.in ꝑn.ibi. Dicentes pater ⁊ mater non noui vos. Deute.c.penulti. Nō obstat etiā qđ legit Mat.viij. q̄ venit iesus in domū Petri. ⁊ tn̄ iam Petrus reliquerat oia post vltimā vocationē. Matth.iiij. ⁊ Luce.iiij. q: domus illa nō erat sua quoad ꝓprietatem ⁊ dominiū: sȝ q̄ad habitationē. alꝭs sui fuisset dn̄ij ciuitas Bethsaida. quia legit Jo.i. Erat aūt Philippus de Bethsaida ciuitate Andree ⁊ petri. qđ friuolū est. Et eadē rōne Nazareth fuisset quoad dominiū Marie ⁊ Joseph. q: legitur Luce.ij. Reuersi sunt in galileam ciuitatē suam Nazareth. Et eadē rōne crux in qua passus fuit christus fuisset christi quoad ꝓprietatem ⁊ dominiū. quia legitur Matth.xxvij. Angariauerūt vt tolleret crucē eius. Eadem etiaȝ ratiōe sepulcra in q̄bus iacebāt ꝓphete: fuissent quoad ꝓprietatem corpoꝝ mortuoꝝ. quia legitur Matth.xxiij. Ve vobis: quia edificastis sepulcra ꝓphetarū. que oīa sunt ridicula: ⁊ plura alia in scripturis similia. Ideo dicendū q̄ sicut ciuitas natiuitatis eoꝝ dicebat esse ipsoꝝ/quātum ad originē ⁊ habitationē qua ibi habitauerant prius vel nunc: vel quoad dominiū quo prius fuerūt dn̄i eius: nō q̄ tunc essent actu dn̄i. Sicut sion dicebatur ciuitas Dauid post mortē suam.i. Macha.i. non q̄ tunc esset eius: sed quia fuerat. Et similiter porticus Salomonis. Jo.x. dicebatur post mortē Salomonis: nō q̄ tunc esset: sed quia fuerat eius quoquo modo: vel q: fecerat illam cōstrui. Sic etiam dicit Matth.ix. Ascendēs iesus in nauiculam trāsfretauit: ⁊ venit in ciuitatem suā. que fuit ad literam Capharnaū. Mar.ij. vnde Augu. Quis dubitet Capharnaū fuisse ciuitatem dn̄i: quā non nascendo sed miraculis illustrando suā/sed tn̄ nō ꝓpriam fecit. Et aūt domus illa nō esset actu Petri vel Andree quoad dominiū: patet per illud qđ dicit beatus Grego. exponēs verba illa Matth.iiij. dicta de Petro ⁊ Andrea. Relictis retibus secuti sunt eum. vbi dicit. Tanta a sequentibus dimissa sunt: quāta a non sequentibus cōcupisci potuerūt. ⁊ ita extunc non videtur q̄ retinuerūt sibi domū quoad dominiū. Ad hoc etiam est glos. sup eisdem verbis: q̄ dicit sup verbo sequenti/incessu sed magis obedientia ⁊ affectu amplius ad ꝓpria non reuersi. hec glos. ⁊ per consequens extunc non retinuerunt sibi aliquid ꝓprium maxime in rebus immobilibus. Adde qđ scripsi.i.in ar.lviij. in.§.sed cōtra.℟.qđ vero obijcitur. ¶ Licet etiam fortassis posset dici q̄ vocatio Petri ⁊ Andree fuit postquam christus venit in domū Petri ⁊ Andree: q̄uis Mattheus prius narret factū vocationis q̄ factum de domo. tamē Lucas euangelista qui magis in hoc videt̄ texere ordinē rei geste: ꝑus narrat.iiij.c. quomodo iesus venit in domū Simonis: ⁊ post.v.c. narrat quomō vocauit eos. vbi dic̄ glos. ⁊ accipit̄ ab origine. quādo hoc factum sit ignorat̄: quia non semper quod posterius narratur/est posterius in re. Quomodocūq̧ autem dicatur sic vel sic: postq̄ vltimate omnia reliquerūt: amplius simpliciter propriū nō habuerunt. Nō potest iterum obijci de caligis. Calcia te caligas tuas. Actuū.xij. ⁊ de vestimento. Circūda tibi vestimentū tuum. ⁊ de tunica. Qui nō habet vendat tunicam suam. Luce.xxij. ⁊ de gladio. Conuerte gladiū tuum in vaginam. Matth.xxvi. ⁊ Jo.xviij.xxiij.q.i.§.i. mouere nō debet. quoniā nō aliter vestimentum Petri fuit suuȝ post aduentum spūssancti: q̄ ante. quia vniformiter Petrus vtebatur suo vestimento: ex quo fuit ad apostolatū assumptus. ⁊ caligis ⁊ tunica. sed vestimentum quo vtebatur Petrus existens in multitudine credentium: non erat Petri quoad ꝓprietatem ⁊ dominium. quia dicitur Actuū.iiij. ⁊.xij.q.i.c.ij. Nec quisq̧ eorum que possidebat aliquid suū esse dicebat: sed erant illis oia cōmunia. ergo nec post nec ante fuit ꝓprietarius: nec suū quoad ꝓprietatem ⁊ dn̄iū fuit vestimētū. ⁊ si postea vniformiter vsus fuerit suo vestimēto sicut ante ⁊ post: nō fuit magis ꝓprietarius in speciali q̄ ante. Si ergo vestimentū quo vtebatur in multitudine credentiū: nō fuit suū quoad ꝓprietatem: sed tn̄ quoad vsuȝ: eadē rōne ⁊ fortiori tunica q̄ vtebat̄ i collegio aplorꝝ an̄ christi passionē/nō fuit sua quoad ꝓprietatem: sed solum quoad vsum. ⁊ tn̄ nō fuit ma-

gis ꝓprietarius in collegio christi ⁊ aplorꝝ/ꝙ in cõmunitate credentiũ.nec aliter in speciali fuit vsus tunica ante ꝙ post.⁊ eodẽ de gladio. Item si ideo vestimentũ fuit quoad ꝓprietatẽ petri: q: scriptũ est.Circũda tibi vestimentũ tuũ ⁊c. Eadem rõne panis quẽ comederunt filij israel in deserto.Josue.v.Sap.xvj.fuit quoad ꝓprietatẽ ⁊ dominiũ angeloꝝ:q: dicit̃ in ps.lxxvij. Panẽ angeloꝝ manducauit homo.de ↄse.di.ij.reuera.⁊.c.oia.⁊ per cõsequens homo habuit vsum panis separatũ a ꝓprietate ⁊ dominio.Item si ideo vestimentũ quo vtebatur Petrus fuit in speciali quoad ꝓprietatem ipsius: q: scribit̃.Circũda tibi vestimentũ tuũ.Eadem rõne panis de quo d: in ps.xl.Qui edebat panes meos magnificauit aduersum (al's super) me supplantationẽ.fuit quoad ꝓprietatem hoīs supplantati ⁊ comedentis.⁊ ita supplantator habuit vsum panis separatũ a ꝓprietate ⁊ dominio.Et eadem rõne panis de quo dixit christus Jo.xiij.Qui mãducat panẽ meũ/leuabit calcaneũ suũ ↄtra me.fuit q̃ad ꝓprietatem christi:⁊ nõ Jude:nisi quoad vsuꝫ.⁊ ita Judas habuit vsum separatum a ꝓprietate panis.⁊ ita vere hoc ꝓnomen suũ tuũ ⁊ meũ vel similia vt res illius/in scripturis ⁊ modo loquẽdi cõmuni est equiuocũ ⁊ multiplex ad suũ tuũ ⁊ meũ quoad dominiũ vel quoad vsum ꝫm ꝙ diuerse requirũt materie. Item q: supra allegatũ est.c.Clementis.dilectissimis.xij.q.j.ꝙ vsus põt in ↄsumptibilib⁹ a dñio separari:⁊ ↄtra hoc posset dici ꝙ debeat intelligi illud.c.ꝙ rerũ diuisio facta est per iniquitatem quoad dñium:non quoad vsum:⁊ sic non faceret ꝓ hac parte:dicendũ est ꝙ hac stare non põt et contra decretũ predictum.Clementis est dicentis. Cõmunis vsus omniũ ⁊c.Et nõ dicit Clemens.Cõmune dñium omniũ omnibus hominib⁹ esse debuit.q: in statu innocẽtie fuissent cõmunia omnia oĩbus:non solũ quoad dominiũ rerum sed etiã quoad vsum siue iuris siue facti.Quoad vsuꝫ iuris/q: ius vtendi quodcũq; eis cõueniẽs fuisset commune omnibus : et nulli proprium. ideo sicut primis parentib⁹ fuit traditũ dñium cõmune ⁊ indiuisum oĩm inferiorꝝ:ita fuit eis tradita potestas vtendi oĩbus alimentis cõmunis et indiuisa.vt ptꝫ Gen.j.c.Et ita vsus iuris naturalis fuisset cõmunis oĩbus hominibus magis ꝙ dominiũ:vel eque:quia vsus iuris magis erat intentus ꝓpter se in suo ordine:ꝙ dñium sicut finis extrinsec⁹ eius. quia dñium taliũ est aliquo modo ꝓpter vsum magis ꝙ econuerso:⁊ diuisio facta fuit eius rei cui⁹ prius erat cõmunio.et prius erat cõmunio rerũ quoad vsum iuris naturalis:ergo postea facta est diuisio rerũ quoad vsum:et non solũ quoad dominiũ.Similiter vsus facti fuisset cõmunis omnibus hoĩbus non in diuisione entitatis materialis actus:sed in diuisione voluntatis socialis.q: licꝫ idem actus vtendi numero fuisset singulorũ/quantũ ad essentiam entitatis:tñ idem actus vtendi numero fuisset singuloꝝ/q̃ntũ cõplacẽtiã volũtatis.q: licet ideꝫ act⁹ numero nõ potuisset esse cõmunis oĩbus /quantũ ad exercitium operis effectiue:tñ idem actus numero fuisset cõmunis omnibus/quantũ ad participiũ consolatiõis cõglutinatiue:ꝓ quanto quilibet gaudebat de cõmodo alterius sicut de suo:et solatium vnius redundasset in singulos.⁊ ita gaudiũ cuiuslibet rei fuisset cõmune omnib⁹ per participationẽ mutue consolationis.iuxta illud Ps. cxxxij.Ecce ꝙ bonum ⁊ ꝙ iocundũ.⁊ pre.c. dilectissimis. vnde super illud.iiij.c.Actu.Multitudinis autẽ credentium erat cor vnum et anima vna.glos.or.ex dictis sctõꝝ collecta.Sic qui mundũ perfecte reliquerant:non de nobilitate generis gloriantes/se alijs preferebãt: sed sicut vnius eiusdemq; matris ecclie visceribus editi: ita eodẽ amore fraternitatis gaudebãt.Et ita si homo nõ peccasset:omnia fuissent cõmunia tripliciter. scꝫ quoad dñium quoad potestatẽ vtendi:et quoad cõmune solatiũ rerũ. Et post peccatũ per oppositũ tripliciter facta est diuisio: quoad proprietatẽ dominij:quoad approprationẽ iuris vtendi:⁊ quoad approprationẽ solatij et gaudij priuati qd̃ homines malis affectati nolunt alteri communicare. Nec obs.de eo qd̃ dicit̃ in pre.c.dilectissimis.data sunt omnibus ad habendum.q: non q̃cquid datur ad habenduꝫ ab eo qui dare potest datur quoad dñium:quia sepe dat̃ quoad vsum/et non quoad dñium.sicut deus dedit leuitis vrbes ad habendũ quoad habitationẽ:nõ quoad dominiũ.vt ptꝫ Numeroꝝ.xxxv.ca.xij.q.j.§.his ita. et sicut etiã dedit Aaron ⁊ filijs eius ad habendũ vestes sacerdotales quoad vsum:⁊ non quoad dominiũ.Vñ Exo.xxix. c.Vestem autẽ sanctã qua vtitur Aaron/habebunt filij eius post eũ.vij.diebus vtetur illa/qui pontifex ꝓ eo fuerit cõstitutus.Et ita dominiũ vestiũ sacerdotalium erat dei:et non sacerdotũ.q: sacerdotes nõ poterant ipsas vẽdere vel alienare.et ita sacerdotes habuerũt vsum dictarum vestium separatum a proprietate ⁊ dñio. ⁊ facit ad hoc.xij.q.ij.nulli.Et ibi.Sanctum sanctoꝝ erit. glos.i. ad vsum sanctoꝝ sacerdotuꝫ pertinet.⁊.c.predia diuinis vsibus tradita.⁊.e.cau.q.j.eps.ibi.vsibus.⁊ de cõ.di.j.vestimenta.ibi.in alijs vsibus.Sed qua ratione vsus illaruꝫ vestium fuit separatus a ꝓprietate ⁊ dñio earum: eadeꝫ rõne vsus vestimentoꝝ quotidianoruꝫ erit separabilis a proprietate ⁊ dñio.q: quecũq; sunt separabilia ad tẽpus eadem ratione sunt separabilia ꝓ semꝑ:quantũ est ex natura rerũ separabiliũ. Nec valet qd̃ sepe dictũ est ꝑ alios ꝙ vsus facti haberi nõ põt.q: hoc falsuꝫ est.qm̃ licet vsus facti non possit haberi permanenter:quomodo habẽtur entia permanentia:tamẽ bene põt haberi successiue i fieri:sicut suũ esse consistit in fieri.q: vsus facti non est magis fluens ꝙ tempus:qd̃ tamen scd̃m scripturã dicit̃ haberi.vñ Joan.v.Erat autẽ ibi homo.xxxviij.annos in infirmitate sua hñs.et ad Gal.vltimo.Dum tempus habemus:operemur bonũ ad oẽs.et Joan.ix. Etatem habet: ipsum interrogate. Itẽ non obstat qd̃ posset opponi de pre.c.dilectissimis.ibi.Nec quisꝙ eoꝝ que possidebat aliquid suum ⁊c.ergo apl'i ante illã cõuersionẽ illoꝝ iudeorũ aliqua possidebãt et habebãt : ⁊ illa cõmunicauerant cõuersis.q: vt supra probatum est post suã renuntiationẽ Apl'i nihil ꝓprium habebant vel possidebãt. Nec Clemens mentionem facit in toto illo passu de proprietate ⁊ dñio proprietatis. ⁊ hoc apparet per primũ exẽplum de statu innocẽtie:quũ dicit.Cõis vsus oĩm ⁊c.sed ꝑ iniq̃tatẽ ⁊c. Cõstat aũt ꝙ in statu innocẽtie nõ fuissent oia cõmunia quoad ꝓprietatẽ et dñiuꝫ introductũ per iniq̃tatẽ:q: illud dñiũ fuit alteri⁹ cõditionis ⁊ nature a dñio introducto ꝑ iniq̃tatẽ.q: illud dñiũ fuit mere libertatis et ꝑfectionis naturalis:istud vero est dñiũ seruilis necessitatis ⁊ coacte potestatis.q: nisi homies coactiua ptãte ꝓhiberent̃:quilibꝫ vt plurimũ vellet si posset/totũ vsurpare. Jd̃o istud dñiũ distat ab illo dñio sicut violentũ a naturali:⁊ coactũ a libero.Simil'r ꝑ scd̃m exẽplũ ei⁹ ptꝫ hoc idẽ:q: dicit ibi.Demq; grecoꝝ q̃dã ⁊c.debere esse amicoꝝ oia cõmunia.Sed bona amicoꝝ nõ debẽt cõiter esse cõmunia q̃ad ꝓprietatẽ et dñiũ.sed q̃ad cõmodũ necessitatis.vñ.j.Mach.xij.Spartiate velut romani amici iudeorũ scripserũt iudeis i hec v̄ba. Pecora nr̃a et possessiões nr̃e vestre sunt:⁊ vestre nr̃e.qd̃ nõ intelligẽdũ quoad proprietatẽ:sed quoad vite necessitatẽ.Hoc etiã ptꝫ ꝑ tertiũ exẽplũ ei⁹.Et sicut nõ potest diuidi aer nec splẽdor solis: Jta nec reliq̃ q̃ data sunt hoĩb⁹ ad habendũ diuidi debere:sed habẽda esse oia cõia.Constat auteꝫ ꝙ in aere ⁊ in splẽdore solis nullus de cõi lege vẽdicat sibi ꝓprietatem nec dñiũ ꝓprietatis:sed dñiũ tm̃ naturale:qd̃ est alterius gñis ab isto dñio qd̃ est ꝑ iniq̃tatẽ:vt dictũ est.quare Clemens nõ loquit̃ nec intẽdit inferre ꝙ apl'i habuerũt i speciali nec in cõi quãtũ ad cõmunitatẽ ipsoꝝ aplorꝝ singulare aliqd̃ dñiuꝫ ꝓprietatis:quicq̃d sit de cõmunitate credentiũ gñali:q: nõ est verisimile nec ꝓbabile ꝙ aliq̃s sapiẽs intendat inferre in cõclusiõe/qd̃ nullo mõ prelibauit in premissis:quũ ↄclusio in nulla scientia excedat virtutem...

Amicoꝝ oia quo dia de beant cõ munia.

calicē demonioꝝ. nō poteſtis menſe domini ꝑticipes eſſe:
⁊ menſe demonioꝝ. ⁊ xj. c. Iā nō eſt dn̄icā cenā māducare
⁊ j. in eodē. c. Quicūꝗ manducauerit panē ⁊ biberit cali
cem dn̄i indigne: reus erit ⁊c. Calix autē dn̄i nō bibit̄ cor
poraliter: niſi mediātibus ſpeciebus accidentiū vini. ſimi
liter panis ille nō māducat̄ corporaliter: niſi mediantibꝰ
ſpeciebus accidentiū panis. de cō. di. ij. panis eſt in altari.
⁊ c. vtrū. ergo ſm̄ apoſtolū ſpecies accidētiū panis ⁊ vini
quoad dn̄ium ſunt immediate dn̄i ⁊ nō ſumētiū: niſi quo
ad vſum terminatū. qꝛ dicit calicē dn̄i: ⁊ nō calicē noſtrū.
⁊ dicit menſe dn̄i: ⁊ nō menſe noſtre. ⁊ cenā dn̄icam. ⁊ non
noſtrā. ⁊ calicē dn̄i: ⁊ nō noſtrū. Calix aūt d̄r principaliter
dn̄i: magis rōne contenti in eo exiſtentis: ꝙ ratione vaſis
cōtinentis. ergo illud qđ continet̄ in calice / eſt dn̄i. ſed in
calice ꝑſe ⁊ imediate cōtinent̄ accidentia vini: qꝛ ſanguis
chriſti non cōtinet̄ ꝑ ſe in calice niſi rōne illoꝝ accidētiū:
ergo illa accidentia ꝑ ſe ſunt dn̄i ⁊ nō ſumētis. Similiter
menſa domini dicitur principaliter magis rōne conten-
ti ꝙ rōne tabule continentis. ſed ꝑ ſe contenta in menſa
ſunt accidentia panis: ergo illa accidentia ſunt per ſe do
mini: ⁊ tamen vſus conficientium. Ad hoc facit quod ait
ſaluator. xxvj. c. Matth. Mar. xiiij. ⁊ Luc. xxij. c. hoc eſt
corpus meum. de cō. di. ij. timorem. nam totum qđ cōtine-
tur in iſto ſacramento ſcꝫ ſignatum contentū cum ſigno
accidentium cōtinente / eſt chriſti: ⁊ non ſumentium: niſi
quoad vſum participationis ⁊ communionis. Nec eſt di-
uidendū ſignum illud inſeparabile a ſuo ſignato inſepa
rabili: qđ cōtētū ſignatum ſit vnius ⁊ ſignum continens
ſit alterius. ⁊ ſic apoſtoli habuerunt vſum illoꝝ acciden-
tium ſeparatum a ꝓprietate ⁊ dn̄io. Et nō ſolū apte hoc
lex diuina ꝓclamat: ſꝫ etiā lex humana. vnde Inſti. de reꝝ
diuiſi. §. nullius. ſcribitur ſic. Nullius autē ſunt res ſacre
religioſe ⁊ ſancte. qđ em̄ diuini iuris eſt: illud in nulliꝰ bo
nis eſt. Sacra ſunt que rite ꝑ pontificē deo ꝯſecrata ſunt:
veluti edes ſacre ⁊ donaria que rite ad miniſterium dei
dicata ſunt. hoc idem habetur. ff. de rerū diui. l. j. in princi.
⁊ §. j. ⁊ facit. xij. q. ij. c. j. ⁊ c. qui abſtulerit.

Urſus poſſet opponi ꝙ ꝑfectio paupertatis
euangelice plus cōſiſtit in animo: vt ſcꝫ amo
re animus iſtis tēporalibus nō adhereat: ꝙ
in carētia tēporaliū rerū. iuxta illud Mat.
v. Beati pauperes ſpiritu. ⁊ in pſ. lxj. Diuitie
ſi affluāt: nolite coꝛ apponere. ⁊ ꝙ talem paupertatē per-
fectiſſime chriſtus habuit: ⁊ poſt eum apl̄i: quaſi iſta op-
poſitio innuat ꝙ non fuerunt chriſtus ⁊ apl̄i ꝑfectiſſimi
in pauꝑtate corꝑali: q̄ cōſiſtit in carētia rerū. Que quidē
oppoſitio quātū ad p̄mā ꝑtē ſui ꝙ ꝑfectio pauꝑtatis euā
gelice magis conſiſtit in animo ꝙ in carentia rerū t̄palium Cōſilio-
vera eſt. qꝛ hoc eſt generale ⁊ cōmune in quolibet triū cō rum euā-
ſilioꝝ euāgelij: ſcꝫ obediētia / caſtitate / ⁊ pauꝑtate: ꝙ per gelicoꝝ
fectio cuiuſlibet cōſilij euangelici magis cōſiſtit in diſpo- ꝑfectio.
ſitione animi interioris: ꝙ in ope exterioris. qꝛ virtus q̄cūꝗ
magis eſt ꝑfectio animi / qui violari nō pōt: ꝙ ſit ꝑfectio
corꝑis / qđ nobis inuitis auferri pōt. xxxij. q. v. §. j. cū iij. c.
ſe. Ideo Augu. dicit de bono coniugali / ꝙ cōtinentia ma
gis eſt virtus mentis ꝙ virtus carnis. vt p. §. j. ⁊ c. de pu-
dicitia. Sꝫ licet continentia magis in diſpoſitione animi
ꝙ in abſtinentia carnis conſiſtat. tm̄ ad ꝑfectā continenti
am euangelicā ſicut chriſti ⁊ apoſtoloꝝ / non ſolum requi
rit̄ bonus motus animi interioris: ſꝫ etiā requiritur volun-
taria continentia carnis exterioris. ſicut expreſſe dicit apl̄s
j. ad Coꝝ. vij. Qui iungit virginē ſuā matrimonio: bene
facit. ⁊ qui non iungit: melius facit. xxviij. q. j. ſic eſt. vltra
colum. Et ita ſm̄ apl̄m ad ꝑfectā caſtitatem euāgelicam
requiritur non ſolum ꝑfectio animi interioris: ſꝫ etiā requi-
rit̄ voluntaria continentia corꝑis exterioris. Et dico volun
taria. quia interdum poſſet inuite corpus violari exteriꝰ:
ſꝫ hoc nō diminuit ꝑfectionem virtutis. xxxij. q. v. §. j. ⁊ c.
de pudicitia. cū iij. c. ſe. vn̄ ⁊ in. e. c. vij. j. ad Coꝝ. loquens
apl̄s de muliere vidua dicit. Beatior aūt erit: ſi ſic ꝑmanſ-
ſerit ſm̄ meū cōſiliū. xxxj. q. j. ꝙ ſi dormierit. in fi. ergo bea-
tior eſt mulier q̄ continet mente ⁊ corpore: ꝙ que ſola mē
te. vnde Matth. xix. Sunt eunuchi qui nati ſunt de ma-
tris vtero. ⁊ ſunt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus. et
ſunt eunuchi q̄ ſe caſtrauerunt ꝓpter regnū celoꝝ. vbi di-
cit gloſ. i. caſtitati ſe deuouerunt. Sicut ergo ad ꝑfectam
⁊ continuā euangelicā vitā requiritur nō ſolum continē-
tia animi: ſꝫ etiam continentia corporis: licet perfectio cō
tinentie magis conſiſtat in pudicitia animi ꝙ in abſtinē-
tia carnis. Ita ad ꝑfectionem pauꝑtatis euāgelice requi
ritur non ſolum bona diſpoſitio animi: ſed etiā expropria
tio rerū tēporalium: licet perfectius cōſiſtat in expropria-
tione animi ꝙ in carētia rerū exterioꝝ. ⁊ iſta ſimilitudo
ſit ex̄ de ſta. mona. cū ad monaſterium. §. ſi. ibi. quia abdi
catio proprietatis ſicut ⁊ cuſtodia caſtitatis adeo eſt āne
xa regule monachali ⁊c. Ideo chriſtus voluit naſci de vir
gine mente ⁊ carne. xxvij. q. ij. §. j. vn̄ ⁊ ſm̄ apoſtolum pre.
c. j. ad Coꝝ. vij. Reliquū eſt vt qui habent vxores / tamꝙ
non habentes ſint: ⁊ qui emunt / tamꝙ non poſſidentes.
⁊ ſic hic hec duo combinant̄. ⁊ de hoc legit̄ ⁊ no. xxxiij. q. v.
ſcđm. Similiter licet virtꝰ obedientie euangelice ſeu apo
ſtolice magis conſiſtat in diſpoſitione cordis ꝙ in actiōe
opis exterioris: tamen ad perfectam obedientiam euan-
gelicam requiritur vtrumꝗ ⁊ ſequela animi ⁊ ſequela
operis poſſibilis: quia ad impoſſibile nemo tenetur. ff. de
regu. iur. impoſſibilium. ex̄ de pac. c. ſi. ideo chriſtus dixit

Jo.xiiij. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ibidē. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit. ergo similiter ad pfectionem pauptatis euangelice & apostolice requiritur pfectio animi & expropriatio rerum tēporaliū. Quod etiā apparet in speciali de vtraq₃ virtute sc₃ paupertate & obediētia. Matth. xix. Si vis perfect⁹ esse: vade, & vēde omnia que habes: & da pauperib⁹: & veni sequere me. Que aūt pauperibus eroganẗ re & nō solū mente: relinquunẗ. ergo perfectio apostolice pauptatis ex genere operis nō pōt haberi: nisi homo omnia derelinquat quoad abdicationem ꝓprietatis & dominij: & hoc in speciali & in comuni. q: illa q̄ vendidisset & paupibus dedisset, nec in speciali nec in cōmuni sibi retinuisset: sed omnia debebat vendere & paupib⁹ dare ſm consiliū christi: ergo nihil sibi in speciali nec in cōmuni debebat retinere. Et que semel homo ex pfectione reliquit: stante illa perfectione nō debet amplius resumere: nō forta∫sis in casu necessitatis. q: nemo mittens manū suā ad aratrū &c. Luce. ix. de peni. di. ii. pēnata. Et hoc est qđ dicit Nicolaus. iij. in decre. Exiit. li. vj. Dicimus ꝙ abdicatio ꝓprietatis huiusmodi omniū rerū tam in speciali q̄ etiam in cōmuni, ꝓpter deum meritoria est & sancta: quā & christus viā pfectionis ostendens verbo docuit & exemplo firmauit: quamq₃ primi fundatores militantis eccl'ie, prout ab ipso fonte hauserant, in volētes pfecte viuere p doctrine aut vite ipsoꝝ alueos deriuarūt. ¶ Ecce in his verbis Nicolai tria. Primū: ꝙ in omnib⁹ rebus est vsus sepabilis a ꝓprietate & dñio. q: dicit meritoria est & sancta. s₃ non esset nec meritoria nec sancta: si non esset possibilis. ergo est possibilis. s₃ abdicatio vsus ad vitam necessarij nō est meritoria nec sancta: ergo vsus omniū rerū in speciali & in cōmuni est separabilis a ꝓprietate. ¶ Scdm: qđ dicit, est ꝙ abdicatio ꝓprietatis oīm rerū in speciali & in cōmuni pertinet ad paupertatē euangelicam & eius pfectionē. ¶ Tertiū qđ dicit, est ꝙ christ⁹ & apl'i istā paupertatē seruauerūt facto & exemplo vite: et nō solū docuerūt verbo. Et ita nō est verū ꝙ ad pfectionē euangelice pauptatis nō requiriẗ expropriatio rerū omniū temporaliū: sed solū nō adhesio animi per amorē rebus tēporalibus. Unde sicut illa verba Petri, Mat. xix. Secuti sumus te, debent intelligi quātū ad sequelā operationis possibilem: & nō solum cordis. ita illa verba ibi Petri. Ecce nos dimisim⁹ omnia, que simul copulatiue cum illis fuerunt dicta: debent intelligi quātū ad rem in effectu possibili: & non solum quātū ad affectū mētis. Jmmo sequiẗ necessario ex altero: sicut pfectio effect⁹ sequiẗ ex pfectiōe cause. q: sicut ex pfecta obediētia animi sequiẗ pfecta obediētia opis possibiliẗ p loco & tpe: q: impossibiliū nō est obligatio: ita ex pfecta abdicatiōe animi sequiẗ pfecta expropriatio rerū i ope. Et sicut nō eēt pfect⁹ obediēs in animo, qui renuit obedire pfecte in opere possibili: ita non est perfecte paup voluntate in animo, qui pauptatē respuit in effectu. Un̄ in regula beati Frācisci diciẗ. Pauperes rebus fecit. q: de amore cuiuscūq₃ virtutis est intelligēdū illud Greg. in Homil. pente. Amor nescit esse ociosus. opaẗ magna si est. si vero opari renuit: amor nō est. q: ꝓ bono dilectiōis exhibitio est operis. ergo si amor paupratis euangelice est pfectus in animo: debet exire in effectu possibili quantum ad perfectam carentiā rerū temporaliū. Unde. j. ethicoꝝ dicitur ꝙ nō fortissimi viri s₃ agonizātes coronanẗ. & ij. ethicoꝝ diciẗ. Signum oportet facere habitum supuenientē opis delectationē. & hoc q: ad factionē hominis naturalē requiriẗ anima & corpus: nec pfectio naturalis hoīs cōsistit in sola anima: s₃ in aīa & corpore simul: licet magis in aīa q̄ in corpore. ex de cele. miss. in quadā. Jta ad rōnem virtutis sequiẗ perfectio animi et perfectio operatiōis possibilis. nec vnum sine alio sufficit. vnde Jaco. j. Estote factores verbi: & nō auditores tantum. de pe. di. ij. si em̄. post. iiij. colum. & Matth. v. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Unde non est dubium ꝙ ad perfectionem virtutis requiritur perfectio opis facto vel ꝓposito ꝓ loco et tempore. &c. q: etsi omnis virtus quecunq₃ sit, magis consistat in animo q̄ in opere: tn̄ ad perfectionē eius requiriẗ q̄ si non semp, tn̄ ꝓ loco & tempore prorumpat in opus ꝓportionatū & cōueniēs: Ergo similiter ad pfectionē paupertatis euangelice requiritur ꝙ releceat ꝓportionabiliter in habitu exteriori ſm proportionem habit⁹ interioris. Jtem & hoc patet ex professione religiosoꝝ sine proprio in speciali viuere profitentiū. q: nisi expropriatio rerū requireretur ad perfectionem paupertatis: frustra et inutiliter religiosi paupertatem in speciali ꝓfitentes abdicarent in speciali ꝓprietatem omnium rerū. ex quo talis rerū expropriatio in speciali nō facit ad perfectionem paupertatis: sicut nec expropriatio rerū in cōmuni facit ad perfectionem paupertatis in cōmuni, ſm oppositorē s₃ sufficit sola animi non adhesio p amorē. ¶ Aliud etiā dicit oppositor, ꝙ pauptas euangelica nō excludit ꝓprietatē & dominium rerum vsu consumptibilium: immo scriptura supponit apl'os ad minus in cōmuni talia habuisse. vt. xij. q. j. c. ij. Ad hoc dicendū ꝙ, sicut supra dictum est, apl'i non fuerunt magis ꝓprietarij in ꝓpria cōmunitate ipsorum cum christo: q̄ in cōmunitate generali credentiū sed in communitate generali credentium nihil habuerūt in speciali nec in cōmuni quātum ad cōmunitatem ipsoꝝ specialem quoad ꝓprietatē & dñium: q: illud non fuisset cōmune omnib⁹ credentibus. ergo nec in cōmunitate ꝓpria ipsoꝝ cū christo habuerunt aliquid in speciali nec in cōmuni quoad dñium. Jtē nō aliter intelligenda sunt de pauptate hec verba Petri: Ecce nos reliquimus omnia, q̄ sint intelligenda de obedientia ista Et secuti sumus te q: simul copulatiue dicta sunt. Si ergo ista, Secuti sum⁹ te, sunt intelligenda in speciali & in communi: eadem ratione e ista, Dimisimus oīa, sc₃ in speciali & in cōmuni: quū nulla sit ratio plus de illis q̄ de istis. Jtē eodem mō sunt intelligenda hec verba de omnib⁹ simpliciter, Ecce nos dimisimus oīa, quomodo sunt intelligenda de auro & argento illa verba Matth. x. Nolite possidere aurū & argētum. s₃ illa non est dubiū intelligenda sunt in speciali & in cōmuni quātum ad communitatem eoꝝ specialē: q: quomodocunq₃ in speciali vel in cōmuni aurū & argētū possedissent: christi euangeliū venale fecissent: & christū perfecte imitati non fuissent. ergo similiter hec verba Petri Dimisimus omnia, in speciali & in cōmuni intelligenda sunt. Jtem eodem modo sunt intelligenda hec verba Petri, Dimisimus omnia, quomodo sunt intelligenda verba christi de ipsis apl'is. Joā. xv. Si de mūdo fuissetis mūdus qđ suū erat diligeret. Et illa Jo. xvij. Mundus odio habuit eos: q: non sunt de mundo. patet aūt ꝙ de mundo non erant. q: omnia reliquerant que pertinent ad mundum: & secuti fuerant christum. s₃ ista verba, Non estis de mundo, intelligēda sunt in speciali & in cōmuni: sc₃ quia mundus in speciali & in cōmuni oderat eos. ergo similiter & ista verba, Dimisimus omnia, propter que non erāt de mundo quātum ad cōcupiscentiā oculoꝝ in speciali et in cōmuni intelligenda sunt. Jtem eodem modo ꝓportionabiliter apostoli reliquerunt oīa tēporaliter ꝓpter deū quomō possederunt oīa spiritualiter ꝓpter deum. q: ideo fuerunt perfecti possessores omniū spiritualiter: q: fuerunt perfecti contemptores tēporaliū omniū. s₃ apl'i fuerunt spūaliter perfecti possessores omniū in spāli & in cōmuni: q: illud quod ait apl's. j. ad Cor. iij. Omnia vestra sunt: vos aūt christi. xxiij. q. vij. ꝙ aūt. i si. & ij. ad Cor. vj. & ex de ex. p. nimis iniqua. j. rn̄. Tanq̄ nihil habentes & omnia possidentes, verificatur de apl'is in speciali & in cōmuni. Jtē eodem modo ꝓportionabiliter reliquerūt ꝓpter christi euangeliū ꝓprietatē omniū temporalium: quomodo receperunt ex euangelio a christo potestatē sumendi oīa necessaria. q: ideo christ⁹ tradidit Matth. x. eis iure euāgelij potestatē sumēdi oīa necessaria: q: ꝓpter euāgeliū reliquerūt omnia tēporalia. j. q. ij. sacerdos. xij. q. j. §.

An euāgelica pauptas dñium & ꝓprietatē excludat.

Ex euangelio vere licuit apostolis.

his ita.in prima colum. Sed christus tradidit eis pote-
statem sumendi ex euangelio omnia necessaria ⁊ in spe-
ciali ⁊ in cōmuni:q: in spāli ⁊ in cōmuni licebat eis viue-
re ⁊ vixerunt ex euāgelio cum christo q̄diu fuerūt cū chri
sto:⁊ post.⁊ qui huic iuri sicut Paul⁹ interdū cedere vel-
let/de labore suo viuere posset.vt p̄.c.sacerdos. iō Mat-
th.x. dixit eis cōmuniter ꝑ oībus.Dignus est mercenari⁹
cibo suo.⁊ Luce.x.Dignus est opariꝰ mercede sua.xij.q.
ij.quicūq;.⁊ Luc.xxij.Ego dispono vobis regnū sicut dis-
posuit mihi pater:vt edatis ⁊ bibatis sup mensam meā
i.do vobis potestatē sumendi omnia vite necessaria ex of
ficio qd̄ vobis cōmitto.Et ideo cōgrui ⁊ idonei p̄dicato-
res euangelij sunt ꝓprie pauperes euāgelici:qui omnia
amore euangelij ⁊ ꝓpter euangeliū dimiserūt.q: nullus
ꝓprie ⁊ pfecte debet ex euangelio viuere:qui sua ꝓpria ꝓ-
pter euangelium non dimisit.a sensu contrario.ar.p̄.c.sa-
cerdos.Hinc est ꝙ fratres minores qui nihil ꝓpriū in cō
muni ⁊ in speciali habere debēt.vt ex de ꝟ.sig.exiit.li.vj.
Inter omnes huius mundi status magis licite ⁊ ꝓprius
et pfectius de euangelio viuunt:q: eoꝝ regula ꝓprie ⁊ sin
gulariter euangelica ⁊ apostolica est.vnde ⁊ eis ex regu
la sine alio p̄uilegio cōpetit predicare:vt habet̄ in regula
in.c.fratres non predicent.ex de ꝟ.sig.exiit.§. vbiq; quia.
qd̄ nulli statui regulari licet ex regula.ergo apostoli q fue
runt precipui euāgelij p̄dicatores.ex de elec.fundamenta
§.rn̄.li.vj.⁊ de reli.⁊ ve.sanct.gloriosus.§.rn̄.li.vj.quibus li
cuit in speciali ⁊ in cōmuni de euangelio viuere.j.q.ij. sa-
cerdos.omnia in speciali ⁊ in cōmuni ꝓpter euangelium
dimiserunt.Item importantia superogatiuā pfectionem
de apl̄is nō debent diminui seu ꝑ synecdochen exponi:s;
integre ⁊ plene interpretari.aliter esset detrahere de per-
fectione aploꝝ:qd̄ est impium.S; hec verba Petri/Nos
reliquimus oīa/explicāt superogatiuā pfectionē aplorū:
ergo nō debent diminui:sed integre ⁊ plene interpretari
Sed dicere ꝙ intelligant̄ solū in speciali ⁊ nō in communi/
est ea diminuere ⁊ per synecdochen exponere:quum scri-
ptura nō plus eos reliquisse dicat omnia in speciali q̄ in
cōmuni.⁊ vbi canon nō distinguit:nec nos.ij.q.v. consu-
luisti.xxxi.q.j.ꝙ si dormierit.vbi de hoc.Omnes aūt instā
tie q̄ possunt adduci de apostolis de ijs que habuerunt/
nō intelligende sunt quoad proprietatem ac dominium:
s; q̄ad vsum actiue vel passiue.vt supra patuit. ¶ Itē qd̄
opponit̄ ꝙ abdicatio ꝓprietatis ⁊ dominij nō excludit so
licitudinem aliquā:immo maiorē inducit:destruit ⁊ con-
fundit omnē religionem habentem annexā abdicationē
ꝓprietatis rerū in speciali.q: si abdicatio ꝓprietatis rerū
in cōmuni:nō excludit aliquā solicitudinē in cōmuni:ea-
dē ratione abdicatio ꝓprietatis ⁊ dominij in speciali nō
excludit aliquā solicitudinem in speciali.q: eadē est ꝓpor-
tio ꝑ oīa expropriationis cōmunis ad solicitudinē cōmu-
nē:que est expropriationis specialis ad solicitudinem spe
cialē.ergo expropriatio proprietatis ⁊ dominij in speciali
nihil confert ad pfectionē.quod est omnē religionē adni-
hilare frustra ⁊ in vanū immo deceptorie ⁊ laqueū parā-
do cōtra id.xxvij.q.j.de viduis.Romani etiā pontifices
a tēpore Greg.ix.vsq; ad tēpus pape Jo.xxij.retinuerunt
sibi ꝓprietatē ⁊ dn̄ium rerū fratribus minoribus cōcessa
rū:vsu nudo fratribus ipsis dimisso.frustra etiā dict⁹ dn̄s
papa Jo.in cōstit.Ad conditorē canonū/retinuit sibi ⁊ ec
clesie Romane ꝓprietatem ⁊ dominium locorum domo
rum librorū vestimentorum ad cultum diuinum pertinē-
tium fratribus minoribus cōcessorū/fratribus ipsis vsu
ipsorum dimisso.S; esto salua veritate ꝙ talis expropria
tio non excludit aliquam solicitudinem:vt dicit opponēs
tamen excludit aliquam affectionem seu amorem pfectio
ni dissonum.q: diuisio dominiorum venit causaliter ex di-
uisione animorum:que non stat cum summa perfectione
charitatis:quia charitas nō querit q̄ sua sunt.j. ad Cor.
xiij.lxiij.di.nosse.de quo.s.e.ar.⁊.§.j.ꝟ.quod etiam patet
euidenti ratione.Et ideo talis expropriatio dominij ex-
cludit amorē partialem diuisiuum voluntatum.vnde sic-
ut expropriatio psonalis excludit amorē perfectioni per-
sonali dissonū;ita expropriatio collegialis excludit amo
rem pfectioni collegiali dissonum.⁊ ideo sicut diuisio do-
minioꝝ specialium ⁊ psonaliū est radix ⁊ materia litigio-
rū/questionum/⁊ contētionū psonaliū.xij.q.j.c.ij.ita diui
sio dn̄iorū collegiorū ⁊ communitatū specialium.Et pro-
pter hoc sunt hodie ⁊ fuerunt a principio litigia/⁊ contē-
tiones/⁊ questiōes/inter collegia ⁊ cōmunitates specia
les adinuicem ꝓpter diuisionē; dominoꝝ cōmuniū:sicut
fuerunt inter personas speciales ꝓpter diuisionē dn̄iorū
psonalium.que omnia repugnabant statui pfectiōis apo
stolice.quare talis expropriatio rerū in speciali ⁊ in cōmu
ni quacūq; cōmunitate speciali citra cōmunitatē genera
lem ecclesie/excludit aliquem amorem perfectioni chari
tatis apostolice repugnantem. Quicquid sit de solicitu-
dine.q: nec dicendum est ꝙ vsus a dominio separatus ex-
cludat omnem solicitudinem.q: etiam aues celi de qui-
bus saluator ponit exemplum Matth.vj. solicitantur
ad querendum sibi victum.q: vbi est corpus:ibi cōgregā
tur ⁊ aquile.Matth.xxiiij.⁊.xxiiij.q.j.qm̄.S; dico ꝙ vsus
rerum separatus a proprietate ⁊ dominio proprio in spe-
ciali ⁊ in communi q̄cumq; cōmunitate speciali includit
solicitudinem quandam naturalem ꝑ statu isto morta-
li perfectioni virtutis consonam:⁊ interdū necessariam
ad exercitium virtutis excitandum/⁊ otium continuum
euitandum:⁊ sine qua impossibile est istam vitam duci:⁊
ne homo tentare deum videatur.Matth.xxij.xxij.q.ij.q̄li
ter.querens a deo pasci sine aliqua solicitudine ⁊ labore.
Unde Augu.in questionibus Gen̄. Nemo debet tentare
deum suum:dum habet quid rationabili consilio faciat.
xxij.q.ij.qualiter.⁊.xxiij.q.viij.si nulla. vn̄ Gen̄.iij. In su-
dore vultus tui vesceris pane tuo. Hec solicitudo appro
batur in fratribus etiā minoribus.ex de ꝟ.sig. exiit.§. nec
quisq;.li.vj.Augu.s; appropriatio dominiorū psonalis vel
collegialis includit solicitudinem quādam partialem an
nexā dilectioni fraterne declinantem.ar.di.viij.§.j.vnde
et Aug.Quis auarus querit cōpossessorē;.xxiij.q.vij. qd̄
aūt.Unde ⁊ est triplex solicitudo.vna est naturalis neces-
sitatis:de qua dixi prime.q̄ est materia virtutis.vn̄ Aug.
de operibus monachoꝝ super p̄.c.Matth.vj.ibi.Ne soli-
citi sitis ⁊c̄.Nō hoc dicit vt ista nō procurent quantū ne-
cessitatis est vnde honeste poterunt:s; vt nō ista intueant̄
⁊ propter ista faciant quicquid in euangelij predicatione
facere iubentur.eam namq; intētionem paulo superius
oculum vocauerat.ar.ad hoc bonū.xij.q.j.habebat.Item
ibi glos.i.cura temporali ne retrahamur ab eternis. Itē
ibi Hieronymus.Precipitur ergo nobis ne soliciti sim⁹
quid comedamus:quia in sudore vultus preparam⁹ no-
bis panem.ergo labor exercendus est:solicitudo tollēda.
Item in.e.c.Matth.super verbo/Neq; nent.Chrysosto-
mus.Hoc autem dicens non opus prohibuit:sed solicitu
dinem.sicut ⁊ supra quū de seminatiōe loqueret̄.⁊ vt ma
gis dei ꝓuidentiam in ipsis cōmēdet que omnē supat hu
manam industriā:subdit.Dico aūt vobis ⁊c̄. ¶ Alia est so
licitudo connaturalis pietatis gratia proximi.⁊ hec est ef
fectus virtutis.de qua Luc.x.Martha solicita es ⁊c̄.⁊.ij.
ad Cor.xj.Solicitudo omnium ecclesiaꝝ. ¶ Tertia est so
licitudo preternaturalis necessitatis.q̄ est cupiditatis.et
hec est obstaculum virtutis contra quam Phil.iiij. Nihil
soliciti sitis ⁊c̄.Item s̄m beatū Remigium/quātum ad
abdicationem ꝓprietatis rerū temporaliū/fuerunt apo-
stoli ad dignitatē primi hominis renouati.quia primus
homo ⁊ eius posteri si stetissent in originali iustitia:ha-
buissent vsum rerū vsu consumptibilium sine proprieta-
te ⁊ speciali dominio eorūdē.vt.xij.q.j.c.ij.Sed si vsus re
rum vsu consumptibilium est separabilis in speciali quā
tum ad specialitatē personarum singularium a ꝓprieta-
te ⁊ dominio:eadem ratione ⁊ pari est separabilis in spe-
ciali de possibili ⁊ natura sua quantum ad specialitatem

Solici-
tudinē;
abijcit
abdica-
tio ꝓprie
tatis.

Solici-
tudo tri
plex.

cuiuscumq; collegiū seu communitatis specialis. q: natura rerū vsu consumptibilium eadem est in speciali ⁊ in cōmuni. Item pecunia vsu consumitur. legitur ⁊ no. ex. de pig. c. vltimo. sꝫ in ea potest vsus a dominio separari. vn̄ Luc. xix. simile Matth. xxv. Quare non dedisti pecuniā meam ad mensam: ⁊ ego cum vsuris exegissem qḋ meuꝫ est: ex quo videtur ꝙ seruus habuit vsum pecunie separatum a ꝓprietate ⁊ dominio. Item in re in qua vsus non potest a proprietate ⁊ dominio separari/ nō potest constitui aliqḋ iustum lucrū saluo capitali necnon saluo. vt in frumento vino ⁊ oleo ⁊ alijs mercibus. vsu cōsumptibilibus: ⁊ que cōsistunt in pondere numero ⁊ mensura. vt. lxxxviij. di. in palea/ ejiciēs. ⁊ ex. de vsu. in ciuitate. ⁊ no. xiiij. q. iiij. in summa. in prin. ⁊ c. j. in. j. glos. q: lucrū iustum nō constituit in aliqua re: nisi rōne alicui⁹ vtilitatis. ex. de dona. inter vi. ⁊ vxo. per nostras. §. fi. Sed in pecunia pōt cōstitui iustū lucrū: si totum exponat fortune scꝫ principale cū fortuito vt p. c. ꝑ nostras. ⁊ xiiij. q. iij. c. j. in glos. j. ⁊ i. c. plerīq;. i glos. videtur. ⁊ ex. de vsur. c. fi. ergo in pecunia vsus est separabilis a ꝓprietate: al's nunꝗ̄ species lucri posset iuste constitui in ipsa: siue totū exponat fortune ꝑiculo siue nō. qḋ est notorie falsum. ¶ Item non obstat ꝙ posset opponi ꝙ decretalis Exijt de v̄bo. signifi. li. vj. que loquit̄ de expropriatione fratrū minorum omniū rerū in communi ⁊ in speciali: nō loquitur de expropriatione rerū vsu consumptibilium. q: hoc non est verū salua gratia opponētis. quia quum ibi dicat̄ in. §. nec quisꝗ̄. ꝙ in rebus tēporalibus sit considerare precipuum/ ꝓprietatem/ possessionē/ vsufructum/ ius vtēdi/ ⁊ simplicē facti vsum: ⁊ vltimo tanꝗ̄ necessario egeat/ licꝫ primis carere possit vita mortaliū: nulla prsus pōt esse ꝓfessio que a se vsum necessarie sustentationis excludat. sꝫ vsus necessarie sustentationis principaliter ⁊ primo includit vsu ꝯsumptibilia magis ꝗ̄ alia: q: vita humana principaliter ⁊ primo sustētat̄ rebus vsu cōsumptibilibus. ergo ista distinctio comprehēdit vsu cōsumptibila. Et ꝙ hec sit mens Nicolai ⁊ intentio/ patet clare ex eo ꝙ dicit imediate sic: Verū cōdecens fuit ei ꝓfessioni que sponte deuouit christū pauperē in tāta paupertate sectari: oīm abdicare dn̄ium: ⁊ rerū necessariarū necessario vsu fore cōtentā. nec per hoc ꝙ ꝓprietatē vsus ⁊ rei cuiuscꝫ a se dn̄ium abdicasse videt̄: simplici vsui ois rei renūtiatū esse conuincitur. qui inquam vsus nō iuris sꝫ facti tm̄modo nomen habens/ qḋ facti est tm̄ in vtēdo prebet vtentibus: nihil iuris. Et fratres minores s̄m Nico. abdicauerunt ꝓprietatem non solū omniū rerum tēporalium: sꝫ etiam ꝓprietatem vsus cuiuslibet rei: qḋ est plus. q: sicut vsus rei est aliud a re vsibili: ita proprietas vsus est aliud a ꝓprietate rei subiecte vsui: licet autem nō omnis ꝓprietas rei cōsumatur ꝑ vsum: q: ꝓprietas rerū vsu non consumptibilium non cōsumit̄ ꝑ vsum: vt domus vel agri. tm̄ ꝓprietas cuiuscumq; vsus consumitur ꝑ vsuꝫ: q: vsus cuiuslibet rei vsu cōsumptibilis est de genere trāseuntium. Quod vero dicitur ꝙ sub vsu talium rerum nō saluatur ꝓprietas aut dominiū: non est verum salua gratia. Quia sicut vsu carnium aut panis aut vestimenti alteratur et transmutat̄ natura eorum recedendo a prima specie: ita vsus carnium continue variatur ꝓportionabiliter variationi carnium. sicut carnes ipse. nec talis variatio cibi ⁊ vsus si transiret ꝑ mille species: transfert ꝓprietatem ⁊ dn̄ium ibi de ꝑsona in ꝑsonam siue de subiecto in subiectum/ plus ꝗ̄ variatio speciei frumenti farine ⁊ panis transfert dn̄ium de dn̄o in dn̄m: qn cui⁹ fuit dn̄iū frumenti/ eiusdem sit dn̄ium farine facte ex frumento: ⁊ panis ex farina. ⁊ si essent mille species adinuicē succedētes quarū vna fieret de alia: semꝑ cuius est dn̄iū p̄me speciei/ eiusdē est dn̄iuꝫ oīm specierū sequētiū ꝓpter naturalē ordinē ipsaꝝ. sicut ⁊ cinis generat̄ ex carbonib⁹: ⁊ carbones ex lignis: ꝗ̄uis ista inter se specie differāt: tm̄ ꝓpter naturalē ordinē gn̄ationis vnius ex altera/ cuius est dn̄ium p̄me speciei eiusdē est dn̄ium oīm specierū sequētiū. ar. op. ad hec. ff. de lega. ij. imꝑator. in fi. ⁊ ff. de lega. iij. fideicommissam. §. si rem suā. ⁊ legitur ⁊ no. ex. vt li. pen. eccl'ia. ⁊ ex. de vsu. cū ta. §. fi. in glos. et hoc videt̄. Ita in ꝓposito ꝗ̄uis cibus alteretur sub vsu: ⁊ varietur substantialiter vel accidentialiter: tm̄ cuius fuit dominium cibi ante vsum immediate/ eiusdē est etiā dn̄iū cibi sub vsu ꝗ̄diu durat vsus ⁊ nō est absorptus in stomacho. q: postꝗ̄ est in stomacho: non cadit amplius sub humano dn̄io tēporali. Et ita sub vsu rerū vsu consumptibilium saluat̄ ⁊ manet ꝓportionabiliter ꝓprietas ⁊ dominium ꝗ̄diu durat vsus: sicut saluatur spēs ⁊ natura vsus. Et hoc est dicendū necessario. qm̄ aut sub vsu istarū rerū vsu consumptibiliū manet ꝓportionabiliter ꝓprietas ⁊ dn̄ium ipsi vsui: aut nō. Si sic: habetur ꝓpositum. Si nō: ergo quilibet qui vtit̄ vel abutit̄ istis rebus: habet vsum earum separatū a ꝓprietate ⁊ dn̄io. qm̄ vsus rei sub quo nō manet ꝓprietas nec dominiū/ est separatus a ꝓprietate ⁊ dn̄io. qḋ est ꝓpositum. vn̄ Nico. in dicta declaratiōe vt supra patuit/ intellexit ꝙ fratres minores haberent vsum rerū consumptibiliū separatū a proprietate ⁊ dn̄io. Sic etiā intellexit Greg. ix. familiaris beati Francisci qui p̄mo regulam declarauit/ dicēs Dicimus ꝙ nec in communi nec in speciali debēt proprietatem habere: sꝫ vtensilium ⁊ librorꝫ ⁊ eorꝫ mobilium que licet hr̄e/ ordo vsum habeat: ⁊ fratres s̄m ꝙ generalis minister vel prouinciales disponendū duxerint ijs vtantur Ex quibus patet ꝙ dn̄s Greg. voluit ꝙ fratres minores haberent vsum rerū vsu cōsumptibilium ⁊ absq; proprietate ⁊ dn̄io. Quia dicit/ Nec in cōmuni nec in speciali debent proprietatem habere: sꝫ vtensilium ⁊ librorꝫ ⁊ eorum mobilium q̄ licet habere/ ordo vsum habeat. sed p̄ter vtēsilia ⁊ libros fratribus nō licet cōmuniter vti alijs bonis mobilibus nisi vsu cōsumptibilibus s̄m eorꝫ regulam. Et preterea ex quo distinguit bona mobilia in tres ꝑtes: scꝫ vtensilia/ libros/ ⁊ alia mobilia que licet habere absolute absq; aliq̄ exceptione ⁊ modificatione: planum est ꝙ ipse intendit comprehendere vniuersaliter omnia mobilia q̄bus fratres minores licite vti possunt. quum mobilia absolute dicta contra vtensilia ⁊ libros distincta cōprehendant oīa mobilia p̄ter vtensilia ⁊ libros: inter que cadunt vsu cōsumptibilia nisi apta violentia fiat eius intentioni ⁊ etiā lr̄e nihil excipienti. ex. de ma. ⁊ obe. solite. §. penult. cum suis si. Silr̄ Alexander. iiij. ⁊ Inno. iiij. sic determinauerunt in suis declarationibus. Dicim⁹ ꝙ nec in speciali nec in cōmuni debent ꝓprietatē habere: sꝫ locorꝫ ⁊ domorū ac vtensilium ⁊ librorꝫ ⁊ eorꝫ q̄ licet habere/ ordo vsum habeat: ⁊ fratres s̄m ꝙ generalis minister ⁊ ꝓuinciales ministri ordinandū duxerint ijs vtant̄. Quū ergo dicūt/ ⁊ eorū q̄ licet habere/ intendunt comprehendere omnia alia/ per istum genitiuū/ que licet habere p̄ter nominata: inter que cadūt ꝑ se vsu consumptibilia. Item Clemēs. v. in sua declaratione edita in cōsilio Viennensi que incipit Exiui de ꝑadiso. q̄ est in titulo de v̄. sig. inter clementinas declarat sic. Sitq; declaratum ꝑ nonnullos p̄cessores nostros Romanos pōtifices hāc expropriationē debere intelligi tā in speciali ꝗ̄ etiā in cōmuni: ꝓpter qḋ ⁊ rerū omniū cōcessarū oblatarū ⁊ donatarū fratribus/ q̄s ⁊ quaꝝ vsum facti scꝫ ordini vel ipsis licet habere ꝓprietatē ⁊ dn̄ium in se ⁊ Romanā eccl'iaꝫ receperūt: dimisso ipsis fratribus tm̄modo vsu facti simplicī. Quā determinationem summorꝫ pontificum ip̄e Clemēs vt ibidē patet acceptat ⁊ approbat. q̄bus v̄bis Clem̄. nihil clarius. q: vt dicit rerū oīm concessaꝝ oblataꝝ ⁊ donataꝝ quarū vsum licet habere. ⁊ ita nihil relinquit qḋ nō cōprehendat. q: res vsu cōsumptibiles ꝑ se comprehēdunt̄ sub nomine omniū rerū concessarum oblatarū ⁊ donatarū. q: q̄ omnia ꝑicit: nihil excludit. ex. de p̄uil. q: de ma. ⁊ obe. c. solite. j. Cor. xv. heb. ij. Ista etiam declaratio dn̄i Nicolai vltimo approbat̄ et laudat̄ a dn̄o papa Jo. xxij. in quadā sua cōstitutiōe q̄ loquit̄ de vniformitate vinēdi fratrū ⁊ cellarijs/ approbata est q̄ incipit. Quia quorūdaꝫ exigit. in q̄ dicit ⁊ asserit ꝙ

p̄dicta declaratio dn̄i Nicolai fuie decre.lucida solida ꝛ clara cum multa maturitate est digesta. Et etiam p̄dicta decre. Exijt. exp̄ esse concedat eis vsum vestimētoꝝ ꝛ alimentoꝝ: patet ex hoc ꝙ in ea sic continet. Et quib⁹ oibus satis claret ad victū/ vestitū/ diuinū cultū/ ꝛ sapientiale studium/ necessariarū rerū vsum fratribus esse cōcessum. Item in vestibus quotidianis q̄ inter vsu cōsumptibilia cōputant: bene potest ad tēpus constitui certū lucrū ꝛ iustū: puta ad mēsem vel ad annū: ꝛ talis locatio licita est. vt no. xiiij. q. iij. in summa. qḋ nō esset nisi vsus vestimētorū esset separabilis a proprietate ꝛ dn̄io quātū ad tēpus. sed qua rōne est sepabilis ad tempus: eadē rōne de se ꝛ na tura sua est separabilis p̄ semp: ꝙdiu durat substantia vestimētoꝝ. q: illa que semel sunt separabilia: stāte eadē natura extremoꝝ semper de se sunt sepabilia. Et ideo lex ciuilis suppōnēs vsu rei separabilem p̄ semp ꝛ p̄ perpetuo a p̄prietate statuit. ff. queadmodū vsufruc. amit. p totū. et de pig. c. vltimo. ne p̄prietates rerū essent inutiles in vniuersum dn̄is semp abscedente vsufructu: ꝙ vsufruct⁹ certis modis extingueretur ꝛ ad p̄prietates reuerteretur. ¶ Itē de separatione vsus a p̄prietate in rebus vsu cōsumptibilibus facit illud Exo. xxviij. Facies feminalia linea: vt operiant carnē turpitudinis sue. ꝛ vtent eis Aarō ꝛ filij eius: qn̄ ingredientur tabernaculū. ꝛ xxix. c. Veste aūt sanctam qua vtit Aaron habebunt filij eius post eū. Septē diebus vtet illa: qui pontifex p̄o eo fuerit cōstitutus. ꝛ xxviij. Vestes quoqꝫ q̄bus sacerdotes vtent in sanctuario Aaron ꝛ filij eius: obtulerunt filij israel sicut p̄ceperat domin⁹. ꝛ Leui. vij. Adipem animalis morticini/ et eius animalis qḋ a bestia captū est: habebitis in varios vsus. Item nume. xviij. Uniuersa frugum initia q̄ gignit humus: ꝛ dn̄o depoꝛtant: cedent in vsus tuos. ꝛ. j. in eodē c. Carnes nō cedent in vsum tuū. Et post. e. c. Nihil aliud possidebunt decimarū oblatione contenti: q̄s in vsus eorum ꝛ necessaria separaui. ꝛ Deutero. xxij. c. Non induet mulier veste virili: nec vir vtet veste feminea. ꝛ. xxiij. c. Si vindemiaueris vineam tuā: nō colliges remanentes racemos: s; cedent in vsus aduene ꝛ pupilli ꝛ vidue. Item Josue. v. Non sunt vsi vltra filij israel illo cibo ꝛc. vbi supponit ꝙ antea sunt vsi illo. Itē Judic. ix. c. Numquid possum deserere pinguedinē meā q̄ dn̄ vtuntur ꝛ homines: ꝛ j. ri. c. Habentes panē ac vinū in meos ꝛ ancille tue vsus Et. ij. li. Re. xiij. c. Huiuscemodi eñ filie regis ṽgines vestibus vtebantur. Et Tob. xij. Ego cibo inuisibili ꝛ potu q̄ ab hominibus videri nō pot/ vtoꝛ. vbi supponit angelus ꝙ cibo ꝛ potu visibili conuenit vti. Item Hester. iiij. c. Sacco ꝛ cinere multis p̄ strato vtentib⁹. Et Eccli. xxxj. Utere quasi homo frugi q̄ tibi apponunt. Hiere. xiij. Ecce computruerat lumbare ita vt nulli vsui aptū esset. j. ad Coꝛ. vij. Qui vtuntur hoc mundo tanꝙ nō vtant. Usu aūt cōsumptibilia de hoc mundo esse dicuntur. Phil. vltimo. Misistis mihi semel et bis in vsum. ꝛ loquit de vsu et consumptibilibus vite necessarijs. j. ad Timo. v. Modico vino vtere. Ergo scriptura loquens de vsu in rebus vsu cōsumptibilibus/ nunꝙ vocat abusum: nec abuti. sed in bona ꝛ vera significatione: signans licite in eis vsum a dn̄io separari: q: moꝛaliter abusus est illicit⁹ vsus ꝑm Augu. j. de doctria chꝛistiana. s; vti ꝛ vsus p̄ licito vsu. vn̄ Isidoꝛus. x. li. etymo. Utile dicitur ab vtendo. ꝛ. Huguitio dicit ꝙ vtile est dictum qḋ ad vsum ptinet: qḋ etiā ipm nomen significat. Sed res vsu consumptibiles sunt p̄prie ꝛ non impꝛopꝛie vtiles: immo nihil eis ad vitā coꝛpoꝛalē vtilius. Itē Augu. x. li. de trinitate definit vti sic. Uti est assumere aliquid in facultatē volūtatis. s; res vsu cōsumptibiles sunt per se assumptibiles in facultatē volūtatis. q: in potestate volūtatis est comedere ꝛ nō comedere: bibere ꝛ nō bibere: ꝛ sic de alijs. quū voluntas libere ꝛ contingenter assumat in sua facultate res vsu cōsumptibiles sicut alias. ergo vti ꝛ vsus p̄ se reꝑitur in istis reb⁹ sicut in alijs. Similiter Augu. definit vti p̄mo de doctrina chꝛistiana sic. Uti est id qḋ in vsu; venerit/ ad id qḋ amas obtinendū referre si tn̄ amādum est. Sed res vsu cōsumptibiles sunt referibiles p̄ se ad finē volūtatis p actum eius: qualiter in eis saluatur vti ꝛ vsus. Similiter Augu. definit ibi abusum/ dicens ꝙ Abusus est illicitus vsus. p locū a contrario sensu Usus p̄p̄ie est licitus vsus. In reb⁹ aūt vsu cōsumptibilibus reꝑitur licitus vsus. ergo in eis ꝑm Augu. reꝑitur p̄p̄ie vsus. Item sup illud ps. xxx. In supbia ꝛ in abusione. glos. In abusione. i. puerso vsu beneficioꝝ dei. ergo ꝑm glos. abusio est puersus vsus. ergo p oppositum vsus p̄p̄ie est debitus vsus. sed vsus iustus rerū vsu cōsumptibiliū est debit⁹ vsus earum: ergo manifestū est ꝙ definitiones sanctoꝛum ꝛ doctoꝝ de vti ꝛ abuti sunt p̄ fratribus minoꝛib⁹ cōtra opponentē. Adde hic qḋ scripsi. s. §. porro. ꝟ. habuerunt. in. l v. ar. ¶ Itē arguit opponens sic ꝙ vsus non pōt esse iustus absqꝫ iure vtendi. sed hic quero de quo iure vtendi: p̄p̄io an de iure vtendi cōmuni: Si de iure vtēdi p̄p̄io: falsum est qḋ dicit Clemēs xij. q. j. c. ij. Cōmunis vsus omniū que sunt in hoc mundo omnibus hominibus esse debuit: si vsus non pōt esse iustus absqꝫ iure vtendi p̄p̄io. Falsum etiā erit ꝙ religiosi vouent viuere absqꝫ p̄p̄io: si vsus nō pōt esse iust⁹ absqꝫ iure vtendi p̄p̄io. Si aūt non loquitur de iure vtendi p̄p̄io: sed cōmuni: ergo vsus pōt esse absqꝫ iure vtendi p̄p̄io iustus: ꝛ p cōsequens vsus iustus pōt separari a iure vtendi. quia in inseparabilibus habens in speciali vnū/ h; in speciali ꝛ reliquum. Et p̄pterea si vsus pōt esse iust⁹ solum ex iure vtendi cōmuni absqꝫ omni iure vtendi p̄p̄io vt dictum est. eadē rōne sequit ꝙ vsus pōt esse iustus solū ex iure vtendi cōmuni totius ecclesie/ absqꝫ omni iure vtēdi p̄p̄io cuiuscūqꝫ cōmunitatis specialis. q: que p̄poꝛtio est vnius persone singularis ad vnum collegium speciale eadē est p̄poꝛtio vnius collegij specialis ad vnā cōmunitatem specialem. Si ergo vna p̄sona singularis pōt h̄re vsum iustū solū ex iure vtendi cōmuni totius collegij specialis/ absqꝫ omni iure vtēdi p̄p̄io p̄sonali: eadē rōne qḋ cumqꝫ collegium speciale poterit habere vsum iustū solū ex iure vtēdi cōmuni cōmunitatis generalis/ absqꝫ omni iure vtendi p̄p̄io cōmunitatis specialis. q: vbi eadem ratio: ibi idem ius. ꝛ. di. ad eius vero. ꝟ. si vero. ibi. qḋ vni p̄sone ꝛc. ꝛ similis equitatis ratio similia iura suadere debet. C. ad. l. falci. li. vltimo. ꝛ facit op. de transla. inter coꝛpoꝛalia. §. j. ꝟ. vn̄ cū nō sit. ꝛ ibi. idē iuris p̄tinet in vtroqꝫ ꝛ ibi. p̄pter tn̄ ꝛ exp̄essam similitudinem vel identitatē ꝛ de confir. vti. vel inuti. cū dilecta. §. nos igitur. ibi. eiusdē equitatis similitudine p̄uocati. ꝛ in glos. ibi que incipit similis. Quia cōmunitas specialis sic se hab; ad cōmunitatem generalem: sicut se habet vna p̄sona singularis ad vnā cōmunitatem specialē. ꝛ p cōsequēs fratres minoꝛes potuerunt habere vsum iustum rerum eis cōdecentium/ sepatum ab omni iure vtendi p̄p̄io ꝛ in speciali ꝛ in cōmuni quātum ad cōmunitatem ipsoꝝ p̄p̄iā: licet nō sepatum a iure vtendi cōmuni vniuersalis ecclie. Et p̄pterea si vsus pōt esse iustus ex iure vtendi cōmuni/ absqꝫ omni iure vtendi p̄p̄io scōm istam responsionē: eadē rōne vsus poterit esse iust⁹ ex iure vtendi sepato absqꝫ omni iure vtēdi cōiuncto. q: nō magis cōmuniter p̄sona aliqua specialis est in potestate sue cōmunitat; cui⁹ est pars: ꝙ sit seru⁹ in potestate domini sui. si ergo p̄sona specialis potest habere vsum iustum solum ex oꝛdine ad ius vtendi cōmune sue cōmunitatis/ cuius noīe ꝛ authoꝛitate vtit/ absqꝫ omni iure vtendi p̄p̄io: eadem ratione seruus pōt habere vsum iustum solum ex oꝛdine ad ius vtendi dn̄i/ cuius nomine vtitur/ absqꝫ iure vtendi p̄p̄io. q: sicut religiosus vtit rebus communitatis nomine communitatis ꝛ non suo: Ita seruus vtitur reb⁹ domini nomine domini: ꝛ nō suo. nec apparet aliqua causa seu ratio plus ex vna parte ꝙ ex alia: nisi mere ficta. Et hoc confirmatur. quia si religiosus quicumqꝫ potest habere vsum iustum ex iure vtēdi sue cōmunitatis absqꝫ omni iure vtēdi p̄p̄io: multo

Uti et Abuti
Usus et Abusus

magis perfectus seruus dei potest habere vsum iustū ex
iure extrinseco ⁊ separato dei/absq; omni iure intrinseco
⁊ cōiuncto ꝓprio sui. q: pfect⁹ seruus dei magis est in vo-
luntate dei ꝙ̄ sit religiosus in manu religionis sue. ⁊ de⁹
etiā adsistit p̄sentior suo seruo ꝙ̄ religio suo subdito. Si
ergo religiosus pōt vti rebus sue religionis iure religio-
nis: ⁊ nō suo: eadem ratione verus seruus dei poterit vti
rebus dei iure dei ⁊ nō suo. Et ita non dicitur ꝙ vsus pos-
sit esse iustus absq; omni iure vtendi: sed dicitur ꝙ vsus
potest esse iustus absq; omni iure vtendi ꝓprio. Itē aliud
est habere ius vtendi: aliud licentiā vtendi. ⁊ ideo ꝙ̄uis
vsus absq; omni iure ⁊ licentia esset illicitus: vsus tamen
absq; iure vtendi/cū licentia tñ vtendi/nō est illicitus. q̄a
aliud est licentiam habere reb⁹ vtendi: ⁊ res dādi. ⁊ aliud
ius. q: de licētia p̄lati pōt dare religiosus rem: ⁊ tñ ibi ꝓ
priū non habet: nec ius dandi. vt est expressum. xij. q. j. non
dicatis. Et de hac licentia loquit̄ ex̄ de v̄. sig. exijt. li. vj. ibi.
Durante licentia concedentis quoties religiosus habe-
ret licentiam in speciali vtendi aliq̄ re vsu consumptibili/
toties haberet in speciali ius vtendi illa: etsi in re cōsum-
ptibili vsu non separaretur vsus a dominio ⁊ ꝓprietate/
vt dicit opponēs: ergo quoties religiosus aliq̄s haberet
in speciali licentiā vtendi re aliqua vsu cōsumptibili. to-
ties in speciali efficeret̄ ꝓprietarius in ea. Et quū nullus
religiosus vtat̄ rebus vsu cōsumptibilibus licite nisi de li-
centia suoꝝ p̄positoꝝ: sequeret̄ ꝙ in omnibus rebus vsu
cōsumptibilibus eis in speciali concessis omnes religiosi
essent ꝓprietarij. qđ esset omnem religionē tollere: ⁊ om-
nes religiosos ꝓprietarios facere. Itē quū duplex sit ius
diuinum ⁊ humanum vel nature ⁊ constitutionis. di. viij.
§. j. ⁊ si non iure ciuili vel humano vsus in rebus cōsum-
ptibilibus vsu separet̄ a dñio: separat̄ tñ iure diuino: ⁊ in
talibus licitus est vsus ⁊ iustus iure diuino ⁊ spūali. de q̄
etiā iure habet̄. xxiij. q. vij. c. j. q: nullus sapiens vnꝙ̄ dice-
ret ꝙ non esset in tali vsu licito aliquod ius. Sed questio
est de iure vtendi temporali/ciuili/vel canonico: ⁊ de tali
vsu nudo ⁊ facti separato ab omni iure ciuili ⁊ humano
loquit̄ decre. Exiui de padiso. in deme. de v̄. sig. ⁊ Exijt q̄
seminat. de v̄. sig. li. vj. que talē vsum separatum ab omni
iure ciuili nō diuino concedunt fratribus minoribus. Et
de tali vsu ⁊ iure loquit̄ cōstitutio domini Jo. pape. xxij.
q̄ incipit/Ad cōditorem. ⁊ alia q̄ incipit/Quia quorūdā.

¶ Articulus. lvij. A

An christus rex tēporalium habuerit dñium.

Circa hec querendū est vtrum christus alicui⁹ rei tpalis habue-
rit dñium ⁊ quale. Q2 aūt dñium rerum tē-
poraliū habuerit/sacra scriptura tam in te-
stamento veteri ꝙ̄ in nouo testari videtur. Multi quidē
ꝓphete eum regē futurū ppl̄i israelitici/⁊ per consequēs
habere regni dominium ꝓphetauerunt. Esa. xxxiij. Ecce
dñs iudex noster: dñs legifer noster: dñs rex noster: ipse ve-
niet ⁊ saluabit nos. sꝫ fm Dionysiū de diuinis nominib⁹
a dominio dicit̄ dñs/dñans/⁊ dñator. Item Hiere. xxiij.
Suscitabo Dauid germen iustum: ⁊ regnabit rex: ⁊ sapi-
ens erit. ⁊ sequitur. Et hoc est nomen quod vocabunt eū
dominus iustus noster. Iste est etiā lapis abscisus de mō-
te sine manibus: cui deus celi dedit regnum quod in eter-
nū non dissipabitur. Daniel. ij. Itē Zach. ix. Ecce rex tu⁹
veniet tibi iustus ⁊ saluator ⁊c̄. Item ps. ij. Ego autē cō-
stitut⁹ sum rex ab eo. ⁊ in ps. xliiij. Eructauit/qui totus lo-
quitur de isto rege. ⁊ ps. lxxj. Deus iudicium tuū regi da.
⁊ multi alij psalmi. Cañ. iij. Uidete regem Salomonem.
Luce. j. Et regnabit in domo Jacob in eternum: ⁊ regni
eius non erit finis. ⁊ Luce. ij. Qui est christus dominus. i.
rex ⁊ dominus. Matth. ij. Ubi est qui natus est rex iudeo-
rum. Jo. j. Tu es rex israel. Item Jo. xix. Jesus nazaren⁹
rex iudeorū. Item Jo. xviij. Regnum meū non est hinc.
non dixit non est hic sed non est hinc. quasi regnum meū
a mūdo nō habeo. Act. ij. Certissime sciat omnis domus
israel q: ⁊ dominum eum ⁊ christum fecit deus hunc Je-
sum quem vos crucifixistis. Christum autē regem intel-
ligimus: q̄a christus interpretatur vnctus: ⁊ quia reges
inungi consueuerunt. ex̄ de sac. vnc. c. vnico. per christum
regem intelligimus. vbi Raban⁹. Ibi manifeste Petrus
ex hoc ps. regnum christi non terrenum sed celeste osten-
dit. vbi etiam Petrus videtur concludere ex verbis p̄dis-
ctis/ꝙ christ⁹ inquātū homo subsistens in diuino suppo-
sito/fuerit dominus ⁊ rex factus. constat eñ ꝙ inquantum
deus crucifixus non fuerit: sed inquantum homo. ⁊ ideo
quū dñs ⁊ rex fuerit factus inquātū crucifixus: ⁊ crucifi-
xus fuerit inquantū homo: sequitur ꝙ regnū ⁊ dominiū
tamꝙ̄ homini deus ei concessit. vnde fm aliam trāslatio-
nem quam Augu. sequit̄ dicitur Dominus regnauit a li-
gno. vnde Augu. De cruce sua in qua fixus erat/diabolū
occidit: ⁊ inde rex noster est. Hoc etiā supponit angel⁹ lo-
quens eo nato pastoribus dicens Luce. ij. Hodie nat⁹ est
vobis saluator: qui est christus dominus. i. rex ⁊ dñs. Hoc
etiam Aug. in li. de concor. euangelistarum in prohemio
expresse testatur dicens. Dominus iesus vnus verus rex/
⁊ vnus verus sacerdos est. ⁊ paulopost dicit sic. Scđm ho-
minem quippe christus ⁊ rex ⁊ sacerdos effectus est: cui
dedit deus sedem Dauid patris sui: ⁊ regni eius non erit
finis. Luce. j. Item ꝙ saluator fuerit dñs omnium tempo-
ralium videtur. de eo eñ dicitur Esa. xvj. Emitte agnum
dñe dñatorem terre. Item Michee. v. Et tu bethleem ef-
frata nequaꝙ̄ minima es in principibus iuda. Ex te eñ
egredietur qui sit dominator in israel ⁊ egressus eius ab
initio a dieb⁹ eternitatis. Malach. iij. Statim veniet ad
templum sanctum suū dñator quē vos queritis ⁊c̄. Item
Jo. xiij. Uos vocatis me magister ⁊ dñe: ⁊ bñ dicitis: sum
etenī. Matth. xxj. Mar. xj. Luc. xix. Jo. xij. Siquis vobis
aliquid dixerit: dicite q: dñs his opus habet. ⁊ confestim
dimittet eos. vbi Remigius. Nō dixit discipulis/Dicatis
dñs tuus his opus habet: vel dñs noster. vt intelligant q:
ipse sit solus non solum animalium sed etiam oīm homi-
num dñs. Item Apoc. xix. et idē Apo. xvij. ⁊ j. Timo. vj.
Habet scriptum in vestimento suo/Rex regum ⁊ dñs do-
minātiū. Itē in symbolo: Et in iesum christū filiū eius vni-
cū dñm nostrū. Itē in alio symbolo sanctoꝝ patrū. Et in
vnū dñm iesum christum filium dei vnigenitum. Premis-
sa aūt scꝫ regnum ⁊ dominiū habuit iesus christus inquā-
tū deus ab eterno/eo ipso ꝙ deus pater genuit ipsum: et
dedit ei id qđ erat: scꝫ suam substantiā dominium ⁊ potē-
tiā. Jo. x. Pater qđ dedit mihi maius omnibus est. ex̄ de
sum. tri. c. ij. §. licet. Et inquantū homo ex tempore/scꝫ ab
instanti conceptionis sue ex dei datione: vt pater ex p̄di-
ctis. Et nihilominus videtur ꝙ habuerit dñium aliquaꝝ
rerū tēporalium non ab instanti ꝯceptionis sue: sed post-
ea successiue modis alijs: vt puta ex collatiōe fidelium. et
de his dicendum est. Habuit vtiq; vestimēta. Mat. xvij.
Mar. ix. ⁊ Luce. ix. Uestimenta eius facta sunt alba sicut
nix. Jo. xiij. Surgit a cena ⁊ ponit vestimenta sua ⁊c. Jo-
annis. xix. Partiti sunt vestimenta mea: ⁊ super vestem me-
am miserunt sortem. et Matth. xxvij ad idem. Item de
calciamentis. Matth. iij. Luce. iij. Cuius nō sum dignus
calciamenta portare. ⁊ Mar. j. Cuius non sum dign⁹ sol-
uere corrigiā calciamētoꝝ. Jo. j. Cui⁹ nō sum dign⁹ vt sol-
uā corrigiā calciamētoꝝ. Itē de locul̄. Jo. xiij. xij. q. j. habe-
bat. ⁊ c. exemplū. ⁊ Jo. xiij. Qui manducat panem meū:
leuabit calcaneum suum contra me. Item ꝙ vinū habuit
⁊ panē de q̄ instituit sacramētū/habet̄ Mat. xxvj. Mar.
xiiij. Luce. xxij. Nec videtur ꝙ potuerit renūtiare huic re-
gno. q: contra ordinationē patris fecisset. Dani. ij. Susci-
tabit deus celi regnū qđ in eternuꝫ nō dissipabit̄. ⁊ regnū
eius alteri non tradetur. Et Dani. vij. Ptās ei⁹ ptās eter-
na q̄ nō auferet̄: ⁊ regnū eius qđ nō corrumpet̄. Et vide-
tur ꝙ quamꝙ̄ christus fuerit paup: nō tñ carētia dñij fecit
eū pauperē ⁊ egenū: sꝫ poti⁹ carētia ꝑceptiōis fructus et
obuentionis rerū quarū dñs erat. Magnum eñ dñium

separatū in perpetuū ab omni perceptiōe cōmodi rei/ha
bentem nō facit diuitem: quū sit inutile reputandū. sicut
videtur ad sensum. Si eñ rex Francie non renuntiando
regno se abstineret a regno: ꝛ post lapsum alicui⁹ tempo
ris incognitus rediret ad illud: si se pro rege non gereret
nec aliqua emolumenta perciperet dicti regni/sed in domo
regia reciperet vt vn⁹ alius ex gratia necessaria vite sue:
talis vtiq̃ licet rex esset ꝛ dñs/posset mendicus ꝛ pauper
esse ꝛ merito reputari. vnde Gala. iiij. Quādiu heres par
uulus est: nihil differt a seruo: quū sit dñs oīm. sic merito
christus paup dici potuit voluntari⁹ ꝛ egen⁹: nō propter
dominij carentiam siue regni: sed propterea quia se eorū
fructibus ꝛ prouentibus non iuuabat.

S Ed contra hoc ꝙ christus nō habuerit dñiū
ꝛ proprietatē in rebus sic ostendit ꝛ probat.
Nam legit Act. j. Incepit Jesus facere ꝛ do
cere. qđ est intelligendū de oībus ad discipli
nam morū pertinentibus. Ideo ibi scribitur
Primū quidē sermonem feci de omnibus o Theophile
que cepit Jesus facere ꝛ docere. Nihil ergo ad perfectio
nem morū ꝛ disciplinam pertinēs saluator noster docuit
qđ nō fecerit. propter quod Jo. xiij. Exemplū eñ dedi vo
bis: vt queadmodū ego feci ita ꝛ vos faciatis. vnde Ro.
xv. Non eñ audeo loqui aliqđ eorū que per me nō efficit
christus. vnde Aug. de vera religione de christo dicit ꝙ to
ta vita christi in terris fuit disciplina morū. Sed christus
docuit ac consuluit relinquere dominia tēporalia regno
rum ꝛ principatuū ac possessionū quarūcunq̃. q: vt scri
bitur Mat. xix. Mar. x. Luc. xviij. cuidā volenti ad perfe
ctionē ascendere dixit. Si vis perfectus esse: vade ꝛ vēde
oīa que habes: ꝛ da pauperib⁹. ꝛ veni: sequere me. Et sic
ut habetur Luce xviij ille cui hoc cōsuluit erat princeps.
ergo christus inquantū homo pro statu vite mortalis reli
quit dñium temporale cuiuscunq̃ regni seu principatus tē
poralis. aliter eñ nō fecisset qđ docuisset: ꝛ potuisset sibi
obijci illud quod ipse dixit apostolis Mat. x. Nō est disci
pulus sup magistrum: nec seruus sup dñm suum. sufficit
discipulo ꝙ sit sicut magister eius: et seruo ꝙ sit sicut dñs
eius. Si ergo nō dimisit sed sibi retinuit dñium tempora
le regni ꝛ principatus tēporalis: qua fronte fuisset ausus
consulere alicui principi vt dimitteret dominiū tēporale
sui regni aut dominij: profecto respōderetur sibi/sufficit
mihi ꝙ ego sim pauper sicut tu. licet creatura non debeat
a pari contendere cū creatore: nec discipulus cū magistro:
aut seruus cum dño. Vñ Aug. scribens ad quendā comi
tem/qui liber sic incipit/Frater mi si cupis scire/sic ait de
christo. Christus ne aurū diligeremus/oblata munera cō
temnere docuit. Ne famē timeremus. xl. diebus ieiunauit
Ne nuditatē pertimesceremus/preter vnam tunicā alias
discipulos suos habere vetuit. Ne tribulationes expa
uesceremus/oīa ipse sustinuit. Ne mortē formidaremus/
ꝛ hanc ipse suscepit. et quum nos ista docuerit omnia: nō
tātū locutus est verbo/verum etiam exēplo ipse precessit.
hec Aug. Ex quibus patet ꝙ christus nihil ad disciplinā
morum pertinens docuit/quod nō fecerit: sed ipse docuit
vt dictum est relinquere dominiū temporale regnorum ꝛ
principatuū: ergo ꝛ ipse reliquit temporale dñium regni.
Aliud dicere est cōsiliū et preceptū euangelicū destruere.

I Tem questionē istā christus determinauit
Jo. xviij. vbi quū accusaretur a iudeis ꝙ se
Cesari in hoc ꝙ se regē faciebat/opponebat
ꝛ Pilat⁹ timens incurrere Cesaris indigna
tionem quesiuit a christo. Tu es rex iudeorū?
non negando sed distinguendo respōdit dicens/Regnū
meū non est de hoc mundo. Quod dupliciter intelligit
Regnū meū non est de h mundo.
non est de hoc mūdo. vel materialiter: q: scʒ non est de re
bus tēporalibus hui⁹ mundi. vel causaliter q: scilicet nō
teneo ipsum ab hoc mundo. ꝛ vtroq̃ modo christus nega
uit regnum suū esse de hoc mundo. Quod patet per me
dium suum qđ vniformiter cōcludit ꝛ indistincte de vno
modo sicut de alio. Si regnū meū inquit esset de hoc mū
do ministri mei vtiq̃ decertarent vt non traderer iudeis
nunc aūt regnum meū non est hinc. Qđ mediū cum con
clusione premissa ꝛ cōclusione illata intelligit materiali
ter sicut causaliter. q: vndecūq̃ tenuisset regnū suū causa
liter: dum tñ fuisset de hoc mundo materialiter de rebus
tēporalibus: ministri vtiq̃ decertare debuissent ne trade
retur iudeis. Et Pilatus etiā magis curabat vnde esset
regnum suū materialiter: ꝙ causaliter. q: vndecūq̃ tenu
isset causaliter ꝛ effectiue regnū temporale: quū non reco
gnosceret illud a Cesare: videbat contradicere Cesari q̃
tunc sibi dñium vniuersale totius orbis vēdicabat: ꝛ hoc
sibi specialiter iudei obijciebāt. Quā obiectionē christus
nunq̃ conuenienter exclusisset: nisi regnū suū esse de hoc
mundo materialiter ꝛ nō causaliter tātū negasset. quum
Cesar magis curaret vnde se faceret regē materialiter ꝙ
causaliter. q: ꝛ iudei dicebant se tenere regnū a deo tem
porale ꝛ non a mūdo causaliter. q: dicebāt terrā pmissio
nis esse eis traditā a deo. xxiij. q. v. §. hinc etiam. et tamen
Cesar volebat ꝙ ipsi tenerent terrā ab eo: ꝛ nisi ab eo re
cognouissent/sibi contradixissent. Ita christus similiter
vndecūq̃ causaliter regnum tēporale tenuisset: nisi illud
a Cesare q̃ sibi dñium totius orbis vendicabat/recogno
uisset: Cesari cōtradixisset. Quum ergo christus sufficiē
ter excluserit obiectionē falsam iudeorum: sequitur ꝙ re
gnum suū non fuit de hoc mundo materialiter nec causa
liter. Immo si regnum suū fuit de hoc mundo materiali
ter: licet non causaliter: iudei nō imposuissent sibi falsum
sed verū. q: iudei non imponebant sibi ꝙ ipse teneret re
gnum temporale ab hoc mundo: sed imponebant sibi ꝙ
ipe se faciebat regē regni iudaici temporalis. Et etiā ista
fuerit intentio christi/patet ex alia christi responsione. Nā
quum Pilatus post dictam christi responsionem intulis
set. Joan. xviij. Ergo rex es tu. statim christus respondit.
Tu dicis quia rex sum ego: ego autem in hoc natus sum:
ꝛ ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam ve
ritati. ꝛ oīs qui est ex veritate audit vocem meā. Ex qua
christi respōsione patet ꝙ regnū suū nō fuit pro hac vita
mortali temporale: sed spirituale. q: tale fuit regnū suum
quale fuit officium regni siue regis. sed officiū christi re
gis non fuit temporale: sed spirituale: scilicet phibere te
stimonium veritati. ergo ꝛ regnū suum non fuit tēporale
sed spirituale: sicut ꝛ officium regis nō fuit temporale/sed
spirituale. Siquidē ꝛ ipse christus quale regnū suū esset/
per signū ab affectu cōuenienter demōstrauit hoc etiā ip
sum Dauid ppheta in psona christi in ps. ij. pphetauit di
cens. Ego autē cōstitutus sum rex ab eo super sion mon
tem sanctū eius pdicans preceptū eius. Hoc ergo fuit of
ficium regis nostri: pdicare preceptū dñi. phibere testimo
nium veritati. qđ fuit officium spirituale ꝛ nō tēporale ꝛ p
consequens regnū suū fuit spirituale: ꝛ non tēporale. sic q̃
dem et regis officio regni dominiū innotescit. Hoc clare
Aug. super Joā. xviij. exponendo predicta verba christi
dicit sic. Audite iudei et gentes: audite circūcisi. audite p
putium: audite oīa regna terrena. Non impedio domina
tionē vestrā in hoc mundo: q: regnum meū non est de hoc
mūdo. nolite metuere metu vanissimo quo Herodes ille
maior expauit: ꝛ tot infantes occidit metuēdo poti⁹ ꝙ ira
scendo crudelior. Regnū inquit meū nō est de hoc mūdo.
Quid vultis ampli⁹? Venite ad regnum qđ nō est de hoc
mūdo. venite credēdo. ꝛ nolite seuire metuēdo. Dicit qui
dam in pphetia dño deo patri. Ego aūt cōstitut⁹ sum rex
ab eo sup sion montē sanctū ei⁹. sed sion illa/mons ille nō
de mundo. Quid enim est eius regnum: nisi credentes in
eum: de pe. dist. iiij. §. finis. ꝟ. hinc etiam Augu. quibus di
cit de hoc mundo non estis: sicut ego non sum de hoc mū
do: quis vellet eos esse in mundo. propter quod de illis
dixit Joan. xvij. ad patrē. Non rogo vt tollas eos de mū
do: sed vt serues eos a malo. vnde ꝛ hic nō ait/Regnū
meū non est in hoc mūdo. sed nō est de hoc mundo. quum

hoc probaret dicens. Si regnū meū esset de hoc mundo: ministri mei vti𝔮 decertarent vt nō traderer iudeis. nūc autem regnū meū non est hinc. Non ait/nō est hic. sed nō est hinc. hic eē est regnū eius vs𝔮 in finem seculi: habens inter se cōmista zizania. Matth. xiij. xj. q. iij. nolite. xxiij. q. iij. notādū. de con. di. iiij. est vnitas. vs𝔮 ad messem. messis eē est finis seculi: quādo messores venient. i. angeli: ⁊ colligent de regno eius oīa scandala. Mat. xiij. qḋ vti𝔮 nō fieret si regnū suum non esset hic. sed tātū non est hinc: q: peregrinaẗ in mūdo. hec Aug. Ex quibꝰ verbis augustini aperte patet ꝙ regnū christi in hac vita mortali non fuit regnum temporale: sed spirituale. qḋ patet ex hoc ꝙ dicit Non impedio dominationem vestram in hoc mundo. Si autem fuisset eius dominiū tēporale: impediuisset eorū dominium. quū in eodem regno siue imperio nō possint esse conuenienter abs𝔮 mutuo impedimento inter se plures reges seu iperatores pares: quorū neuter subsit alteri. ar ad hoc ex̄ de proba. licet. §. ex premissis. ff. cū duo in sunul. vj. q. iij. scitote. vij. q. j. in apibus. ex̄ de of. or. quoniā. §. j. Et quia nemo potest duobꝰ dominis seruire. Mat. vj. ⁊ Luc. xvj. de pe. di. j. §. Item vt christus ait. sub. §. hoc idē. Quod etiam patet ex hoc ꝙ dicit ꝙ eius regnū sunt credētes in eum: ⁊ ꝙ ad eius regnū venitur credendo. ad regnū autē temporale non veniẗ credēdo: sed dominādo ⁊ occupādo potiꝰ. Et q: dicit ꝙ sion illa ⁊ mons ille nō est de hoc mūdo. Quare autē christus non dixit regnū meum non est hic: sed non est hinc: fuit ſm Augu. ⁊ ſm veritatem/q: regnum suū spirituale hic erat corpore: licet nō esset hic intentione ⁊ dilectione finali. non q: regnum suū esset temporale ⁊ de rebus tēporalibus: sed q: regnū suū spirituale/quod est congregatio fideliū in charitate/adhuc hic peregrinaẗ in corpore mortali: in exilio huiꝰ mūdi q̄diu sumus in via. ij. ad Cor. v. Ex quibus etiā patet ꝙ oēs prophete q̄ prophetauerunt christum regē futurum: prophetauerunt de regno christi spirituali: et non temporali. quoniam promissio legis debet intelligi spiritualiter: ⁊ nō temporaliter. quia diciẗ. ij. ad Cor. iij. Litera occidit: spūs aūt viuificat. Hoc eē intelligere scilicet legis promissiones temporaliter/est iudaizare. cōtra illud ex̄ de sacra vnc. c. vnico. §. penultimo. de con. di. iiij. puenit. ⁊ euangeliū ad legis obseruantiā redigere contra illud ex̄ de consti. translato. Unde talē regem in tēporalibus expectant iudei carnales ⁊ tēporales. facit ad hoc id ps̄. xliiij. Offerenẗ regi christo virgines scilicet sancte. Itē ꝙ regnū christi inquantū fuit homo passibilis ⁊ mortalis/debeat intelligi regnum spirituale: ⁊ non tēporale: patet aperte ex hoc ꝙ angelus Luc. j. c. Dixit Marie de christo ⁊ regno eius. Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: et regnabit in domo Jacob in eternum: ⁊ regni eius nō erit finis. Constat autem ꝙ christus in hac vita mortali non regnauit in domo Jacob tēporaliter: sed tātū spiritualiter: q: non intromisit se de regimine tēporaliū: sed solū de regimine et cura spiritualium. Regnū etiam tēporale habet quando𝔮 finem: quū hic finiatur: ⁊ ante finem mundi multa regna defecerunt: sicut regna Assyriorū ⁊ Grecorū ⁊ Chaldeorū Dani. ij. Regnū autem christi nō habet finem: sed manet in eternum. q: regni eius non erit finis: vt dixit angelus. ergo regnū christi non debet intelligi tēporale: sed spūale quod glos. or. dicit ibi Luce. j. valde pulchre sic. Dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris eiꝰ. glos. i. israeliticā plebē: cui Dauid ⁊ filij eius temporalis regni gubernacula prebuerunt. huiusmodi regnū spirituale datū est christo: quādo dispositū est a deo vt de semine Dauid incarnaretur: qui illā gentem in perpetuū vocaret regnum. ⁊ nō solū in illa gente iudeorū/sed regnabit in domo Jacob in eternum i. in tota ecclesia q̄ per fidem ⁊ confessionem christi ad patriarcharū pertinet sortem. siue in illis q̄ de patriarcharū sorte nati sunt. siue in ijs qui de oleastro excisi in oliuam bonā sunt iserti. Ro. xj. hec glos. quā corroborat mens canonis. xxxij. q. iiij. recurrat. Ex ita tā ex textu q̄ ex glos. patet ꝙ regnū christi debet intelligi spūale ⁊ nō tēporale. q: eo mō debet intelligi regnū christi: quo mō intelligiẗ domus Jacob: in qua prediciẗ ab angelo regnaturꝰ. sed domus Jacob in qua pdicitur regnaturꝰ/debet intelligi spiritualiter: ⁊ nō tēporaliter. q: tunc sequereẗ ꝙ christꝰ non fuisset rex nisi solū gentis iudeorū: ⁊ nō aliarū gentium ⁊ ita alie nationes gentiū nō ptinerent ad regnū christi. qḋ est erroneū. q: ad regnū christi pertinent oēs vere credentes. iuxta illud ps̄. ij. Postula a me et dabo tibi gētes hereditatē tuā ⁊ possessionē tuam terminos terre. et de hoc satis ad Ro. j. ⁊ Joan. xj. ibi. Quia iesus moriturꝰ erat pro gente. Et illud prophete. ij. c. Osee. ſm aliā translationem. Uocabo plebē meā non plebē meā. nostra trāslatio habet Et dicā nō populo meo populus meus es tu. Osee. ij. c. in fi. xxxv. q. j. §. hac ita𝔮. ergo domꝰ Jacob intelligenda est ſm glos. pfatam/spūaliter ⁊ nō carnaliter. ergo similiter regnū christi q̄ pdicitur regnaturꝰ in domo Jacob: spirituale ⁊ non tēporale accipiendū est. vñ et super illud Jo. xix. Erat autē scriptū Jesus nazarenus rex iudeorū/dicit glos. corde non carne. ergo ſm glos. iudei debent intelligi spūaliter ⁊ nō carnaliter: q: corde nō carne. qḋ etiam patet ex textu ibidē. q: statim sequiẗ. Erat aūt scriptū hebraice ⁊ grece ⁊ latine/Rex iudeorū/sed nō fuit hoc scriptum nisi q: iudei quorū christus scribitur rex: intelligunẗ spūaliter pro hebreis grecis ⁊ latinis. Ex quibꝰ etiam patet ꝙ illud Mat. ij. Ubi est q̄ natus est rex iudeorū. nō debet intelligi de regno temporali: sed spūali. aliter sequeretur ꝙ christus nō fuisset rex aliarū gentiū. qḋ esset error. Unde ⁊ Aug. in ſmone de epiphania ait. Ipe etiā christus est expectatio gentiū: de quibꝰ quondā beatissimo patri Abrae innumerabilis fuerat pmissa successio: nō carnis semine sed fidei fecūditate generāda: ⁊ ideo stellarū multitudini cōparata: vt ab omniū gentium patre non terrena sed celestis progenies spareteẗ. ad credendū ergo pmisse hereditatis heredes in siderībꝰ designati ortu noui sideris excitantur: vt in quo celū est adhibitum in testimonium/celi famuletur obsequium. Sicut ergo fuit soboles spiritualis eius per fidē: sic ⁊ regnū. Unde ⁊ Leo papa in sermone epiphanie sic dicit. Herodes vero audiens iudeorum principem natū: successorē suspicatꝰ/expauit. ⁊ parū post. O ceca stulte emulationis impietas: que perturbādum putas diuinum tuo furore consilium. dominꝰ mundi temporale non querit regnum: qui prestat eternum. hec Leo Item Fulgentius in sermone de epiphania sic dicit. In his muneribus mysterium videmus vere fidei contineri. Tus quippe pro suis tēporibus in sacrificio dei solebat sacro officio sacerdotis offerri. Aurū quo𝔮 tributis regalibus annua videmus exactione persolui. Myrrha vero sepeliendis ad solet corporibus adhiberi. In illa ergo oblatione turis sacrificiū agnoscitur: in quo christus ⁊ verus deus pōtifex inueniẗ. Pro quibus eē seipsum verus ille pontifex sacrificiū in odorem suauitatis obtulit: ab ipsis sacrificiū idem verus deꝰ accepit. Munus vero auri regē verū demōstrat dn̄m nostrū iesum christū. nō vti𝔮 talem regē qui suā imaginē in solidis accipit: sed q̄ suā imaginē in ipsis hominibꝰ q̄rit. hanc vti𝔮 imaginē querens dicebat Mat. xxij. Mar. xij. Luc. xx. ⁊ xxiij. q. viij. conuenior. Reddite cesari q̄ cesaris sunt. et deo que dei sunt. et parū post. In rege igitur christo cognoscitur liberatio captiuorū. In sacerdote christo inuenitur mundatio pollutorū. In christo mortuo at𝔮 resurgente consistit resurrectio mortuorum. In deo christo posita est eterna felicitas beatorū hec Fulgētiꝰ. Itē Beda. ⁊ poniẗ i glos. sup illud Mar. xj. c. Benedictum quod venit regnū patris nostri Dauid. dicit sic. ſm Jo. vj. c. Quum turbe eum rapere vellent et facere regem: fugit: ⁊ regnum adhuc victurus noluit. nunc autem iam passurus/regem non refugit se dici: non hymnos filio dei et rege dignos: non eos reprimit qui regnū Dauid in eo restaurandum et prisce benedictionis dona concinunt: quia scilicet non temporalis et terreni: sed

eterni in celis rex esset imperiū:ad qd̄ per contemptū mor-
tis gloriam resurrectionis et triumphū ascensionis puē-
niret. vnde discipulis post resurrectionē ait Mat.vltimo
Data est mihi ōis potestas in celo ⁊ ī terra.hec glos.⁊ Be-
da simul.Itē in eodem regno tēporali nō possunt nec de-
bent esse simul plures reges pares et inconexi . vt.vij.q.j.
in apibus.⁊ supra dixi.℣.ex quibꝰ. Sed Cesar imperator
Romanorū fuit verus licet infidelis in tēporalibus: ali-
ter eñ christus verbo ⁊ exēplo sibi dari tributū nō cōsulu-
isset.Mat.xxij.⁊.xxiij.q.viij.§.ecce.et.c.conuenior. christus
autē a cesare regnū tēporale non recognouit:licet sibi tri
butum nō in recognitionē regni:sed pro vitatione scāda-
li ⁊ futuri significatione mysterij dederit. Mat.xvij.xi.q.
j.magnū quidē est.xxviij.q.j.iam nūc.ad fi. Nec Cesar re-
cognouit regnū tēporale a christo inquantū homo:sed po
tius eius ministri exigebāt tributū a christo.vt Mat.xvij
ergo christus inquantū homo pro hac vita mortali non
fuit rex in rebus tēporalibus.aliter eñ in eodē regno fuis-
sent simul plures reges. Nec obstat de titulo quem posuit
Pilatus: Jesus nazarenus rex iudeoꝝ. Jo.xviij.q: nō lo-
quitur de regno terreno sed celesti:quamꝙ̄ Pilatꝰ aliud
forsan sentiret.vel dixit hoc derisorie:sicut ⁊ illi/Aue rex iu
deorum. Jo.xviij.Et ꝙ ille titulus nō intelligit̄ de regno
tēporali sed spirituali/patet Esa.ix. Multiplicabit̄ eius
imperiū:⁊ pacis non erit finis.sup soliū Dauid ⁊ super re
gnum eiꝰ sedebit:vt ꝯfirmet illud ⁊ corroboret in iudicio
⁊ iustitia amodo ⁊ vsqꝫ in sempiternū.hec Esa. Nulli aūt
intelligenti dubiū est ꝙ christus dei filius non corrobora
uit nec cōfirmauit sed potius dissipauit regnū temporale
ipsius Dauid.q: vt ipse dixit Mat.xxi.ipsis iudeis. Aufe-
retur a vobis regnū dei:⁊ dabit̄ genti facienti fructus eiꝰ
xxiij.q.vij.c.ij.Unde ad sensum videmus illud regnū post
christi regnū tēporaliter esse dissipatum : sicut sacerdotiū
leuiticū tēporale fuit euacuandū per sacerdotium christi
spirituale ⁊ eternale. Hebre.vij.⁊ ex̄ de cōsti.translato. Jō
Cre.ait in homi.epiphanie.Celi rege nato/rex terre tur-
batus est.q: nimirū terrena altitudo cōfunditur:quū cel-
situdo celestis aperit̄. Item Hiere.xxviij.Ecce dies veni-
unt/dicit dn̄s:⁊ suscitabo Dauid germē iustū:⁊ regnabit
rex:⁊ sapiens erit:⁊ faciet iudiciū ⁊ iustitiam in terra. In
diebus illis saluabit̄ iuda:⁊ israel habitabit confidenter.
⁊ hoc est nomen qd̄ vocabunt eū/dn̄s iustus noster . Hec
verba nō possunt intelligi ad literā de regno iudaico tem
porali:sed de regno spirituali:quoniā christus in ista vita
mortali nō exercuit iudiciū ⁊ iustitiam de rebus tēporali
bus:nec exercuit dn̄ium temporaliū.imo cuidam petenti
Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem/
respōdit.Quis me cōstituit iudicē ac diuisorē super vos?
Luc.xij.Similiter populus iudaicꝰ per christi aduentum
non est saluatꝰ:sed potius destitutꝰ tēporaliter.⁊ plebs is-
raelitica sub christo non habitat cōfidenter tēporaliter:
sed cū timore ⁊ rubore dispersi ⁊ subiecti ⁊ male tractati
⁊ oppressi ⁊ tributarij sunt vbilibet inter gentes.vnde Jo
sephus historiographus iudeorū sup Gen.⁊ Eusebiꝰ epi
scopꝰ cesarien̄.in ecclesiastica historia.li.iij.c.vij.dicit. Pro
pter hoc eñ iudaica gens ꝓ culpa perfidie de regno suo
pulsa est ⁊ dispersa ꝑ terras:vt eius fidei cuiꝰ inimici sunt
vbiqꝫ testes fieri cogerent̄.perdito quippe templo sacrifi
cio ipsoqꝫ regno/in paucis veteribus sacramētis nomen
genusqꝫ custodiūt:vt ꝑmisti gentibus sine discretione dis-
pereāt:⁊ inuiti testimoniū veritatis annūtient:velut Ca-
in Geñ.iiij.de pe.di.j.§.ex ijs.a facie dei fugientes.Et Au
gu.in sermonibus epiphanie. Ideo iudeos nō occidit:et
de terris non penitus ꝑdidit:ne obliuiscerent̄ legis ipsiꝰ
quam ꝓpterea legendo reminiscunt̄/vt filij sumant iudi
cium:⁊ nobis ꝓbeant testimoniū veritatis.Ergo ꝓdicta
verba Hiere.non possunt intelligi de regno christi tempo
rali.Et illa omnia inducta in prima parte pro parte con-
traria quantū ad christum viatorē non videtur ꝙ possint
intelligi de regno terreno ⁊ temporali:sed eterno ⁊ spiri-
tuali.Quod etiā ratione euidenti patet.quoniā velle ha
bere nomen alicuius officij/et nō facere ea q̄ spectant ad
illud officium:est velle habere nomē officij sine re.qd̄ non
est opus facientis:vocari eñ velle regem/et nolle facere
ea q̄ spectant ad opus ⁊ officiū regis:est velle habere no-
men regis sine re.⁊ ꝑ consequens est vsurpare sibi nomen
regis.Sed cōstat ꝙ christus in hac vita non exercuit illa
que spectāt ad officium regis tēporalis:quia officium re
gis tēporalis est ꝓcedere suos milites ad bellū : dare eis
stipendia debita:punire malefactores penis cōgruis:or-
dinare de successione hereditatū. di.viij.quo iure.xxiij.q.
v.regum.et.c.rex.et.c.de liguribus.quorum nullum chri-
stus gessit temporaliter in hac vita:ergo christus nō fuit
rex ⁊ dominus temporalium.aliter habuisset nomen re-
gis vacuum equiuocū nō regendo a quo dicitur rex.xxi.
di.cleros.℣.sacerdos. Item nō habens quantum ad pro-
prietatem ⁊ dominiū tēporale aliquam domū/non habet
quantū ad temporale dominiū regnū seu imperium:quū
temporale dominij regni seu imperij includat temporale
dominij hospitij:sicut totum includit partē.xxxij.q.iiij.me
retrices.Sed christus nō habuit domū aliquam quoad
ꝓprietatem ⁊ dominiū tēporale in hac vita mortali:sicut
ipse dixit Matthei.viij. ⁊ Luc.ix.c.Uulpes foueas habēt
⁊ volucres celi nidos:filius autē hoīs non habet vbi ca-
put suum reclinet.i. hospitium.quod nō est intelligēdum
solum de facto:sed etiam de iure.vnde Matthei.viij.sup
ꝓdicto verbo dicit sic glos.Quid me propter lucrum secu
li vis sequi:quum ita sim pauper/vt nec hospitiolū quod
meum sit habeam?Et Luce.ix.super eodem verbo dicit sic
glos. Quid me ꝓpter diuitias ⁊ seculi lucra cupis sequi:
ego tante sum paupertatis / vt nec hospitiolum quidem
habeam:nec meo vtar tecto.hec glos . Item regnū illius
qui venerat tēporaliter iudicari:non iudicare:nō debuit
esse temporale:sed spirituale et celeste . christus autem in
hac vita mortali nō venit temporaliter iudicare: sicut fa-
ciunt reges tēporales.xxiij.q.v.regum.sed tēporaliter iu-
dicari.sm̄ ꝙ ps̄.l.dicitur.Et vincas quū iudicaris. ⁊ Act.
viij.In humilitate iudicium eius sublatū est.Esa.liij.Itē
qui ꝓdicabat dimittere regnum terrenum pro celesti:nō
debebat retinere regnum terrenum.sed christus hoc pre-
dicabat.Matthei.xix.et Mar.x.⁊ Luce.xviij.ergo nō de-
buit regnum terrenum habere:ne quum aliud ꝙ̄ predica
ret/faceret:eius predicatio vilesceret.ar.xxv.distin.c. vlti-
mo.cum ibi nota.⁊.iij.q.vij.§.idem testatur . Item Joan.
xij. Nunc iudicium est mundi:nunc princeps huius mun-
di eijcietur foras.ergo christus ⁊c. Item Joā.xiiij. Uenit
enim princeps.de peni.distin.ij.si enim.huius mundi:⁊ in
me non habet quicꝙ̄.xxxij.q.ij. pudor.dicit glos . Noluit
dominus habere quod perderet:ne haberet diabolus qd̄
auferret. Item tale fuit regnum christi pro hac vita passi-
bili:quale recōmendauit suis principibus primis aposto
stolis.vnde Luce.xxij.Ego dispono vobis regnum ⁊c.et
hoc fuit rationabile:quia sui principes debuerūt esse par
ticipes sui regni:sicut fuerunt participes euāgelij ⁊ per-
secutionis mundi. Sed christus recōmendauit suis apo-
stolis regnum ecclesie spirituale : et non temporale: quia
illud docuit contemnere. Matthei.xix.Ecce nos reliqui-
mus omnia ⁊c.ergo regnum christi non fuit temporale
sed spirituale.vnde Dani.vij. Hec quatuor bestie magne
quatuor regna sunt que consurgent de terra. Suscipient
autem regnum dei altissimi sancti:⁊ obtinebunt regnum
vsqꝫ in seculum ⁊ in seculum seculorum. vbi Hieronymus
Quatuor regna de quibus supra diximus/fuere terrena
omne enim quod de terra est : vertetur in terram . Gene.
iij. Sancti autem nequaꝙ̄ habebunt terrenum regnum:
sed celeste:cessat ergo mille annorum fabula. Item de re-
gno isto spirituali christi loquitur Apoc.j.Et fecit nos re
gnum ⁊ sacerdotes deo ⁊ patri suo ⁊c.vbi Remigiꝰ. Per
hanc sententiā oēs electi sacerdotes demōstrant̄ q̄ supra
reges fuerāt appellati. quia enim caput dei filius rex est

⁊ sacerdos: cõgruenter ⁊ mẽbra capitis reges ⁊ sacerdotes vocant̃. quibus p̃ Petrũ dicitur prime sue canonice. c. ij. Uos estis gen⁹ electũ regale sacerdotiũ. Ipi em̃ sunt reges: ipi ⁊ sacerdotes ⁊ sacrificiũ ⁊ altare. q: ⁊ tumult⁹ carnalium voluptatum contra se insurgẽtes vt reges refrenant: ⁊ sacrificiũ laudis et mortificationis deo immolant: corpusq̃ suum a presentib⁹ seculi cupiditatibus mortificant: vt hostia viua fiant. Ro. xij. Ipse itaq̃ vnigenit⁹ patris rex ⁊ sacerdos fecit nos suos electos reges et sacerdotes: quos reges terre ꝯstituit: ⁊ ipso opere sacerdotes monstrauit. hec Remigius. ad hec. xl. di. multi. xxi. di. c. j. B. sacerdos. ij. q. j. scelus. xi. q. iij. ita corporis. ex̃ de elec. fundamenta. §. j. ibi. vos estis. ⁊. j. Pe. ij. Item Esa. ix. Factus est principatus sup humerũ eius. super christi aũt humerum factus ei⁹ principatus dicit̃: q: crucem quã pro sui regni salute suscepit/ipse proprio humero baiulando portauit sicut Jo. testatur. xix. c. Et baiulãs sibi crucẽ. Itẽ ex̃ de ex. pre. ninis praua. ibi. In altissima paupertate christo pauperi famulant̃. Sed fratres predicatores ⁊ minores non famularentur christo pauperi in altissima paupertate: si christus retinuisset sibi dñium regni tẽporalis: quum ipsi tale dominiũ abdicauerint: nec ẽm eorũ statum et regulã sint capaces. Item Alexander. iiij. in cõdemnatione libelli contra statũ predicatorũ dicit sic. Quũ insuper idem fratres omnia ꝓpter deũ reliquerint/exilia vite subsidia mẽdicantes: christũq̃ imitentur pauperẽ/perfectionẽ euangelicã amplexando: propter quod euidenter apparet eos non solũ in statu saluandorũ existere: sed etiam perfectorũ per sue religionis obseruantiam: que quidem ipsius euãgelice perfectionis tenet formam in eterne retributionis premio precellentẽ gloriam promereri. hec Alexander. vt recitat dñs papa Jo. xxij. in sua constitutione que incipit Quia quorũdam. Item Nicolaus in decre. Exijt. de ver. signi. li. vj. dicit sic. Dicimus q̃ abdicatio ꝓprietatis oim rerum tam in speciali q̃ in comuni propter deum/meritoria est ⁊ sancta: quam ⁊ christus viã perfectionis ostẽdẽs verbo docuit ⁊ exemplo firmauit. Item regula beati Frãcisci ab ecclesia approbata dicit sic. Regula ⁊ vita fratrũ minorum hec est. scꝫ domini nostri Jesu christi sanctũ euãgelium obseruare: scilicet viuendo in obedientia sine proprio ⁊ in castitate. Et ita ẽm dictam regulam pfectio euãgelica consistit in non habẽdo aliquid ꝓprium. ergo christus qui ẽm predictos Romanos pontifices ⁊ pre regulam fuit forma ⁊ exemplar euangelice perfectionis: non habuit ꝓprietatem ⁊ dñium rerum temporaliũ nec dñiũ regni mundani: q: vt ait Hieronymus ad Eustochiũ: Nõ potuit dñs habere quod ꝓhibuerat in seruis: q: vere pauperrimũ ⁊ abiectum se prebuit. hinc ps̃. cxiij. Celũ celi domino: terram autẽ dedit filijs hominũ. Nec obstat illud Mat. vltimo de christo. Data est mihi ois potestas in celo ⁊ in terra. quoniã illud dictum est post resurrectionem de christo ẽm diuinitatẽ ostensiue et notificatiue. ẽm humanitatem autẽ dictum est de christo post resurrectionẽ effectiue ⁊ cõmissiue: ⁊ nõ ante resurrectionẽ actu cõpletiue Unde super illud Apoca. xviij. Uidi alium angelũ descẽdentem de celo habentẽ potestatem magnã/dicit sic Remigius. Hec potestas ad vtrãq̃ eius naturã potest referri: ad diuinã scilicet et humanam. fuit enim hec potestas in ipso per diuinitatẽ sine tẽpore ante omnia secula. quia sicut cum patre ⁊ spiritusancto cuncta creauerat: ita cum patre ⁊ spiritusancto omnia possidebat. Hec etiam potestas data est ei in tẽpore: quando post triduũ resurrectionis data est ei potestas in celo ⁊ in terra: vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium ⁊ infernorũ Phil. ij. De hac ẽm ipse surgens a mortuis dicit. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. De illa vero quam ante tempus habet cum patre/Daniel dicit Danielis. vij. Potestas eius potestas eterna. hec Remigius. Ex quib⁹ patet r̃nsio ad authoritates in oppositũ adductas. nam authoritates noui ⁊ veteris testamenti loquentes de regno christi quãtũ ad humanitatẽ assumpte mortalitatis pro statu psentis vite/nõ sunt accipiẽde de regno christi tẽporali: sed spũali ⁊ celesti. vt ex premissis patet. Qd vero legitur Jo. xiij. Uos vocatis me magister et dñe. ibi q̃ dicit dñe/referendũ est ad christi diuinitatem. vnde sup illo verbo Jo. xiij. Si ergo ego laui pedes vestros dñs ⁊ magister. glos. dicit. Dñs/q: deus. magister/q: veritas. Similiter super illud Matth. xxi. Dicite q: dñs ijs opus habet glos. Dñs simpliciter oim rerum: cui seruire debet creatura. hec glos. Et sup illud Luc. xix. Quia dñs ea desiderat/dicit glos. Quũ dñs dicit̃/vn⁹ agnoscitur. nam etsi multi dij ⁊ multi dñi: generaliter tñ vn⁹ deus ⁊ vn⁹ dñs. j. Cor. viij. Et ita ẽm glos. talia ⁊ similia sunt intelligẽda ẽm diuinitatem que omnia cõtinet. Qd vero Petrus dixit Act. ij. Certissime sciat ois domus israel: q: ⁊ dñm eum ⁊ christum fecit de⁹ hunc iesum quẽ vos crucifixistis. quantum ad christi humanitatem attinet vltimate ⁊ cõplete intelligendum est pro tẽpore post resurrectionẽ quo dixit. Data est mihi ois potestas. vt. s. proxime dixi. Ante resurrectionem vero fact⁹ dici potuit: q: immobiliter determinatũ erat vt fieret. licet etiã ante resurrectionẽ rex spũalis regni/vt dictũ est/fuerit. qd ⁊ ipa verba Petri satis sonant aperte vnde et Rabanus ibi. Manifeste Petrus ex hoc ps. cix. Dixit dñs dño meo. regnũ christi non terrenũ/sed celeste ostendit esse. i. non de terrenis: sed de celestib⁹: ⁊ a celo. Illud vero Apo. xix. Rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ/dupliciter potest intelligi ad propositũ pro hac parte. Uno modo q̃ verbum dei patris qd oia regit et cõtinet: ab instanti sue cõceptionis fuit scriptũ digito dei viui in vestimento humanitatis christi: ⁊ nõ solũ in aia/sed etiam in ipsa carne mortali ex patribus generata: q̃ per femur designat̃. vñ Gen. xxiiij. dixit Abraam seruo suo. Pone manũ tuã subtus femur meũ vt adiurẽ te per dñm celi ⁊ terre. quasi dicat per illũ q̃ nasciturus est ex me ẽm carnẽ. Mat. i. ibi. filij Abraam. ⁊ Gala. iij. Abrae dicte sunt ꝓmissiones. ⁊. j. Semini tuo q̃ est christus. q: qui de virgine nasci dignat⁹ est non solũ hõ sed etiam dei verbũ/cõparatũ est. Alio mõ q̃ vniuersalis potestas christi ẽm q̃ hõ/post resurrectionẽ sibi merito passionis collata sit scripta in vestimento ⁊ in femore: pro quanto mortẽ qua sibi hanc potestatẽ acquisiuit/in carne mortali sustinuit: ⁊ eam patri ostẽdit. atq̃ in obedientia quã deo patri ab instãti cõceptionis exhibuit per quã vniuersalẽ potestatẽ accepit in nostra humanitate fragili ex patrib⁹ assumpta: q̃uis non ab instanti cõceptionis eam vt hõ actu acceperit: licet etiã ab instanti cõceptionis ea dign⁹ fuerit. sed nobis in exẽplũ pfectionis datus/ipsam ad tẽpus vite psentis suspẽdit. sic em̃ assumpsit paupertatẽ ꝓpter nos: sicut assumpsit mortalitatem pro nobis. quẽ sensum ipse ordo verborũ demonstrat: vbi sic dicit̃. Et vestit⁹ erat veste aspersa sanguine: et vocabit̃ nomen eius verbum dei. Et sequitur parum post. Et ipse calcauit torcular vini furoris ire omnipotentis dei. et habet in vestimento ⁊ femore suo scriptum. Rex regum ⁊ dominus dominantiũ. ¶ De duob⁹ gladijs de quibus Luc. xxij. potest dici q̃ per duos gladios significari potest duplex potestas Petri: scilicet potestas spiritualiter occidẽdi: et potestas spiritualiter viuificandi. quomodo. ij. Regum. viij. legit̃ q̃ Dauid mensus est duos funiculos: vnũ funiculũ ad occidendũ: ⁊ aliũ funiculũ ad viuificandum ⁊ significabat duplicẽ potestatem pontificis: scilicet potestatem ligandi ⁊ soluendi. xxiiij. q. j. qdcũq̃. que est duplex clauis. xx. di. §. j. que eadem potestas licet differat ratione non tamẽ differt iurisdictione. Uel etiam per duos gladios intelligit̃ ptãs spiritualis põtificis infligẽdi: ꝓ delicto duplicem penã quã expedit ⁊ spũalem ⁊ tẽporalẽ. q: ecclesie pontifex potest ratione delicti infligere reo duplicem penam/spirituale vel tẽporalẽ. xxiiij. q. j. q̃ cõtra. xxij. q. v. pceptum. ex̃ de homi. ꝓ humani. li. vj. ⁊ de penis. felicis. li. vj. ⁊ de sentẽ. ex. dilecto. li. vj. licet etiam per duos gladios duas potestates temporalẽ ⁊ spiritualẽ aliqui autument

Quid p duos petri gladios intelligendum.

vt de hoc satis dixi in prima parte istius operis parū post prin. in. §. xiij. in ar. xiij. Sed licet Petr⁹ dixerit/ Ecce duo gladij/ tamen Petrus nō legitur habuisse nec portasse nisi tm̄ vnum illorum duorum gladiorum: sed alium gladiū non legitur Petrū portasse: nec eo vsum fuisse. ex quo datur intelligi q̄ vnus illorū scilicet potestas spiritualis pertinebat directe ⁊ immediate ad Petrum ⁊ eius successores reliquus vero gladius scilicet potestas tp̄oralis seu imperialis pertinebat ad Petrū ⁊ eius successores tm̄ mediante ratione corporis ecclesie sibi cōmisse: que in collegio apostolorū et discipulorum representabatur. ideo Petr⁹ dixit/ Ecce duo gladij hic/ scilicet in ecclesia militāti. ⁊ nō dixit habeo vel habemus duos gladios. sed dixit hic/ dās intelligere q̄ hic scilicet in ecclesia militanti est duplex potestas per duplicē gladiū significata: scilicet potestas spiritualis seu pontificialis/ ⁊ potestas tēporalis seu imperialis. xcvj. di. duo. ⁊ c. cum ad verum. et. x. di. quoniā. ideo vnum illorū gladiorum legitur Petrus portasse ⁊ habuisse immediate: ac ipso vsum fuisse: alio vero non legit̄ vsum fuisse. Quāuis etiam per duos gladios vtriusq̄ testamēti authoritas congrue possit intelligi ẜm Ambro. Vel etiā per duos gladios possit intelligi gladius spiritualis sciētie ⁊ veritatis: ⁊ gladius potentie seu potestatis: qui pertinent ad pontificē. quia pastor ecclesie secat ac necat vitia ⁊ peccata gladio veritatis per predicationem ⁊ informationem. Heb. iiij. Viuus est sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oī gladio ancipiti. ⁊. ij. Macha. xv. Accipe gladium sanctū munus a deo: in quo deijcies aduersarios populi mei. i. mala opera et voluptates. ⁊ ar. ad hoc. ij. q. vij. oues. ibi/ oris gladio. ⁊ gladio potestatis per correctionē ⁊ debitam punitionē. facit ex̄ de priuil. ex ore. xxiiij. q. iij. paternarū. ibi. anathematis gladio. Adde hic qđ scripsi s. in prima parte in. §. xiij. in ar. xiij. ⁊ in. §. restat. v. ad illud quod obijcit̄ scđo de gladio in ar. lix. Ex quibus etiā patet q̄ illud qđ dicit apostolus. j. ad Corin. vj. An nescitis quoniam angelos iudicabim⁹: quanto magis negotia secularia: qđ est intelligendum quantū ad apostolos attinet/ de potestate iudicandi rerū secularium mediata/ ⁊ non immediata: ⁊ authoritate iudicandi quantū ad dignitatem honoris ⁊ meriti: ⁊ nō quātū ad opportunitatē laboris ⁊ officij. ideo subdit ibi apl's. Secularia igit̄ si habueritis: cōtemptibiles qui sunt in ecclesia/ illos cōstituite ad iudicandum. xj. q. j. §. ex ijs. nisi in causa pia pauperū ⁊ pupillorum ac viduarum. lxxxvij. dist. per totum. xxiiij. q. iij. illi q̄. ex̄ de fo. cō. ex parte. ⁊ in casibus specialibus q̄ no. ex̄ de fo. com. licet. glos. ij. ⁊ vide qđ no. e. t. ex tenore. glos. ij. Item dicitur in pre. decre. Exijt. q̄ ipse christus abdicationem pprietatꝫ omniū rerum verbo docuit: ⁊ exemplo firmauit. quod nō esset verum: si in vestimentis ⁊ alimentis ⁊ alijs in speciali pprium dn̄ium habuisset. Item christus nō fuit magis proprietarius in speciali: q̄ fuerit quilibet de prima multitudine credētium. patet q: perfectio prime multitudinis credentium fuit deriuata ⁊ exemplata mediantibus apostolis ab ipso christo sicut a capite. vnde Hieronym⁹. Non potuit dominus habere quod prohibuerat in seruis. sed in prima multitudine credentiū nullus in speciali habuit proprietatem et dominiū alicuius rei. xij. q. j. c. ij. ergo nec christus. Item christus in speciali non fuit magis proprietarius: q̄ fuit quilibet apostolorꝫ. quum perfectio apostolica fuerit imago ⁊ vestigiū perfectionis christi. sed null⁹ apostolorū habuit in speciali pprietatem ⁊ dominium. vt pre. c. ij. xij. q. j. ergo nec christus. Item q̄ loculi nō fuerint proprij christi nec apostolorum quoad pprietatem/ videt̄ ex hoc quoniā que dabantur christo pro pauperibus: non erant propria christi nec apostolorum. Sed illa que dabātur christo pro pauperibus/ ponebantur in loculis: ergo loculi illi non fuerūt pprij christi nec apostolorum quoad pprietatem. Maior ppositio est clara et nota per se. minor vero propositio patet per illud quod scribitur Jo. xij Quare hoc vnguentum nō venijt trecentis denarijs: et datum est egenis: Dixit autem hoc Judas nō quia ad eū pertinebat de egenis: sed quia fur erat: ⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. hec euangelista. Et non solum Judas hoc dixit: sed etiam alij discipuli a Juda excitati hoc idem videntur dixisse. vt patet Matthei. xxvj. et Mar. xiiij. Sed discipuli hoc nō dixissent: nisi ea que mittebantur pro pauperibus/ ponerent̄ in loculis. nec etiam Judas potuisset furari de loculis res pro pauperib⁹ missas: nisi res pro pauperibus misse in loculis fuissent posite. ergo res que mittebantur pro pauperibus/ ponebant̄ in loculis. que fuit ppositio. vnde glos. ibi. Cui angeli ministrabant: loculos habebat in sumptus pauperum/ condescendens infirmis. Item oblata ⁊ custodita a christo p seipso apostolis ⁊ alijs pauperibus/ non erant ppria ei⁹ nec apostolorum. sed ea que ponebantur in loculis erant oblata ⁊ custodita non solum pro christo ⁊ apostolis/ sed etiam pro alijs pauperibus: ergo loculi illi nō fuerunt proprij christi nec apostolorū quoad dominiū. Minor ppositio patet. tum ex eo qđ ipse christ⁹ dixit Jo. xij. Pauperes semper habebitis vobiscum: et quū volueritis poteritis illis benefacere. In quib⁹ verbis christus supponit aperte q̄ oblata ⁊ custodita a christo ⁊ apostolis/ erant oblata ⁊ conseruata nō solum pro seipsis sed etiam pro pauperibus alijs. Tum etiam ex eo qđ scribitur Jo. xiij. sic. Quidam enim putabāt q: loculos habebat Judas q̄ dixisset ei iesus: eme ea que opus sunt nobis ad diem festum: aut vt egenis aliquid daret. sed discipuli non putassent q̄ iesus pptera dixisset Jude/ eme ea q̄ opus sunt nobis ad diem festum: aut vt egenis aliquid daret: q: loculos habebat Judas: nisi q: conseruata in eis erant non solum pro christo ⁊ apostolis: sed etiā pro alijs pauperib⁹. ergo illa q̄ ferebant̄ pro cōmuni necessitate christi ⁊ apostolorum et pauperum nō fuerunt ppria collegij christi ⁊ apostolorū. Et hoc clare patet. xij. q. j. habebat. ibi. Et suorū necessitatibus alijsq̄ indigentibus tribuebat. vn̄ signanter euāgelista nunq̄ facit mentionē de loculis/ nisi faciendo mētionem de egenis: q: ⁊ ad eorū subleuandam inopiam ferebantur. vnde sup predictis verbis Jo. xiij. dicit glos. Quia loculos in quibus oblata seruabant̄: suorꝫ necessitatibus ⁊ alijs indigentibus profutura seruabat. in quo forma ecclesie datur seruādi necessaria. Et q̄ iubetur nō cogitare de crastino est ne pro terrenis seruiat: vel timore inopie iustitiam deserat. hec glos. Idē dicitur in pre. c. habebat. Itē Jo. Chrysostomus sup eisdem verbis euangeliste Joan. xiij. dicit. Et nimirum nullus discipulorum pecunias deferebat: sed per hoc quod hic dicit/ occulte insinuat q̄ quedam mulieres cuꝫ de suis facultatibus nutriebant. Qui autē nō virgā non peram nō es iubet deferre: loculos deferebat ad inopum ministerium. vt discas quoniam valde pauperem ⁊ mundo crucifixum huius oportet partis multam facere procurationem. multa enim ad nostram doctrinam dispensans agebat. Item Hieronymus super illud Matthei. xvij. Vade ad mare: ⁊ primum piscem ⁊c. dicit sic. Christus propter eximiam charitatem ⁊ crucem sustinuit: et tributa reddidit: nos infelices q̄ christi censemur nomine: ⁊ nihil tanta dignum facimus maiestate: p illius honore nec tributa reddim⁹: ⁊ quasi filij regis a vectigalibus immunes sumus. hoc idem simpliciter intellectum edificat auditorem: dum audit dominum fuisse tante paupertatis/ vt vnde tributa pro se ⁊ apostolo solueret non haberet. Nā si quis obijcere voluerit quomodo Judas in loculis portabat pecuniam. Respondebimus: res pauperum in vsus suos cōuertere nefas putauit: nobisq̄ idem tribuit exemplum. hec Hieronymus. vbi etiaꝫ glos. or. dicit sic. Sed simpliciter intellectum edificat: dum dominus tante fuerit paupertatis/ vt vnde daret tributa nō haberet. Judas tm̄ habebat cōmunia in loculis: sꝫ res pauperū in vsus suos ɔuertere nefas duxit: illud ipm̄ dans exemplū nobis. hec glos. Iteꝫ glos. dicit ibidem. Si ille censum soluit qui nihil possidebat: tu q̄ lucrū seculi sequeris

cur seculi negotium nō agnoscis: hec glos. Ex quib⁹ oib⁹
patet christū nō habuisse dn̄iū i loculis. Adde hic de istis
loculis qđ scripsi. s. in. §. hoc aūt preceptū christi fuit ergo
vna causa. in ar. lxv. Qz vero obijcit de vestimentis et cal-
ciamentis christi/ ꝙ ideo fuerunt christi quoad dn̄ium ꝓ-
prietatis: q: leguntur in scriptura eius fuisse: dicendū ꝙ si
ideo vestimenta ⁊ calciamenta fuerunt eius quoad pro-
prietatē q: legunt in scriptura fuisse eius: eadē ratione ve-
stimenta angeli fuissent angeli quoad ꝓprietatē: q: in scri-
ptura sacra legunt fuisse eius. vnde Marci vltimo. Et ve-
stimenta eius sicut nix. Et stella que apparuit magis/ fu-
isset christi quoad ꝓprietatem: q: legit fuisse eius. Mat.
ij. Vidimus stellā eius. Et crux fuisset eius quoad ꝓprie-
tatem: q: legitur Joā. xix. Stabant autē iuxta crucē eius.
Et vincula quibus alligatus erat Paulus/ fuissent eius
quia legit Colos. vltimo. Memores estote vinculoꝝ meo-
rum. Et. ij. Timo. j. c. Et catenā meam non erubuit. q̄ oia
sunt friuola ⁊ ridicula. Adde hic qđ scripsi. s. e. §. Item ꝙ
simplex. R. qđ potest obijci de Jacobo in ar. lvj. R. ꝙ potest
iterum obijci. ⁊. R. Qz etiā euidenter. Ideo dicendum ad
oia talia ꝙ sicut crux christi dicitur fuisse christi quantum
ad officium passionis ⁊ redemptionis. Et stella dicit fuis-
se eius inquantū homo/ quātum ad ministerium operis
significationis. Et vestimēta dicuntur fuisse angeli quo-
ad officium apparitionis ⁊ denūtiationis: Ita vestimen-
ta ⁊ calciamenta dicuntur fuisse christi quoad officiū de-
putationis ⁊ vsum accōmodationis: nō quoad dominiū
appropriationis. Excepto ꝙ de calciamētis intelligendū
est de sandalijs. vt patet Mar. vj. Similiter loculi dicunt
fuisse christi quoad officiū gubernationis vel administra-
tionis ⁊ dispensationis: et nō quoad dn̄iū appropriatio-
nis. Similiter panis quem comedit Judas dicitur fuisse
christi sm ꝙ homo/ quantū ad participium ⁊ quantū ad
officium retributionis ⁊ dispēsationis: q: christus tribue-
bat apud deum suis meritis ⁊ intercessione omnib⁹ bene
factorib⁹ nō solū pro se sed etiam spiritualiter pro omnib⁹
discipulis: non ꝙ ille panis esset christi hois quoad domi-
niū tēporalis appropriationis: q: christ⁹ vt ait Hierony-
mus/ alieno cibo vtebatur vel vescebat. Sic vestimenta
⁊ calciamenta ⁊ libri in quibus student et supellectilia q̄-
bus vtunt/ dicunt religiosoꝝ: q: eis vtuntur: vel q: ad offi-
cium eorū spectat talia distribuere: non q: habeant ꝓprie-
tatem quā habere nō possunt: vt patet in ijs que legūtur
⁊ no. xij. q. j. c. ij. ⁊. c. nō dicatis. xvj. q. j. alia causa. Panis au-
tem ⁊ vinū de quib⁹ christ⁹ consecrauit in die cene/ fuerūt
absoluta a lege tēporalis ⁊ humani dominij: ⁊ fuerūt ef-
fecta iuris diuini ⁊ spiritualis dn̄ij: vt superius est ꝓbatū
⁊ facit. xij. q. ij. nulli. ⁊. xiiij. q. ij. q̄ semel est. Item de expro-
priatione christi. Bern̄. in epl'a cōsolatoria loquēs de chri-
sto ait. Ipsi nimirū vtpote qui peccare non potuit/ ⁊ vni-
uersorū dn̄s erat: quum mūdi huius delicijs libere ⁊ iuste
vti potuisset: voluntariā tn̄ paupertatē tam diligēter am-
plexus est: vt nec haberet vbi caput suū reclinaret. Mat.
viij. ⁊ Luc. ix. In cui⁹ paupertatis executione tantā patri
exhibuit reuerentiā: vt non solū delicias sed etiā seipsum
abnegaret petens in oibus non suā sed patris fieri volun-
tatem. Luc. xxij. de con. di. ij. in christo. Qui ergo hoiem er-
rantē in solitudine ⁊ in inaquoso venerat reducere in vi-
am rectam: vt iret in ciuitatē habitatiōis. ps̄. cvj. salubrio-
rem ⁊ securiorē viam redeundi nobis exēplo sue cōuersa-
tionis ostendit: nihil ꝓpriū in mūdo possidens: patri obe-
diens vsq; ad mortē. Phil. ij. hucusq; Bern̄. Per istā au-
thoritatē Bern̄. videt patere solutio primaꝝ allegationū
⁊ opinionis ⁊ secundarū. vt videlicet christ⁹ non solū in-
quantū deus/ sed etiā inquantū homo vbo vnit⁹/ habue-
rit dn̄ium generale in regnis et rebus tēporalibus: sicut
quilibet rex habet in regno suo. ⁊ sic intelligunt prime al-
legationes. Dn̄ium vero particulare in regno aliquo aut
in rebus quibus vtebat nō habuit postq̄ ꝑdicauit ⁊ cōsi-
lia de paupertate dedit: ⁊ sic intelligant secūde. Facit pro
hac solutione di. viij. quo iure. Et hic iungendū est qđ no-
taui de ista materia. s. in prima parte isti⁹ operis in ar. xiij
in. §. tertiusdecim⁹. ⁊ in. §. ad illa. in ar. xxxvij. Et hoc dico
salua veritate per ecclesiā declarata vel declaranda.

¶ Articulus. lviij.

Onsequēter oppo-
nitur ꝙ apostoli ꝓprium habuerūt: et dn̄iū
in rebus quibus vtebantur: nec apparet ꝙ
renuntiauerūt oibus rebus. q: legit Mar.
j. ⁊. Mat. viij. ⁊ Luc. iiij. ꝙ iesus egrediēs de synagoga ve-
nit in domū Simonis ⁊ Andree. ⁊ Luc. v. ⁊ Mat. ix. legit
ꝙ Matthe⁹ al's leui/ postq̄ relictis oibus secut⁹ est christum
vocantē: fecit ei magnū cōuiuium in domo sua. Itē
de discipulis legit etiam ꝙ ꝓprium habebant. vn̄ Mat.
xxvj. legitur de Joseph ab arimathia ꝙ erat diues homo
⁊ discipul⁹ iesu. Itē de Simone leproso discipulo christi le-
gitur Matthei. xxvj ꝙ Jesus in Bethania erat in domo
eius. Itē Lazarus Martha ⁊ Maria qui erāt discipuli
eius: erāt multa bona habētes. vnde legit de eis Jo. xj. ꝙ
castrū dictū Bethania/ erat Marie magdalene ⁊ Mar-
the. ⁊ ꝙ in Bethania fecerunt ei cenaꝫ magnā. Jo. xij. De
Tabita discipula ⁊ ꝙ multas eleemosynas faciebat legit
Act. ix. Et vita apostoloꝝ ⁊ discipulorū eadem videtur fu-
isse. vt patet. xij. q. j. c. ij. ibi. Qui vitā apostolorū eorūq; di-
scipulorum ⁊c. Itē apl'i habuerunt panes ⁊ pisces. Mat.
vj. Luc. ix. Et de denarijs ibi dicit Matthe⁹. Euntes ema-
mus denarijs. cc. panes: ⁊ dabimus eis manducare. et in
Luca. ibi. Eamus ⁊ emam⁹ in oēm turbam escas. Itē Jo.
iiij. ibi. Discipuli eius abierūt in ciuitatē: vt cibos emerēt.
Et Luc. xxij. Qui habet sacculū tollat: similiter ⁊ peram:
⁊ q̄ non habet vendat tunicam suam ⁊ emat gladium. et
sequit ibi. Ecce duo gladij hic. ⁊ Jo. xviij. Simō Petrus
habens gladiū ⁊c. Et sequit. Mitte gladium tuū in va-
ginam. Item saltē quin in cōmuni ꝓprium habuerint ne-
gari nō potest. q: apostoli inter credentes etiam cōputan-
di sunt sicut precipui: sed credētes primi oia habebāt cō-
munia: ergo ⁊ apostoli. Act. iiij. xij. q. j. c. ij. Immo videtur
Lucas innuere ꝙ ante ecclesiam credentiū apostoli habe-
bant ꝓprium: ex quo illud cōmunicauerunt. Itē quantū
ad ecclesiam ex gētibus nō videtur ꝙ ipsi sibi cōmunica-
uerunt ꝓprium: imo videtur ꝙ ipsi sibi retinuerunt pro-
prium vt ꝓbatur de Corinthis. j. ad Corin. c. fi. in prin. vbi
sic dicitur. de collectis ⁊c. ⁊. j. Vnusquisq; vestrū apud se
reponat recondens qđ placuerit sibi. Itē ad Phil. iiij. ibi
In ratione dati ⁊ accepti nulla mihi cōmunicauit ecclesia
nisi vos soli. ⁊ seq̄tur. Repletus sum acceptis ⁊c. Itē Act.
xj. ibi. Discipuli prout vnusquisq; habebat/ ꝓposuerūt sin-
guli in ministerium mittere ⁊c. Et hoc est qđ Augu. iij. de
doc. christia. dicit expresse sic dicens. Tam capaces extite-
runt spūssancti qui primo ex iudeis crediderunt/ ex quib⁹
facta est prima ecclesia Hierosolymitana: vt ⁊ oia sua ven-
derent: eorum preciū indigentibus distribuendum ante
pedes apostolorum ponerēt: seq; totos etiā dicarent deo
tamq̄ templū nouū in orationib⁹/ in fractione panis spi-
ritualis ⁊ corporalis: qui prius veteri templo seruiebant
quod nullas ecclesias gentium fecisse scriptum est: quia
non tam prope erant: quia simulacra manifesta deos ha-
bebant. Ex quo intelligimus magnam vtilitatem fuisse
iudeos sub lege tamq̄ sub pedagogo custoditos vt signa
que temporaliter eis carnaliter seruientibus erant posi-
ta/ vnius dei cultum qui fecit celum ⁊ terraꝫ: opinionem
obseruantium religarent. hec Augustinus.

Sed contra hoc dicendum videtur potius/
ꝙ apostoli post vocationem ad apostolatum
non habuerunt propriū nec in speciali nec in
cōmuni. Vnde circa hoc ⁊ contra predicta Discipu-
proxime allegata/ sciendum est ꝙ ordo disci- loꝝ chri-
puloꝝ christi fuit triplex. Nā quidā fuerunt dicti discipuli sti triplex
christi generaliter cōmuni noie discipulatus: sicut omnes ordo.

loco quidam eorum, sed in locis diuersis scrinia et arma-
ria tenent. Contra quos omnes predictos Io. cassi. in. iiij.
lib. de institutis renuntiantium ait de illis sanctis mona-
chis egyptiis inter quos nullum peculiare opus a quoꝙ
penitus affectatur. Quumq; totaʒ enthecam cenobii suā
credat esse substantiam: ad retinendam nihilominus ar-
repte nuditatis virtutem quam studet ad finem perfecte
inuiolabiliter custodire: ita semetipm quisq; a cunctis ex-
traneum ⁊ ex omnibus iudicat alienum: vt tamꝙ peregri
num se gerat: alūnūq; se potius monasterii reputet ac mi
nistrum, ꝙ dominiū cuiusꝙ rei presumat. Ad hec nos mi-
serabiles quid dicemus? qui in cenobiis commorātes, ac
sub abbatis cura et solicitudine constituti peculiares cir-
cumferimus claues: omniq; professionis nostre verecun-
dia et confusione calcata, etiam annulos quibus recondi
ta presignemus in digitis gestare palam non pudet: qui-
bus non solum cistelle vel sporte, sed nec arce quidem vel
armaria ad ea que cōgerimus vel que egressi de seculo re
seruauimus condenda sufficiunt. Quiq; ita nōnunꝙ pro
vilissimis nullisq; rebus in iram accendimur: eas dumta-
xat velut proprias vendicantes: vt si quis vel digito quic
quid ex iis contrectare presumpserit: tanta cōtra eum ira-
cundia inardescamus: vt commotionem cordis nostri ne
a labiis quidem ac tota corporis indignatione reuocare
possimus. hucusq; Ioā. ¶ Contra quemdam sic peculia-
ria possidētem ait sanctus Basilius. Et senatorem inquit
Synderi perdidisti: et monachum nō fecisti. vt narrat ibi-
dem Io. cassi. Sed contra hoc dicunt multi ex talibus re-
gularibus repefacti ꝙ talia omnia etiam superflua tenēt
de suorum licentia prelatorum. Ad quos respōdeo ꝙ pre
lati simplicium et claustralium regularium administratio
nes non habentium non possunt cum talibus ꝙ habeant
et vtantur superfluis dispensare: quia istud non est dispē-
sare vel rectam licentiam dare, sed dissipare: quia dispen-
satio est discreta pensatio necessitate vel vtilitate suaden-
te. j. q. vij. §. vbi rigor. vbi de hoc. cum. c. sequentibus. Quū
enim quilibet religiosus victu et vestitu debeat esse contē
tus. j. Timo. vj. vt superius est ꝓbatū. xij. q. j. clericus. c. epi
scopus. c. habebat. quomodo cōtra iura et eorum regulas
potest cum talibus in tali auaritia dispēsari? nam vbi pec-
catum implicatur: licentia vel dispensatio nō habet locū.
arg. dist. viij. que contra. et. xiiij. dist. §. j. cum. c. seq. et de iu-
reiuran. etsi christus. §. quedam. Vnus enim in congrega
tione debet esse prelatus: et ille cui cōmittitur qui bona mo
nasterii aut illius religionis debet dispensare prout vnu-
cuiq; opus fuerit. vt. xij. q. j. c. ij. c. quia tua. c. scimus. xviij. q.
ij. nullam. et. c. abbates. Et ꝙ in hoc prelati dispensare nō
possunt cum suis religiosis subditis super peculio haben
do vel proprietate, expressum est in concilio Lateranensi
ex̄ de sta. mona. c. ij. §. qui vero. et. c. cum ad monasteriū. §.
fina. et maxime in pecunia ad libitum monachi expenden
da: nunꝙ salutifera esset dispensatio: quia in pecunia ma-
gis inest quedā species proprietatis ꝙ in aliis rebus. Vn
de magis denominatur peculium de pecunia ꝙ de aliis
rebus: quamꝙ nomen pecunie quicquid habēt homines
comprehendat. j. q. iij. totum. et argu. ad hoc ex̄ de pigno.
c. vlti. lxxxviij. dist. eiiciens. palea est. Vnde quamꝙ possit
prelatus dicere suo subdito religioso, De pecunia tibi da-

ta vel quam tibi de monasterio do vade eme tibi habitum vel tunicam/vel calciamēta/vel alia necessaria sicut in presenti indigeret: non tamē poterit ei dicere/ Concedo tibi tot florenos vel tantam pecuniam vt expendas sicut tibi placuerit: vel vt dones eam cuivis: quia hoc est proprie in proprio dispensare: quia illa pecunia que vsu consumitur donataria efficitur: quod esse non potest. vt preallē.c. de pigno.c.vlti. et prealle.c. de sta.mo.c.ij. et.c. cum ad monasterium. Nec potest abbas a se excutere iugū dispensationis rerum monasterij que sibi competit de iure: vt alius eius subditus sit suijpsius et dispensator: nisi esset cellerarius vel alia persona communis que loco abbatis communia dispensaret: quia hoc non esset viuere in cōmuni sicut habent viuere religiosi. vt in preallē.c. dilectissimis.xij.q.j. vbi dicit. Et dabatur vnicuiqꝫ prout opus erat.q.d. a preposito vel abbate. tunc a.vij. diaconibus ad hoc electis. Actu.vj. sed seculariter viuere. vt hec sunt expressa.xij.q.j. non dicatis. ¶ Unde pessima cōsuetudo quorūdam monachorum est et aliorum mendicantium et proprietatis nutritiua/ꝙ quādo debent indui: dantur eis certe pecunie a prelatis: vel tenentur eis dare certam pecunie quantitatem annuatim pro indumentis et calciamētis et alijs necessarijs: quam postmodū expendunt et dant et reponunt pro libito voluntatis: et efficiuntur proprietarij. Unde deberēt eis dari et alia necessaria ꝫm indigentiā vniuscuiusqꝫ: non pecunia. vt prealle.c. dilectissimis. Nec religiosus debet recipere quasi pro sua prebēda determinata tunicam vel vestem non necessariam: quia tunc superfluū recipiendo quasi furtum videtur committere. vt superius est probatum. nec talis communiter viueret. vt est expressum.xij.q.j. quia tua. et.§. de rebus vero ecclesie. qui.§. si loquitur de religiosis: ad literam debet intelligi. si de clericis secularibus qui non sunt adstricti viuere in cōmuni: habet locum sequens.§. Gratiani. si ergo res ecclesie. quia habenti dare esset perdere.j.q.ij. pastor. quod.c. cum precedentibus.c. multum facit contra religiosos pannis multis et rebus superfluis suffarcinatos: quia nihilominus vestimenta non necessaria vel pecunias recipiunt quolibet anno a communitate: quia sacrilegium et grande peccatum committunt suum alijs profuturum communitatibus et ecclesijs auferentes: et homicide reputantur.xij.q.ij. predia. et c. qui abstulerit. ⁊.xiij.q.ij. qui oblatiōes.j. ⁊.ij. in fi. ibi. Ecclesiam vero fraudare sacrilegiū est. Et si.c. pastor. preallē. cū alijs preceō. loquatur in clericis secularibus: multo potius in religiosis/qui strictius debent viuere/habet locū. Et eadem est ratio in vtrisqꝫ: ergo idē ius. ex̄ de confir. vti. cum dilecta. Si autem in predictis non possunt dispensare prelati cum suis subditis religiosis: multo minus ꝙ habeant specialiter reditus vel prouentus/ vel vsufructum in aliqua terra vinea/vel domo/vel sylua: quia omnia talia monasterio cedunt post professionem.xix.q.ii. perlatū. et no.xxvij.q.j. de viduis et puellis. in glos. de pba.c. in presentia. potest ergo. in additione Bar. que incipit/ Credo. et plenius.xix.q. vlti. in.l. si qua mulier. in glos. ꝙ si habēt. in fi. ibi. quid si ingrediens. ¶ Dispēsare etiam in hoc vel licentiam dare/esset eis licentiam dare ꝙ non viuerent in communi: quod facere non possunt. saluis ijs que leguntur et no. ex̄ qui cleri. vel vo.c. vlti. in glos. ergo non erat. ⁊ preallē.c. de viduis. Si in predictis prelati dispensare non possunt cū suis subditis: quid dicemus de pseudo religiosis qui faciūt cum rusticis laboratoribus societates bestiarum: que vocantur Socheta in vulgari: qui etiam dāt pecunias suas mercatoribus ad partem lucri: qui etiam faciunt massaritias suas ad partem et lucra sua nefanda: et licet sub vno tecto viuant cum alijs: non tamen communiter viuunt in refectorio: et vix in choro: nec in labore manuum/ sed per se vel cum vno socio/ vel vna monacha cū alia sua socia non cum communitate ducunt communiter vitam suam? Dico ꝙ tales coram deo et coram ecclesia cū tota de facto tolerantia superiorū fractores sui voti sunt.

et in proprio vere viuūt: et toti mortui sunt: quia hypocrite sunt: et melius fuisset eis in seculo cum rebus proprijs/ ꝙ in ordine remansisse: quia malum est cadere a proposito: sed peius est simulare propositum. Si nō seruat foris sanctitatem: dimidius cecidit. si intus habuit simulationem: totus cecidit.xij.q.j. certe ego. et.c. scimus. Melius est habere claudos: id est non professos seculares/ꝙ plāgere mortuos. Quicūqꝫ enim hypocrita est: mortuus est.xij.q.j. nolo. super quo verbo mortuos dicit ibi glos. id est qui renuntiauerunt proprijs: et tamen volūt habere proprium. Preter id autem quod dictum est de pecunia possunt subditi religiosi de licentia superiorum suorum tenere libros et res alias necessarias ad vsum suum. vt no.xij.q.j. non dicatis. in glos. nunquid. sed non superfluas: vt superius est probatū. ¶ Quicquid superiores cōtra predicta faciunt: cum suis religiosis subditis contra deum faciūt: nec dispensatio nec licentia illi cui data est et facta eū tuetur: sed tales prelati vel ignorātes dispensant: quia ceci sunt et duces cecorum. Luce.vj. Matthei.xv. ex̄ de eta. et quali. cum sit. Et ideo tales subditi nō sunt tuti tali dispēsatione. vt scribit Bernar. ad Robertum monachum et consanguineum suum. Immo tales prelati permittūt eos habere talia vel potius dissimulant: quia ipsi in eadē dānatione sunt quam dispensant: sed quod permittimus inuiti toleramus.xxxj.q.j. hac ratione. et distin.iiij. deniqꝫ. Si dicatur ꝙ omnes quasi religiosi sic viuunt cū sua proprietate permissa: respondeo cum Augu. ꝙ non minus ardebunt qui cum multis ardebunt.ij.q.j. multi. in fi. ⁊ opti. ar. dist.viij. que contra mores. Et multi sunt vocati: pauci electi. Matthei.xx. Adde hic quod scripsi.s. in hac secunda parte. in.§. qui autē. ver.xvj. et in additione ibi que incipit/non potest. in ar.xxiiij. ¶ Cum etiam tertio apparet quorundam talium proprietas: quia authoritate propria emunt et vendunt et donant: et alios contractus qui ad veros (vide quod scripsi.j.§. porro. ver. et quia vt sepe. in ar.lxvij.) dominos pertinent celebrant. cōtra id.liiij. dist. abbati.xij.q.j. non dicatis. et alia iura superius allegata. Nā multi eorum libros et supellectilia congregant: vt tempore infirmitatis/vel vagationis per mundum/vel alias sine causa possint ea distrahere. Quidam etiam eorum parentibus non pauperibus extorta a prelatis licentia potius ꝙ obtenta dant res et pecunias quas habent ad vsum et pro suis necessitatibus. Quidā libros scribunt et vendūt: et libros emunt et vendunt carius: et alia opera faciunt que distrahunt pro libito voluntatis. vt potius mercatores et negotiatores ꝙ religiosi videantur. Faciunt etiam se procuratores et aduocatos ⁊ defensores in curijs forensibus: et dispēsatores in curijs dominorum. contra omnia iura.lxxxviij. dist. ejciens. palea est.xv.q.ij.c.j. cū.§. sequen. xvj.q.j. qui vere.c. monachi.ij.c. de presentium. vbi de hoc. et.c. sunt nōnulli. ex̄ ne cle. vel mo. per totum. ex̄ de postu. ij.c. Mutuant etiam sibi adinuicem pecunias: et faciunt aliqui in studijs et in suis forestarijs expensas nedum nō necessarias nec vtiles/ immo superfluas et voluptuosas: encenīantes sibi adinuicem et prelatis et pictantiātes de emptis de pecunia quam tenent: et libros delicatos scribi facientes: perlis et auro et argento eos munientes et cooperientes: iocalia ementes: corallia et cultellos cum manubrijs de argento et de ebore: et pater noster preciosissima de corallio que sufficerēt reginis: cum quibus parum exaudit orantes huiusmodi pater noster: pannos delicatos et molles ementes: quia mollibus vestiuntur: quia regales sunt.xxj.q.iiij.c.j. Matth.xj.xlj. dist. parsimoniā. nō viles. contra eorum regulas. emētes superfluos libros et duplicatos habentes: per mūdum vagantes cum bursis plenis et in hospitijs et in tabernis voluptuose expendētes.xliiij. dist. non oportet. et.c. clerici. edificia adornata et superflua cum celaturis et picturis preciosissimis fabricātes: ac si deus in auro et picturis et politis marmoribus excolatur. cōtra id.xij.q.ij. gloria epi. Et (quod deterius est)

aliqui eorum encenia care empta libros et pannos et nudas pecunias prelatis et alijs qui eos possunt ad officia promouere indebite largiẽtes: ita ꝙ sepe pecunias quas dicunt se pro eorum necessitatibus a prelatis cõcessas per eos et eorum mandato non pro necessitate vera/sed fictitia dispensant. contra omnia iura et eorum regulas necessarias eis expensas solummodo concedentes superius allegatas.xliiij.dist.comessationes.xvj.q.j.monachi vagantes.ex͠ de offi.ordi.quanto.j.q.j.sunt nõnulli. Si enim moderate et necessarie et vtiles expense et non superflue etiã secularibus conceduntur solũmodo:multo potius superflue religiosis qui strictius debent viuere.xvj.q.j.sic viue. interdicuntur. Ad hoc ex͠ de dolo et contu. finem litibus. vbi de hoc. et.c.seq.et de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.c.penul.vbi etiam de hoc.et ex͠ de elec.vt preterite. vbi de hoc. et.ij.q.j.in primis.in glos.de expensis.vbi de hoc.¶ Fedũ enim et profanum mendacium et hypocrisis.xxij.q.v. cauete.xij.q.j.nolo. est maxime in religiosis mendicantibus exterius more pauperum mendicare: et interius more diuitum affluere ⁊ delicate viuere sicut ille diues epulo. Luce.xvj.vbi Grego.in homil. super verbo/epulabatur quotidie splendide. Ubi solerter intuendum est quia celebrari conuiuia sine culpa vix possunt: pene enim semper epulas comitatur voluptas. Nam dum corpus in refectionis delectatione resoluitur:cor ad inane gaudium relaxatur. Pauperes autem vilibus debent esse contenti.xlj.dist.nõ cogantur. Isti etiam religiosi qui sic nimis voluptuose expendunt pecunias eorum vsibus deputatas: vel in aliorum vsibus q̃ proprios expẽdunt:furtũ quasi cõmittunt: quia contrectant pecuniam inuito domino in alios vsus q̃ fuerit concedentis voluntas. Furtum enim est contrectatio rei aliene inuito domino.instit.de obli.que ex delic.nascũ. §.furtum. et ex͠ de elec.dudum.ij.§.j. vbi de hoc.in glos.simile. Aliqui etiam religiosi se mẽdicos fingentes cõtra illud quod dicit Augu. Ulcerosi se medicos iactitant:nihil vel parum in physica scientes:licet in ea aliqualiter studẽtes vt lucrentur pecunias et secularibus adulentur:multos decipiunt et in periculo irregularitatis se ponũt:et ex istis lucris proprietarij fiunt.et contra iura in tali scientia prohibita eis student: et sm hoc excommunicationem incurrunt de mente capituli ex͠ ne cle.vel mona. nõ magno. vt ibi no.et facit eo.tit.c.si.⁊.c.j.lib.vj. faciunt ad hoc ex͠ de etate ⁊ quali.ad aures. et de homici.tua.et hic vide quod scripsi.s͠.eo.§. viso de abbatibus. ver.xiiij. et in additione ibi posita in ar.xxv. ¶ Tum etiã quarto proprietarij sunt religiosi nostri temporis multi:quia vsum rerũ sibi appropriant sicut si res eorum essent proprie. Et sic isto modo proprium potest dici in vsu.i.abusu:q: abusus est malus vsus. ex͠ de rescrip.sedes.et.c.nonnulli. et ex͠ de consue. ex parte. et vide quod scripsi.s͠. eo.§. Item ꝙ simplex facti vsus.in ver. item dicere. et in additione ibi posita que incipit/notat etiam Archi.in ar.lvj.sicut in alio proprio.contra illud c.xij.q.j.dilectissimis. et.c.res ecclesie.et.xiiij.q.j.§. his ita. Nam appropriant sibi loca vt vix forensem fratrem nisi sit eis nimis vtilis velint subsistere ꝙ sit de familia. Semper volunt in locis proprijs commorari: vt proprie dicatur eis illud ps͠.xlviij. Uocauerunt nomina sua in terris suis. Libros et res alias quibus non vtuntur: aut senio:aut infirmitate grauati: aut quia tunc in eis studere non habent: aut quia vadunt alio:⁊ ibi libros et res dimittunt sub sua clausura: aut quia eos duplicatos habent: suis fratribus prestare nolunt: et sic vere sunt proprietarij: et peccãt mortaliter. Nam ex quo libro vel re alia religiosus non vtitur in presenti: vel in proximo modico nõ vsurus est:ille liber vel res.i.eius vsus cõpetit alteri religioso volẽti vti: quia vsus communis est.vt preal leg.c.dilectissimis. Nec prelatus posset alteri religioso vsum alicuius rei alteri subdito suo concedere nisi eo indiguerit vti: al's faceret eum proprietarium in illo vsu:quod non potest facere. vt superius est probatum. ¶ Contra huiusmodi tales sibi appropriã-

tes res communes loquitur Daniel in collatione.iiij. in libro collationum Jo.cassi.dicens. Nam illud ridiculũ qualiter exprimatur:quod nonnullos post illum prime renũtiationis ardorem quo vel res familiares vel opes plurimas ac militiam seculi relinquẽtes semetipsos ad monasteria contulerunt: tanto cernimus studio in ijs que penitus abscindi non possunt: ⁊ neq͠ queunt in hoc ordine nõ haberi: q̃uis parua vilia q͠ sint/esse deuinctos: vt horum cura pristinarum omniũ facultatum superet passionẽ: quibus profecto non magnopere proderit maiores opes et substantias contempsisse: quia affectus earum ob quos illi respuẽde sunt:in res paruas atq͠ exiguas transtulerũt. Nã vitium cupiditatis et auaritie quod erga species preciosas exercere non possunt: circa viliores materias retinentes/ non abscidisse sed commutasse se probãt pristinã passionem.liij.dist.legem. Nam nimia deuincti diligentia erga curam psiacij vel sestorij sporelli sacelli/codicis sudarij atramentarij aliarumq͠ similium rerum q̃uis vilissimarum/eadẽ tamen qua antea libidine detinentur. Que etiam tanta emulatione custodiunt atq͠ defendũt:vt pro ipsis commoueri aduersus fratrem eos (et quod turpius est) litigare non pudeat. In quibus adhuc egritudine cupiditatis pristine laborantes/hec eadem que vsus corporis possidere monachum vel necessitas cogit sm numerũ mẽsuramq͠ communem nõ sunt habere contenti. In hoc quoq͠ sui cordis auaritiam designantes:quum vel ea quibus vti est necesse/propẽsius studẽt habere: q̃ ceteri. Uel excedẽtes diligentie modum/ peculiarius ea attentiusq͠ custodiunt: et ab aliorũ vsu et contrectatione defendunt: que vniuersis fratribus debent esse communia.xij.q.j.c.ij. quasi verbo differentia metallorum et non ipsa passio cupiditatis habeatur in noxa: et pro rebus quidem magnis irasci non liceat: pro vilioribus vero rebus hoc ipsum fecisse sine culpa sit:⁊ non idcirco preciosiores abiecerimus materias vt facilius contemnere vilia disceremus. Quid enim differt vtrum quis perturbationes cupiditatis erga opes magnas et magnificas/an erga species exerceat viliores: nisi ꝙ in eo reprehensibilior iudicandus est ꝙ qui maxima spernit minimis obligetur? Ideoq͠ perfectionem cordis abrenuntiatio talis non obtinet:quia quũ censum habeat pauperis:non abiecit diuitis volũtatem. hucusq͠ Daniel. Audiui ꝙ quum quidam religiosus a quodã alio accõmodari sibi acum petijsset:ille noluit sibi prestare nisi petẽs pro pignore forfices sibi daret: sed quum casu acus fracta fuisset: nunq̃ ille frater forfices sibi reddere voluit anteq̃ ille frater acum sibi aliam procurauit. Et ideo dicit lex ꝙ furtum etiam committitur in re parua:quia mens ⁊ affectus furantis consideratur. insti.de rerum diui.§.gallinarum.xiiij.q.vlti.furtum. insti.de vsu.§.item si is.l.dist. qui sacrum. et facit quod legitur et no͠r. ex͠ de simo.ex tue. in glos.j. In delictis enim voluntas attenditur: non effectus.de peni.dist.j.si quis non dicam.et.c. quisquis.et.c. si quis cum telo.cum.c.⁊.l.prece.et sequẽ.vsq͠ ad.§.e.s͠. Immo (quod nefandius est) aliquoties de malis religiosis contingit ꝙ si frater habet aliquos bonos sermones/ vel bonam apostillam vel librum alium specialem vtilem vel deuotum: quamq̃ ibi tunc studere non habeat aut per eũ predicare: volenti tamen et debenti predicare/aut causa edificationis sue ibi legere:non solũ pretextu auaritie passionis/sed etiam inuidie non prestabit: non attendens talis religiosus habitu et non corde nec opere: quia charitas non emulatur: non querit que sua sunt: sed emulatur proximum dei emulatione.j.ad Cor.xiij.et.x.c.xliij.dist. scimus.viij.q.j.sunt in ecclesia. Contra tales Grego. Nostra sunt que amamus in alijs: et amantium fiunt que amantur in nobis. Hinc pensent inuidi quante virtutis est charitas que alieni laboris opera nostra sine labore facit. ¶ Tum etiam quinta species proprietatis est in religiosis quibusdam: quia sicut proprietarij sunt corde multi ex eis:ita et ore:quia vbi est thesaurus eorum:ibi est cor ⁊ os

eorum. Matthei.vi. Et ex abundátia cordis. Matth.xii. os loquitur. Frequenter enim de pecunia et denariis loquuntur. contra quos.xvi.q.i.si cupis. In curiis etiam iudicialibus sunt crebro pro pecuniis litigátes. contra illud xiiii.q.i.§.i. vbi de hoc. et per Innoc. ex de re iudi.c.i.a.a.a. contra illud quod dicit apostolus. Quare nō magis fraudem patimini.i.ad Corinth.vi. Immo quicunq experiū tur: reddant testimonium q fortiores et insolentiores litigatores sunt quidam religiosi: q̄ seculares: quia nobilis materia quum corrumpitur: deterius corrūpitur q̄ vilis. ar.xlvii.distin.quantumlibet. ¶ Dicūt etiam meus liber/ mea cella/mea tunica/non attendentes ceci nec verecundantes: quia meum et tuum in proprietatē sonat. vt preal. c.dilectissimis.et.xiiii.q.i.§.his ita.et dist.viii.quo iure.legitur et no.in glos.hec verba. Unde Io.cassi.in.iiii.lib.de instit.renuntiantium/ait. Nec verbo audet quis etiam dicere aliquid suum: magnūq sit crimen ex ore monachi processisse/codicem meū/tabulas meas/et similia. proq hoc digna penitentia satisfacturus sit: si casu aliquo huiusmodi verbum de ore eius effluxerit. hucusq Io.cassia. In ordine etiam vnus litigat contra aliū aliquando pro vsu rerum quibus vtuntur: de vsu proprium facientes. vt superius est probatū. Propter quod frequenter se ad iniurias prouocant et odia: que ex auaritia nascuntur. vt superius est probatum. cuius filia est ppͥetas in malis religiosis. Unde Seneca. Quietissimam vitam ducerent homines si hec duo tollerentur de medio: meum/et tuum. ¶ Tum etiam sexta species est proprietatis talium malorum religiosorum: quia quum prelati volunt eos remouere de locis natiuis: vel aliq̄d eis auferre de iis superfluis que habent ad vsum suum: nullo modo habent pacem: sed cum prelatis contendunt: eos persequuntur: contra eos murmurant: coniurant: faciunt p superiores prelatos: vel (qđ deterius est) per seculares eorum reuocari obedientias et precepta. et sic nolunt q prelati de eorum rebus se intromittant: nec quasi de locis natiuis eorum. cōtra illud. xii. q.i.non dicatis. Contrectant etiam tales res communes: quas sibi appropriant: non permittētes eas per suos prepositos dispensari: et sic furtum committunt. vt superius est probatum. Quilibet enim prout communiter taliū rerum communium dispensatorem se facit: sicut faciūt seculares. Tales ergo religiosi non sunt egressi de terra sua et de cognatione sua. contra illud Gen.xii. quod dictum fuit Abrae in persona religiosorum. Egredere de terra tua etc. sicut etiam potest exponi illud Matthei. xiii. Marci. vi. Ioannis.iiii. Luce.iiii. Nemo acceptus religiosus (subaudi deo) in patria sua. Faciunt etiam contra illud quod dixit Hieremias in persona domini et sequentium eum Hiere.xii. Reliqui domum meam: dimisi hereditatem meā etc. Et iterum Hiere.xlviii. Relinquite ciuitates habitatores Moab: et habitate in petra etc. Et Isidorus ait.lxxxi.dist. valet. Ualet interdum conuersis pro salute anime mutatio loci. Plerūq enim dum mutatur locus: mutatur mentis affectus.

¶ G

In predictis appropriationibus etsi multum offendant omnes religiosi communiter: maxime tamen caueāt sibi fratres minores: qui nec in speciali nec in communi possunt proprium possidere. vt sepissime. s. allegatū est. Qui etiam non solum promittunt sine proprio viuere: sed promittunt etiam paupertatem. sicut in eorum regula cōtinetur. et ex de exces.prela.nimis praua.ibi. In arctissima paupertate christo pauperi famulentur. et in decre. eorum Exiit.ibi. Christi semitas arcti9 elegerunt: sed arctius non seruant aliqui ex eis. immo amplius abūdant quidam ex eis: q̄ alii regulares: quia maior ad eos prout communiter habetur deuotio populi: et amplius eis dat: et populi deuotio est eis preuaricationis occasio: quia eam in questum conuertunt. quicquid dicat eorum sancta et apostolica regula/Hec est celsitudo altissime paupertatis. et apostolus.ii.ad Corinth.viii. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quidam tamen eorum pauperes sunt sine defectu: et simplices cū multa malitia. quum tamē paupertati euangelice sm Ambrosium. vt dictum est. penuria sit annexa. Pauperes delicati. contra illud.xli.dist.non cogatur. Pauperes mathematici in apparentia: non existentia. Pauperes spiritu.i. sine spiritu paupertatis. Querantur talium promptuaria/enthece/libri/et tunice/loculi et alia supellectilia eructuantia et hoc in illud.ps.cxliii.si verum dico. Propter quod contra tales arguit papa Clemēs in decre. Exiui de paradiso. de verbo.signi. ex in clemen. q contrarium faciunt ei qđ promittunt. Nunq̄ enim dicunt quidam ex eis/satis est. xiiii. q. iiii. quid dicam. ¶ Si queris cuius hodie erit proprietas rei date fratri minori. Respōdeo olim erat domini pape. excepta pecunia que secabat pro dante vsq ad cōsumptionem. vt in decre. Exiit qui seminat. de verbo. signi. in vi.libro. Sed dominus papa Io. xxii. reuocauit procuratores quos ordo habebat nomine Romane ecclesie institutos: nolēs q ab illo tempore aliquis in ordine nomine Romane ecclesie procurator possit institui. Renuntiauit enim proprietati omnium rerum quas fratres habent et eis dantur ad vsum. exceptis libris ecclesiasticis et paramentis et locis. vt in sua constitutione continetur. que incipit/Ad conditorem canonum. Ergo necesse est q quum proprietas rei date apud fratres esse non possit. vt in pre alleg.c.Exiit.et.c.Exiui de paradiso. superius alleg. sit dātis: vel heredum eius: vel pauperum. quarum dispēsationem habebit episcopus: qui est pauperū pater. C. de epis. et cleri.nulli. C.communia de succes.aut. omnes vero.§.i. ex de iude.cum sit.xii.q.ii. vulterrane.cū.iiii.c.sequen. quia in fratres minores dans transferre nō potuit dominium cuius sunt incapaces: ergo remaneret apud dantem. sicut dicitur de pecunia in preallegat.c. Exiit qui seminat. et.c. Exiui de paradiso. quia nō potuit facere donator quin in sua donatione leges ecclesie et regula prohibētes fratres minores habere proprium etiam in communi/vēdicēt sibi locum. ex de testa.requisisti.cū simi. Adde hic quod scripsi.i. in.§.ostendunt.ver.sed nec minimus.in ar.lxvi. Quicūq ergo rem domino concedenti et repetenti frater minor vel communitas eorum nō reassignaret: peccaret mortaliter: quia rem sibi appropriaret: et inuito domino rem alienam contrectaret: quod est furtum. vt superius est probatum. Semper enim nomine dantis detentat frater minor rem. et ideo sibi eā negare non potest. ex de resti.spolia.cum venisset. Unde et secularis non posset rem illam prescribere: quam alieno nomine possideret. ex de prescrip. si diligēti. et de hoc plene no.xvi.q.iii.clerici. Nec res assignata fratri minori de licentia prelati potest transferri in communitatis vsus sine licentia concedentis: quia species furti est de alieno largiri. ff. de furtis. si pignore.§.i. Non petitur ergo licentia a prelato fratre minore a subdito suo fratre re indigente: vt propterea res illa in vsus trāseat communitatis: sed vt prelatus sciat et determinet cuius rei vsu suus subditus indigeat et quantum. Si autem concedēs vsum rei cōmunitati concedat: tunc prelatus habet videre quis ex suis subditis vsum illius rei magis habeat necessariū: et illi debet cōcedere vsq ad arbitriū dn̄i principaliter cōcedentis. Ad hoc facit quod legitur in preall. decre. Exiit. et ad supradicta faciūt. ff. deposi.l.i. cōmo. rei cōmodate. ex de preca.c.ii. ex de cōmo.c. vnico. Rerū em̄ quibus fratres minores vtūtur detētores sunt: nō pprie possessores. vt in iuribus preal. et no. preal.c.dilectissimis.in glos. ergo aliquis. Nō dicat ergo prelatus vel subditus in ordine fratrum minorum de breuiario/vel veste/vel re alia quacūq cōcessa eorum communitati vel singulari persone q ordinis est: sicut tota die dicunt fratres quidam ceci ignorātes statum vel preuaricantes in eo: immo concedentes/q ordo in communi proprium habere nō potest. vt sepe superius est probatum. Petat ergo licentiam semper frater minor

Cui sit pecunia fratri minori data.

cui aliquid pro suo vsu assignatur ab aliquo extra ordinē
a cōcedente: vt re illa possint alij fratres vti vsq; ad sue be
neplacitum voluntatis: alias vsum sibi concessum nō posset
alij concedere sine consensu concedentis: alias furtum talis
committeret. ff. de fur. qui vas. §. si ego. et. l. si pignore. §. j.
In affectu igitur ꝛ effectu aliqui fratres minores nō vsua
rij sed proprietarij sunt censendi: maxime in sex illis condi
tionibus proprietatis que superius sunt descripte.

¶ Articulus.lxv. A

Quid dicam de de-
narijs et pecunia quorum vsus ꝛ contre-
ctatio quelibet per se et per personam in-
terpositam est eis nedum proprietas to-
taliter interdictus: vt in eorum regula et

Nō licet fratri minori neq; per se neq; per aliū pecuniā recipere.

declarationibus continetur. Patet enim cor almus Frā-
ciscus vir totus euangelicus ad literā etiam in hoc volēs
euangelium obseruare sicut in alijs, saluo intellectu eccle
sie sacrosancte in tribus locis regule sub precepto fratrib⁹
per se et per personam interpositam recipere pecuniā in-
terdicit. de quo interdicto Luc. ix. Mar. x. Mar. vj. Nihil
tuleritis in via ꝛc. et. xj. q. iij. ira. Unde Chrys. super Mat.
homil. vlti. Si bonū esset aurū habere: hoc vtiq; dedisset
apostolis christ⁹ qui ineffabilia tribuit eis bona. Nunc au
tem non solū non dedit: sed etiā habere prohibuit. ideoq;
Petrus non solum nō fecundatus, sed decoratus in pau-
pertate dicit Actuū. iij. Argentum et aurum non est mihi.
Item Bernar. et habetur Mar. vj. et Luc. xij. in euange-
lio. Et perfectionis consilium ꝛ remediū infirmitatis. No
lite thesaurizare vobis thesaurum in terra. hec perfectio
est. si quidem filius hominis vbi caput suum reclinet non
habet. Mat. viij. et Luce. ix. Petro et Joanni nec aurum
erat. Act. iij. Paulus simplici victu vestituq; contentus. j.
Timo. vj. hec ipsa labore manuum acquirebat. ij. Thessal.
vlti. Sed non omnes capiunt hoc verbum sicut nec consi-
lium castitatis. Mat. xix. xxxiij. q. v. qui sitit. Ambro. homi
lia. xvj. super Gen. Quid dn̄s noster suis quidem sacerdo
tibus precepit Luce. xiiij. audiamus. Qui non renuntiat
oībus que possidet: non potest meus esse discipulus. Con
tremisco hec dicēs. Meus enim primus omnium. meus
inquam ipse accusator existo: meas condemnationes lo-
quor. Negat christus suum esse discipulum quem videt ali
quid possidentem: et eum qui nō renuntiat omnibus que
possidet. Et quid agimus? aut quomodo hec ipsi legimus:
aut populis exponimus: qui non solū non renuntiamus:
sed acquirere volumus ea que nūq̄ habuimus ante q̄ ve
niremus ad christum? Numquidnam quia nos arguit cō-
sciētia tegere nō proferre que scripta sunt possumus? No-
li duplicati criminis esse reus. Confiteor ꝛ palam populo
audiente confiteor hec scripta esse: etiam si nōdū implesse
me noui: sed ex hoc saltem cōmoniti festinemus implere:
festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis. quib⁹ ter
rena possessio est. Gen. xlvij. xxiij. q. vlti. §. q̄uis. ex de im-
mu. eccle. non minus. ad sacerdotes domini quibus in ter
ra pars non est: quibus portio deus est. xij. q. j. clericus. et
c. cui portio. Talis enim erat ille qui dicebat. ij. ad Cor. vj.
Tanq̄ egentes multos autem locupletātes: vt nihil ha-
bentes ꝛ omnia possidentes. ex de exces. prela. min⁹. Pau
lus hic est qui in talibus gloriatur. hucusq; Ambro. Item
super illud Mat. x. in fi. Qui potum dederit vni ex mini-
mis istis ꝛc. glos. Minimi sunt qui nihil penitus habent
in hoc mundo. tales fuerunt apostoli.

Ad q̄d sit cautū ne fratres minores pecuniā habeant.

Hoc autem preceptum de pecunia nō haben
da non propterea dedit dominus apostolis
q̄ pecunia causaliter aut formaliter mala sit
sed quia absq; ea meli⁹ seruatur paupertas
et penuria euāgelica: que est prima beatitu-
do sm̄ Amb. Mat. v. Et quia est occasio cupiditatis. Un-
de Ambro. in libro de offi. dicit. Feralis (inquit) auaritia
in illecebrosa pecunia: que habentes contaminat: non ha
bentes non iuuat. Item Bernar. de colloquio Simonis
et Jesu. Hec fugiendarum diuitiarum precipua causa est:
q̄ vix aut nūq̄ sine amore valeāt possideri. Limosa si quis
dem et glutinosa nimis est nō modo exterior, verū etiam
interior substātia nostra menti: et facile cor humanū: om-
nibusq; frequenter adheret. Item Augu. super Ps̄. cxiij.
Non sunt iste vere diuitie: sed mendicitas: que quāto ma-
gis crescunt, crescit inopia auaritie. Non sunt vere diuitie
que plus augent cupiditatē ei q̄ eas possidet. ¶ B Itē
de lapsu mundi. Diuitijs nihil tam cauēdum est: q̄ super-
bie modus. Qui enim non habet diuitias: nō habet vnde
se extollat. Itē de verbis domini. Nihil enim est quod sic
generent diuitie quomodo superbia. Omne germen ha-
bet vermem suum. vermis diuitiarū superbia est. Gre go.
j. mora. Solet (inquit) rerum abundantia tanto a timore
diuino mentem soluere: quanto hanc exigit diuersa cogi-
tare. Nam dū foris per multa distrahitur: stare in intimis
sita prohibetur. Idē in homil. super illud Luc. viij. exijt ꝛc.
Quis vnq̄ mihi crederet: si spinas diuitias interpretari
voluissem? maxime quum ille pungāt: iste delectent: et ta-
men spine sunt: quia cogitationum suarum punctionibus
mentem lacerant: et dum vsq; ad peccatum pertrahunt:
quasi inflicto vulnere cruentant. Itē Augu. de lapsu mū-
di. Diuitie ipse quas putatis plenas deliciarum: plenio-
res sunt periculorum. Item Ambro. in libro de offi. tractans
illud Luce. ix. et Matthei. x. Nolite possidere aurum ꝛ ar
gentum nec pecuniam. Uelut falce pullulantem in menti
bus humanis succidit auaritiam. Super eundem quoq;
sermonem Chryso. homilia. xxxij. Non dixit, Nolite vobis-
cum accipere aurū. sed si aliunde possibile est accipere: fu-
gite hāc perniciosam egritudinem. etenim multa per hec
emendabit. Predicta originalia a principio istius. §. huc
vsq; posui etiam. s. in prima parte. in. §. quadragesimus.
ver. fateor. in ar. xl. Item glos. super illud Matth. vj. Hec
omnia adijcientur vobis. Omnia sunt filiorū. et ideo hec
omnia adijcientur etiam non querentibus. quibus si sub-
trahantur: ad probationem est. si dētur: ad actionem gra-
tiarum. quia omnia eis cooperātur in bonum. ad Roma.
viij. de peni. dist. ij. §. hec itaq;. ver. in eodem. Augu. super
illud Joā. vlti. Uado piscari. Cur non inuenit vnde viue-
ret: quum dominus promisit dicens Matthei. vj. Primo
querite regnū dei: ꝛ hec omnia ꝛc. Prorsus dn̄s sicut etiā
promisit impleuit. nā quis alius pisces qui caperentur ap
posuit? Item Chrys. super Mat. homil. lxiij. Nihil ita ex-
tinguit cupiditatis sitim: sicut desistere a lucrandi cupidi-
tate vel concupiscentia. sicut amaram choleram abstinen
tia et euacuatio. Facilius est enim existentes homines vo
lare: q̄ adiectione pluris quiescere facere desideriū. Cres-
cit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. xiiij. q. iiij.
quid dicam. Augu. lib. lxxxiij. questionum. Charitatis ve-
nenum est spes adipiscēdorum temporalium. Et super il-
lud apostoli. ij. ad Corinth. vj. Tanq̄ nihil habentes ꝛc.
glos. Hec fuit gloria apostolorum, nihil omnino possidere: si
ne solicitudine esse: et tam res q̄ earum dominos posside
re. Item habetur in lib. j. ecclesiastice histo. q̄ quū Abaga
rus rex preciperet dari aurum et argentum Taddeo apo
stolo: ille nō accepit dicēs. Si nostra reliquimus: quomo-
do accipiemus aliena? Paulus de se ꝛ alijs apl̄is ait. j. ad
Cor. iiij. Usq; ad hanc horam. glos. id est continue, esuri-
mus ꝛ sitimus. Qd̄ alibi dicit se expositū latronibus quasi
aliquid portaret: non obstat: quia illud tractans Ambro.
in originali sic ait. Quum in ciuitate diabolus eū occide-
re non posset: latrones excitabat sibi in via. quum tamen
nihil ferret quod latrones caperent. Ambro. lib. j. de offi.
Officium omne aut mediū aut perfectū est. et hoc in euā-
gelio probatur. Mat. xix. dicit dn̄s. Si vis ad vitā ingredi:
serua mandata. Non facies homicidium. nō adulterabis.
Hec media sunt officia: quibus aliud deest. ideo sequitur.
Si vis perfectus esse: vende omnia bona tua ꝛ da paupe
ribus: et sequere me. Hoc est igitur perfectū officiū, quod

greci chachomi/vocāt quo corrigūtur oīa que aliīs potuerunt lapsus habere. Idem super primam propositionem epistole .i. ad Corinth. A licitis temperare vult fideles: vt non solum innocentes: sed et gloriosi videantur: concessa enim preterire virtutis est maxime. Itē Hiero. ad Demetriadem. Prohibētur mala. precipiūtur bona. ps. xxxiii. et xxxvi. et .i. Pet. iii. Declina a malo et fac bonum. Concedūtur media. suadentur perfecta. xiiii. q. i. §. i. cū. c. seq. In duobus primis peccatum esse cōcluditur. Reliqua vero in nostra potestate sunt constituta: vt aut vtamur cōcessis et licitis: aut ob maius premiū ea que nobis permissa sunt respuamus. ¶ C Itē Hiero. ad Heliodorum. Perfectus seruus christi nihil preter christum habet: aut si preter christum aliquid habet: perfectus nō est. Idem ad Rusticum monachum. Si perfectionē sequi desideras: exi cū Abraā. Gen. xii. de patria et cognatione tua. et perge quo nescis. Si habes substātiam. Mat. xix. vende et da pauperibus. Si non habes: grandi onere liberatus es. Nudus christū nudum sequere. xii. q. i. clericus. Durum/grande/difficile. sed magna sunt premia. Bernar. super illud Ma. xix. Ecce nos dimisimus omnia. Optime ⁊ non ad insipientiam tibi. nam mundus transit et cōcupiscentia eius. i. Joan. ii. Et relinquere hec magis expedit: ꝙ ab eis relinq. ¶ Fuit ergo vna causa de loculis quos habuit dn̄s ad consolandū infirmos. xii. q. i. habebat. et Augu. super ps. ciii. ⁊ Hugo super ps. xci. Bonum est confiteri dn̄o. ⁊. s̄. in. §. ad partem contrariā. in ver. iiii. in ar. lxiii. posita sunt hec et alia. Alia ad refellendum hereticos: ne cōdemnarēt ecclesiam habentem loculos. xii. q. i. exemplum. sicut faciunt Manichei: et alii heretici qui dicuntur apostolici. xxiiii. q. iii. quidam. ver. apostolici. condemnantes ecclesiam propter rerum temporalium possessiones et pecuniam. Et ad terrēdū auaros qui loculos concupiscunt. vnde nullus de christi discipulis periit nisi qui loculos portauit. Joā. xvii. vnde Chryso. super Jo. homil. lxv. Si vero quis scrutabitur quid furi existenti loculos. Jo. xiii. commisit pauperum: et dispensare fecit aurum: vt omnem abscinderet occasionē. Etenim sufficientem habebat ex loculis concupiscētie mitigationem. Sed propter nequitiam multam quam volebat comprimere christus: condescensione vtens ad eū nō incusabat surripientem: obstruens perniciosam cōcupiscētiam et omnem auferens occasionem. Alia causa ad informādum in modo habendi in cenobitis vel aliīs regularibus viuentibus in communi. xii. q. i. habebat. c. nolo. c. non dicatis. Alia ad dandum formā prelatis ecclesie ad dispēsandum bona ecclesie aut sustentationem ministrorū ecclesie: ⁊ ad pauperum releuandas miserias. vt. xii. q. i. episcopus. Unde et Chrys. super Jo. homil. lxxi. de loculis christi loquēs proponit questionem. Qualiter (inquit Mat. x.) non peram non es iubēs deferre/marsupium ferebat? Jo. xiii. xii. q. i. habebat. ⁊ respondens subdit. Ad inopum ministerium. vt discas qm̄ valde pauperē oportet pauperibus multam facere procurationem. quam authoritatē. s̄. in. §. respōdeo. ver. et Chrys. in ar. lx. perfecte posui. in quibus verbis ostendit Chrys. ꝙ viris perfectis competit miserabilium personarum curam gerere: quod maxime locū habet in prelatis ecclesie: quorū perfectioni cōsonat vt spiritualiter et etiam tēporaliter pascendis sibi gregibus intendant exemplo christi. ad hoc. lxxxi. dist. c. penul. ⁊ vlti. ⁊ lxxxii. dist. c. i. et. lxxxvii. dist. per totum. et. xxxvi. dist. §. ecce. vbi loquitur de refectione panum. Et Prosper de vita cōtemplatiua. Scientes viri sancti nil aliud esse res ecclesie nisi vota fideliū/et precia peccatorum/et patrimonia pauperum: non eas vendicabāt in suos vsus proprios: sed vt eas cōmendatas pauperibus erogauerunt. Hoc est possidendo contemnere: non sibi sed aliīs possidere: et nec cupiditati habēdi ecclesie facultates ambire: sꝫ pietate subueniendi eas suscipere. Quod habet ecclesia/est cū omnibus nihil habentibus commune. Nec aliquid eis qui sibi sufficiunt de suo debet erogare: quum nihil aliud sit habētibus dare/nisi perdere. ad hec. i. q. ii. clericos. c. pastor. ⁊. c. si quis. c. sacerdos. ⁊. c. si. ¶ Quantum ad modum vtēdi/forma fuit perfectiōis ipsis apostolis ac ceteris huiusmodi paupertatem professis: vt quū amore paupertatis semper carere loculis cupiant: solum quādo aperte necessitatis vrget articulus loculos ferāt. vt. s̄. ostensum est per originalia. Et hic adde quod scripsi. s̄. per. v. folia. §. ad partē contrariam in si. in ar. lxiii. Non igitur loculi christi ad fomentum cupiditatis: sed ad exemplum pietatis ⁊ paupertatis et condescensionem infirmitatis trahendi sunt. vt in preall. decre. exiit qui seminat. Sicut enim in saluatore nostro crucifixo nil fuit quod seculares glorias aut delicias saperet: sic nil egit nil docuit per quod mundi diuitias appetendas esse monstraret. Quin potius vt nos perfecte paupertatis amore accenderet: in huius mundi campum hostem impugnaturus ingrediēs/de pauperrima matre. xxvii. q. ii. sic enim. pauperrimus prodiit. Unde Beda super Marcum exponēs illud. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Jo. xii. ait. Cōsideremus qua via venit: vt sequi mereamur. Ecce quum dn̄s sit et creator angelorum: suscepturus naturam nostram quam condidit: in vterum virginis venit. nasci tamen in hoc mūdo per diuites noluit parentes: pauperes elegit. Unde et agnus qui pro illo offerretur defuit: columbarum pullos ⁊ par turturum ad sacrificium mater inuenit. Luc. ii. Itē Chrys. super Mat. viii. homi. Pariens quidem filium confestim illum reclinauit in presepio: q: multis conuenientibus propter descriptionem. Luc. ii. non erat domum inuenire. Sed quid fuit qd̄ suasit magos adorare? Nihil enim sensibilium magnum erat illic: sed presepe et tugurium et mater pauper: vt nudam magorū videas philosophiā. Idem quoqꝫ in homi. epiphanie de Magis loquens sic dicit. Viderūt pandochium tenebrosum ⁊ sordidum: magis animalibus ꝙ hominibus aptum: in quo nemo contētus erat secedere nisi itineris necessitate coactus: matremqꝫ eius vix tunicā habentem vnam: non ad ornatum corporis/sed tegumentū nuditatis proficientem. Sed et hostiam deo patri vt pontifex offerens/nudus in cruce pependit: necnon vt veritatis eius tamꝙ perfectissime rectitudinis nequaꝙ discordaret medium ab extremis: tota ipsius vita caminus paupertatis fuit. Esa. xlviii. Unde Bernar. Volue ⁊ reuolue a partu virginis vsqꝫ ad crucis patibulum. non inuenies in christo Jesu nisi stigmata paupertatis. ad hec. xii. q. ii. gloria. ibi. pauper dominus dedicauit. Item Bernar. de colloquio Simonis ⁊ Jesu. Longe (inquit) aliud est in luto aquarum multarum diuisi. Exo. xiiii. fundo maris iter carpere terrena licite possidēdo: aliud ipsam nouis gressibus nudam calcare omnia relinquēdo. Matth. xix. Sed tempori gratie prerogatiua hec debebatur. Petro nouū iter et non typus iterans seruabatur. Mat. xiii. Antiquorum sane patrum diebus donec inter homines ⁊ in terris videretur ⁊ conuersaretur inter homines dn̄s maiestatis: non erat euangelice forma perfectionis: sed spiritū dn̄i solo in terris spū sequebātur. At vbi verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis. Jo. i. Jam in eo tradita est imago vite: ⁊ cōuersationis exēplar: qd̄ oportebat etiam corporaliter imitari: vt vtroqꝫ sequentes nō vlterius cum patriarcha Jacob altero femore claudicemus. Gen. xxxii. Nec id dicim⁹ tamꝙ saluari quis hoc nequeat tēpore: si secus egerit: sed vt gradum agnoscat proprium: et locum perfectionis aut discipulatus officium non vsurpet. Item idem ibidē. Dotatas et ditatas videmus ecclesias a diuitibus seculi: sed heu data est ipsa prouidentia eleemosyne in occasionem carnis. Et qui sibi atqꝫ aliīs in celo parare tabernacula debuerant: in terra coniungunt domum ad domum: ⁊ copulant agrum agro. Esa. v. Quis huius temporis rapiat ab ore apostolorum verbum gratie/verbū fiducie/Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te? Mat. xix. Ecce enim vt populus/sic sacerdotes diuites fieri volunt. Similiter et hic et abundātius recipiūt consolationem suā. Luc. vi.

Cur loculos christ⁹ habuerit.

et subtilissim⁹ ad seruandū a paucis bene obseruat̄. Ad/
de qꝺ scripsi.s.in.§.religio autē.ꝟ. vtinā.cū.ꝟ.se.in ar.lxj.

Regule bti Frā/cisci de/claratio nes cul/pantur.

¶ Uolentes em̄ fratres per vias incedere amplioꝛes ⁊ a
puritate pꝛomisse euangelice paupertatis recedere/con/
tra voluntatē beati Frācisci declarationes fieri pꝛocura/
runt:q: mandauerat pater per obedientiā in testamento
suo qꝺ fecit/ꝙ fratres ꝓ nulla re a sede apostolica literā
aliquā impetrarent:pꝛeuidens per declarationes aposto
licas ⁊ pꝛiuilegia regulā relaxandā sicut impꝛesentiarum
videmus. Si tamen declaratio seruaret̄:tuti starent in cō
scientijs fratres.sed ex spiritu tepescēte ⁊ declarationum
occasione nec regula nec declaratio cōmuniter obseruat̄.
Quia em̄ ad literā etiā de facto pecunie:⁊ de sancta pauꝑ
tate ⁊ de alijs regule articulis vult regula obseruare: de/
clarationibus non indiget.q: vnctio spūssancti eā decla/
rat ⁊ docet.j.Joā.ij.ex̄ de sacra vnc.c.vnico.§. de secunda
Et bonā habentibus voluntatē non est regula difficilis:
sed facilis ⁊ possibilis:q: non est aliqua lex de impossibili
ff.de re.iur̄.impossibiliū.ex̄ de pac.c.fi. Et erroneum est di
cere ꝙ sancta Romana ecclesia mater oim ⁊ magistra.ex̄
de pꝛiuil̄.antiqua.regulā impossibilē ꝯfirmasset:aut legē
captiosam fratrib⁹ dedisset.vt est expꝛessum.dist.iiij. erit
autē.xxvij.q.j.de viduis.ij. Unde pꝛopꝛijssime pōt dici de
declarationibus super regulā fratrū minoꝛum:qꝺ dicitur
de creaturis. Sapi.xiiij.ꝙ facte sunt in odiū ⁊ in tentatio
nem anime hoim:⁊ in muscipulam pedib⁹ fratrū insipiē/
tium. Nam vt dixi quū regula pecuniā nullo modo reci/
pi patiatur:fratres nōnulli ex declarationū aliquali mo/
do ⁊ occasione eam recipiunt indistincte.q: occasio pecu
niarum ſm declarationes pꝛo necessitatibus fratrū depo
sitarū pꝛeuaricationem regule cōmuniter operatur.facit
enim multa occasio ⁊ oppoꝛtunitas.ex̄ de eo qui cog.con
sang.vt.veniens. Et ſm apostolū.j. Thessa.vlti. Ab omni
specie mala abstinēdū est.j.q.j.emēdari.ex̄ de vi.⁊ ho.cleri
coꝛum.ab omni.⁊ de simo.audiuimus. Et ſm Isaac de vi
ta contēplatiua/quum rerū oppoꝛtunitatem accipimus
nosipsos non possumus cōtinere. Et qui occasionē pecca
ti non tollit:ſm eum inuitus trahitur ad peccatū.nec ta/
men talis simpliciter est inuitus.xv.q.j.merito.⁊.c.non est
q:,voluntarius occasionē peccandi accipit.nemo em̄ pec/
cat inuitus.vt pꝛe.c.non est.⁊.§.j.vbi de hoc.⁊ de pe.di.ij.si
em̄.⁊.xxiij.q.iiij.vasis ire.al's est.§.sub.c.nabuchodonosoꝛ.
Depositio ergo scilicet pecunie facta pꝛo fratribus/pꝛeua
ricationis regule occasio est. Est em̄ occasio delicatas ex/
pensas ⁊ superfluas faciendi:et necessitatē veram in fal/
sam cōmutandi:⁊ veram paupertatē rumpendi. Ex occa
sione ergo declarationum ab ecclesia sancta sancitarum
⁊ male seruatarum/data est occasio cōmuniter fratribus
infirmis cōtra eoꝛum regulā pecunias habendi recipien
di ⁊ eis abutendi.licet ecclesia sancta Romana has san/
cte ⁊ sancta intentione ediderit: pꝛopter fratrū multitu/
dinem relaxatam:quibus arcta via. Mat.vij.maxime de
facto pecunie sancte regule videbatur. Et q: in oꝛdine te
puerat feruoꝛ pꝛim⁹ ⁊ apostolicus ⁊ Francisci:et a via dis
cesserat simplicitatis:⁊ viā acceperat scientie curiositatis
Unde (vt dixi) data occasione pecuniarū per declaratio/
nes vere facta est in oꝛdine paupertatis religio pꝛeuari/
catio cōmuniter generalis.⁊ qꝺ ab ecclesia pꝛouisum fuit
ad remedium fratrū infirmoꝛum/tetendit ad eoꝛū noxā
vnde pꝛopterea reuocande essent declarationes. ad hoc
expꝛessuꝫ.ex̄ de rescrip.statutū.j.rñso.li.vj.⁊ de excep.pia.j.
rñso.li.vj.⁊ de sen.ex.alma.j.rñso.li.vj.lxiiij.di.§. verum.ex̄
de deci.suggestum. Si abesset regula literalis:daretur si/
ne alia glossa sicut ab initio fuit data. Non em̄ pater bene
dictus almus Franciscus vir totus apostolic⁹ tale reme/
dium ad non rumpēdū euangelicam paupertatē:quam
suam matrē ⁊ soꝛoꝛem ⁊ dominā appellabat/potuit inue
nire:vt se ꝯ chꝛisti euangelio totaliter cōfoꝛmaret: q̄ de nul/
lo modo recipiendi pecuniā per se nec per personā inter/
positam vt continetur in regula a spiritusancto dictata/
firmiter pꝛeciperet suis fratribus vniuersis. Unde (vt di/
xi) contra voluntatē eius patefactā in testamēto fratres
fecerunt ⁊ contra suam obedientiā illi qui declarationes
a sede apostolica pꝛocurarunt. Et licet dñs Nicolaus pa/
pa in declaratione sua dicat ꝙ fratres non sunt obligati
ad eius testamentum seruandū:q: ille almus Franciscus
successoꝛes non potuit obligare:q: non habet imperium
par in parem.ex̄ de elec.innotuit. Nec credo salua ecclesie
veritate ꝙ parem in oꝛdine in spiritu et de scienda circa
hoc voluntate dei habuit vel habebit. Si em̄ (vt dictum
est) litera regule literaliter est possibilis ad seruandū:ad
quid declaratio? Nec em̄ regularum institutoꝛes scripse/
runt eas figuraliter:q: non est obligatio in figura.de cō.
di.ij.reuera.xxxv.q.j.§.hoc itaqꝫ.sed literaliter.⁊ talis lite
ra non occidit:sed viuificat. nec iudaizat obseruans: sed
chꝛistianizat ⁊ apostolizat.ex̄ de sacra.vnc.c.vnico.§. fin.
Credo in hoc eum condescendisse infirmitati cōmunita/
tis fratrum nolentiū sequi perfectissimā voluntatem bea
ti Francisci edocti a spiritusancto ⁊ sanctum rigoꝛē eius
⁊ testamenti sui.quo durante sancta paupertas in oꝛdine
perdurasset. ¶ Nec dicere intendo (quod absit) ꝙ papa
regulam non potuit declarare.q: bene scio ꝙ sicut eā po/
tuit dare ⁊ cōfirmare:⁊ dedit et confirmauit:ita eam po/
tuit declarare.q: ad quē spectat datio legis ⁊ pꝛiuilegio/
rum ⁊ regularū ⁊ editio:ad eum pertinet ⁊ interpꝛetatio
⁊ declaratio.xi.q.j.§.ex ijs.C.de legi.l.vlti.ex̄ de sen.ex. in/
ter alia.ex̄ de iudi.cū venissent.vbi de hoc. sed q: etsi hoc
dñs papa pꝛoculdubio potuit et bonam intentionem ha/
buit:beato tamen Francisco non placuit. Nam ⁊ beatus
Paulus ⁊ beatus Barnabas de societate beati Joānis
cognomento marci.Act.xv.discoꝛdauerūt ⁊ separati sunt

bona intentione ⁊ zelo. sic in casu nostro. Non autē credo
ꝙ almus Franciscus testamentū suum quod est sue regu
le declaratio: ⁊ christi ⁊ sua intentio: spirituale non carna
le/ non tēporale sed eternale/ alio spiritu fecerit ⁊ dictaue
rit ꝙ quo regulam sanctam suam: sed vtrūq; spiritus dei
viui digito consignauit. Nec enim quū testamētum fecit:
erat minus perfectus immo magis. q: crescebat de virtu
te in virtutem sicut vir iustus. ps. lxxxiij. Prouer. iiij. de pe.
di. ij. non reuertebantur. ⁊ c. dum sanctā. Nec minꝰ de vo⸗
luntate dei sciuit: imo plus/ ꝙ quādo spiritusancto dictā⸗
te conscripsit regulā. imo magis cum deo coniūctus erat
⁊ illuminatꝰ magis qn̄ fecit testamentū suum ꝓpe finē
suum: ꝙ qn̄ conscripsit regulam parū post cōuersionē suā
Sed (vt dixi) fratres minores tepefacti a sancto feruore
patris ⁊ patrum suorum primorū nauseantes super mā⸗
na cibum angelicū. i. regulam pascentē animas per virtu
tes ibi insertas ⁊ dicentes/ Quis dabit carnes ad vescen
dum? Recordamur piscium quos comedebamus in egy⸗
pto gratis. In mentē veniunt nobis cucumeres ⁊ pepo⸗
nes/ porriq; ⁊ cepe ⁊ allia. Aīa nostra arida ē. Nihil aliud
respiciunt oculi nostri nisi man. Numeri. xj. querentes oc⸗
casionē recedendi a rigore sancte paupertatis et humili⸗
tatis ⁊ ab obseruantia regule ⁊ euangelij possibili litera
li: que nedum possibilis erat ⁊ est feruorem bone volunta
tis habentibus: imo suauis ⁊ leuis. Mat. xj. et ſm Augu.
Amor imania ⁊ difficilia facit leuia. Nō curantes seruare
voluntatem patris: quam in testamēto suo fratribus no⸗
tificauerat ⁊ seruare mandauerat. Et sic fractores testa⸗
menti ⁊ indigni hereditate perfectionis euangelice: que
maxime in paupertate ⁊ humilitate ⁊ charitate consistit.
xj. q. j. syluester. a sede apostolica declarationes et priuile⸗
gia plurima impetrarunt. per que a sancta paupertate ⁊
humilitate quasi oīmode recesserūt. Nam eorum priuile⸗
gia per q̄ nemini subsunt nisi sedi apostolice: eos in super
biam erexerunt: ⁊ in cōtumaciam cōtra omnes prelatos.
Quū em̄ omni creature ſm beatum Petrū. j. Pet. ij. et ex̄
de ma. ⁊ obe. solite. j. rn̄so. quilibet debeat esse subiectus ꝓ
pter deum ⁊ ꝓpter meritum sancte humilitatis. q: filioꝝ
Belial qui interpretatur absq; iugo. j. Reg. x. est nolle sub
esse. sed semper dominari velle: vt lucifer. Esa. xiiij. contra
quos Bern. Quanti vsq; hodie feda sequunt̄ infeliciaq;
vestigia? Immo ꝙ pauci euadunt quibus libido dominā
di non dominet̄? Quem sequimini miseri? Nonne iste est
mons in quē ascēdit angelus: ⁊ factus est diabolus? Ma
xime fratres minores q̇ magis humiles esse debent ꝙ ho
mines de mundo: per regulam ⁊ professionē ⁊ vocationē
suam omnibꝰ subesse debent: maxime dominis episcopis
⁊ alijs prelatis ⁊ ordinarijs locorū ⁊ sacerdotibus: ⁊ eis
honorem ⁊ reuerentiā exhibere: sicut ipse pater in regula
⁊ in testamento mandauit. Uerus em̄ humilis nedum su
perioribus sed inferioribus subijcit se. sicut christus subie
ctus erat matri ⁊ Joseph. Luc. ij. Et est iustitia omnis: sic⸗
ut dicit dn̄s Mat. iij. Joanni baptiste. sic em̄ decet serua⸗
re omnem iustitiā. que est ſm glos. ibi. subdere se minori.
Eorum priuilegia faciunt eos contēdere tota dei: quum
aliam maxillā deberēt porrigere ferienti. Mat. v. xxiij. q.
j. §. j. Ego autem citius darem alapam seculari: ꝙ mo⸗
dicum verbū iniuriosum dicerem aliquibus fratribus mi
noribus. tanta hodie eorū est impatientia ⁊ superbia. Fa⸗
ciunt etiam eos cōtemnere prelatos ecclesiarū: ⁊ occasio
ne priuilegiorum magis sunt insolentes et magis delin⸗
quunt. q: facilitas venie incentiuum tribuit delinquēdi.
xxiij. q. iiij. est iniusta. de facto: vt dicit ibi glos. non de iure.
⁊ ex̄ de vi. ⁊ ho. cleri. vt clericorum. Quū tn̄ ꝓtextu priui⸗
legiorum non deberet crescere flagitiorū authoritas. C.
de priuil̄. scho. l. ij. li. xj. Nec remissio peccatorum det licen
tiam delinquēdi. j. q. vij. exigunt. de pe. di. iij. sane. Et dicit
imperator. Non permittas delinquentes aliquibus pri⸗
uilegijs vti. in Aut̄. de manda. princi. §. ꝙ si delinquentes
no. ex̄ de priui. tuarum. Et faciunt se timeri sicut domini:
non sicut serui christi/ qui timent ⁊ nolunt timeri. ſm fra⸗
trem Egidium sed ab omnibus diligi. q: timor non est in
charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē. j. Jo.
iiij. xxiij. q. vj. §. ex ijs. Non em̄ dicit̄ homini vt terror suus
ac tremor fit contra homines: sed super cuncta animātia
terre. Gene. ix. vbi Greg. Homo quippe brutis animali⸗
bus natura prelatus est. ⁊ idcirco ei dicitur vt ab anima⸗
libus non ab hominibus timeatur. q: cōtra naturam est
superbire: ⁊ ab equali velle timeri. naturaliter em̄ omnes
sumus equales: sed peccatum facit subesse. xxij. di. de con⸗
stātinopolitana. ¶ Itē priuilegia liberant fratres ab op⸗
pressionibus ⁊ grauaminibus ⁊ iniurijs mundanorum/
quum tamen ista sit professio apostolica/ in tribulationi⸗
bus gloriari. ij. ad Cor. xij. ⁊ Actu. v. in fi. Ibant apostoli
gaudentes a cōspectu concilij: quoniā digni habiti sunt
pro nomine iesu cōtumeliā pati. ⁊ Ro. v. sed ⁊ gloriamur
in tribulationibus. Bern. Testimoniū diuini amoris. nul
lum credibilius: nullum certius in hac vita: ꝙ increpatio
que superbiā/ negligentiam/ et ingratitudinem repellit.
quo triplici vitio omne genus religiosoꝝ periculose labo
rat. Et super illud ps. cxvij. Exarserunt sicut ignis in spi⸗
nis. dicit Greg. Per flāmas detrahentiū ⁊ persequentiū
iustorum vita cōburitur. sed si que poterāt esse peccatoꝝ
spine: concremantur. Item Greg. Abel esse renuit quem
Cayn malitia nō exercet. vij. q. j. §. cum autem. vbi de hoc
xxiij. q. iiij. hec autem. Item Mat. v. persecutionē sustinē⸗
tibus dicitur ꝙ ipsorum est regnum celorū: et vasa figuli
probat fornax. hoīes autem iustos tētatio tribulationis.
de pe. di. ij. si em̄. vltra. ij. colū. ibi. ⁊ vasa. Et Greg. Quis⸗
quis appetit plene vitia euitare: studeat humiliter purga
tionis sue flagella tolerare: vt tanto post mundior ad iu⸗
dicem veniat: quanto magis nunc eius rubiginem ignis
tribulationis purgat. Et. j. Pe. ij. Christus passus est pro
nobis vobis relinquens exemplum ⁊c. ¶ Item quū pri⸗
uilegia sint lex priuata. di. iij. priuilegia. et ex̄ de. R. sig. abs
bate. non est virorum perfectoꝝ leges cōmunes abijcere:
sed eas perfectius alijs obseruare. Unde super illo verbo
j. Timo. j. Justo nō est lex imposita. dicit Bern. Alia est lex
promulgata a spiritu seruitutis in timore: alia a spiritu li⸗
bertatis in suauitate data. nec sub illa cogūtur filij: nec si⸗
ne ista seviuere patiuntur. Uis audire quia iustis non est
lex imposita? nō accepistis/ ait Paulus/ spiritū seruitutis
iterum in timore. Ro. viij. xxiij. q. vj. §. ex ijs. Uis audire q:
sine lege charitatis non sunt: sed accepistis/ inquit/ spiri⸗
tum adoptionis filiorum. Unde quod dicit̄. j. ad Timo. j.
Justo non est lex imposita/ intelligitur. i. non tamꝙ inui⸗
tis imposita. sed voluntarijs eo liberaliter data quo sua⸗
uiter inspirata. Sancta ergo est omnis lex iusta propter
transgressionem prohibendā ⁊ puniendam. Unde Gala.
iij. Lex posita est ꝓpter trāsgressionem. ⁊ di. iiij. facte sunt.
⁊ in prohe. decre. Rex pacificus. ⁊ in prohe. vj. li. Hic adde
quod scripsi. s̄. in. §. rursus. R. tria autē. cum. R. se. qui inci⸗
pit. sic etiam intelligitur. lij. ar. ⁊ in. §. religio. R. non erra⸗
uit. in ar. lxj. Propter causas predictas pater almus Frā⸗
ciscus noluit in ordine suo haberi priuilegia. sed dicebat
Hoc est priuilegiū pro me ⁊ fratribus meis: nullū scilicet
habere priuilegium super terram: sed omnibus obedi⸗
re: ⁊ inferiorem me omnibus reputare. Unde contra vo⸗
luntatem suā a sede apostolica priuilegia impetrarūt. vt
patet in testamento suo: ⁊ sepius supra dixi. s̄. in. §. religio
R. tollat inquā. in ar. lxj. Unde quū transiret per Lombar
diam: ⁊ in quodam loco fratrum dixissent sibi fratres ꝙ
quoddam priuilegium impetrarant pro quodam fratre
magno predicatore/ ꝙ per totam Lombardiam authori
tate apostolica posset libere predicare. pater priuilegium
sibi fecit dari ⁊ cultellum: quo totum illud priuilegiū mi
nutatim abscidit et proiecit in ignem. ¶ Declarationes
etiam (vt dixi) maioris preuaricationis occasio fuerunt.
nam sicut experiētia manifestat ⁊ veritas occulta: quāto
in ordine facte sunt plures declarationes: tanto sunt plu⸗

res pꝛeuaricationes. Sensus enim et cagitatio humani coꝛdis in malū pꝛona sunt ab adolescentia. Gen. viij. ⁊ ꝑ diuis est cursus ad voluptatem. ⁊ imitatrix natura vitiorum dicitur in concilio Toletano. xx. q. iij. pꝛodiuis. xij. q. j. c. j. Volens autē seruare pure ⁊ simpliciter et etiam literaliter suam regulā sanctam ⁊ possibilem ⁊ supererogantem alijs regulis in vita ⁊ in merito. pꝛodiuitatē illam facile vincit. Nec ꝙ autem / vt supꝛa dixi / declarationes Romanoꝛum pontificū contra voluntatem beati Francisci (ne per occasionē earum fratres recederent a regule puritate) fuerint impetrate: q: spiritus ꝓphetie non semper est in sanctis. de pe. di. ij. querendum est. als est. §. sub. c. valida. credo declarationes per spiritūsanctum ab ecclesia emanasse: q: statum euangelicum ⁊ eius perfectionē declarant ⁊ confirmant. que perfectio tempoꝛe pape Joan. de caturco. xxij. fuit vehementissime impugnata: et regula ⁊ declarationes. sed veritas apud Esdram valet ⁊ inualescit. viij. di. consuetudo. ⁊ Esdre. iiij. declaratione nō indiget: q: ipsa per se clarissima est: ⁊ nedum possibilis sꝫ facilis ⁊ suauissima. vt supꝛa dixi in. §. religio. ꝟ. non errauit. in ar. lxj. bonam habentibus voluntatem / ⁊ gustantibus spiritūsanctum / ⁊ vere expꝛopꝛiatis a mundo / ⁊ crucifixis mundo. Sed sicut scribitur Pꝛouer. xviij. verū est ꝙ occasiones querit qui vult discedere ab amico. sed hoc intelligo de falso amico. Nam Eccl'i. vj. quinqꝫ amicoꝛum genera distinguūtur. sed qui verus amicus est regule: semper eam diligit ⁊ eam seruat: nec querit ab ea recedere. q: omni tēpoꝛe diligit qui verus amicus est. Pꝛouer. xvij.

¶ Articulus. lxvij. A

Pꝛo ad veritatē

⁊ defensionem sancte regule fratrū minoꝛum sciendū est ⁊ memoꝛie cōmendādum futuris tēpoꝛibus pꝛofuture / ꝙ (sicut. s. §. pꝛoximo. s. ꝟ. non eñ. dixi et pꝛobaui) ad illum scilicet Romanum pōtificē pertinet regule declaratio: ad quē pertinet ei⁹ concessio ⁊ confirmatio. Item quum regula sancta fratrū minoꝝ sit medulla euāgelij ſm beatū Franciscum: ⁊ de eo sit tracta: ad quē pertinet euangelij declaratio: ad eū pertinet ⁊ regule euāgetice elucidatio. q: hec de maioꝛibus causis est. xvij. di. nec licuit. ex̄ de bap. maioꝛes. in pꝛin. Hoc ideo scribo q: tēpoꝛe domini pape Jo. xxij. anno pontificatus eius. xvj. quidā viri Belial pseudo fratres minoꝛes inimici dei ⁊ btī Frāncisci euangelij chꝛisti ⁊ regule pꝛedicte ⁊ vere oꝛdinis scelératissimi pꝛoditoꝛes ⁊ destructoꝛes. ⁊ in oꝛdine eodē scilicet fratrū minoꝛum quidā eoꝛum pꝛelati ⁊ ij pꝛecipue q̄rentes que sua sunt. Phil'. ij. viij. q. j. sunt in ecclesia. ponentes os in celum ventribus gradientes super terram. xxj. di. intantum. nō recte cogitantes / sed malignissime cōtra sanctum oꝛdinē ⁊ regulam machinātes. Sap. ij. ⁊ Hiere. xviij. que duo. c. percutiunt valide istos impios: pꝛocurarunt cū pꝛedicto dn̄o papa Joāne et quibusdā cardinalibus declarationes omnes factas super regulā a sede apostolica / maxime decre. domini Nicolai totaliter reuocari. allegantes qꝺ ego supꝛa de testamento patris dixi in. §. s. pꝛoximo. ꝟ. nec dicere intendo. sed ipsi meo ⁊ sancte regule cōtrarium intellectū habentes / vt regulam destruerent: dicentes (vt dixi) ꝙ cōtra voluntatē beati Francisci fuit ⁊ cōtra suum testamentum aliquā declarationem sup regulā a sede ap'lica ipetrare. ⁊ ꝙ declarationes erāt fratrū ligamina. ⁊ ꝙ sine declarationibus melius poterat regula obseruari. ⁊ ꝙ declarationes erant impossibiles ad seruandum. fingentes se pꝛo zelo regule ⁊ testamenti hoc dicere: quū tamen tacite ⁊ subdole ipsam per huiusmodi reuocationem declarationum intenderent destruere. sicut apparet in eoꝛum declaratione. imo potius destructione nefandissima ⁊ falsissima et carnalissima quam fecerunt super regula ante dicta. Declarauerunt enim authoꝛitate pꝛopꝛia nulla eis a domino papa potestate cōcessa / sed ze-

In eos incepit q̄ regulā minoꝝ curarūt declaratam.

lo diabolo concitati (qꝺ nunq̄ fuit in oꝛdine ab aliquo generali ministro vel capitulo attentatum) regulā expꝛesse contra regulā. scilicet ꝙ illud quod dicitur in capitulo regule. Pꝛecipio firmiter vniuersis fratrib⁹. vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per aliam personam interpositā. tamen pꝛo necessitatibus infirmoꝛum ⁊ alijs fratribus induendis ⁊c. ꝙ illud per personam interpositam nō debebat referri ad necessitates infirmoꝛū ⁊ ad indumenta fratrum. Unde glossauerunt ꝙ pꝛo fratribus infirmis ⁊ indumentis fratrum pecunia bene poterat recipi in oꝛdine per personam interpositam: et tamen in fine illius. c. regule dicitur expꝛesse / Eo semper saluo vt sicut dictum est denarios vel pecuniā non recipiūt. Sed ipsi dicunt / scilicet per se. sed bene per personā interpositam. Et sic ceci ⁊ carnales exponūt textum contra textum. q: textus dicit sicut dictum est. sed. s. dictū est ꝙ fratres nullomodo recipiant pecuniam per se aut per personam interpositā. ergo clausula illa / eo semper saluo / q̄ in fine. c. ponitur ⁊c. ad totum illud quod dictum est in pꝛincipio referenda est. vt est casus expꝛessus. ex̄ de ap. inquisitioni. Ea etiam que in pꝛincipio ponuntur: ad finem referenda sunt. vt est etiam expꝛessum ex̄ de ap. scꝺo. et faciūt que leguntur et no. xxxij. q. vij. apostolus. ff. si certū pe. lecta. ff. de lega. j. si seruus plurium. ff. de ver. obli. titia. xxviij. di. q: sunt. ⁊ que pꝛecedunt repetita intelliguntur. ff. de cō di. ⁊ demon. a via. Faciunt ad hec que notantur ex̄ de rescrip. causam que. in glos. ⁊ ita. ⁊ decre. illa. ⁊. e. ti. olim. §. fi. in glos. videtur. ¶ Glossarunt etiam illi impij ꝙ nomine infirmoꝛum intelligebatur omnis infirmitas. scilicet nedum coꝛpoꝛalis sed etiā spiritualis. dicētes ꝙ pꝛo omni necessitate coꝛpoꝛali que ſm eos vocatur infirmitas: poterat pecunia recipi in oꝛdine per ꝑsonam interpositam. Sed quis cecus ⁊ impius talē glossam fecisset: ⁊ textum violentasset. quū in eodem. c. dicatur (vt pꝛemissum est) ꝓ necessitatibus infirmoꝛum ⁊ fratribus induendis ⁊c. ergo nomine infirmitatis nō intellexit contineri necessitatem indumentoꝛū. quū vtrūqꝫ specificet: infirmos / ⁊ fratres induendos. Nam specificatio indumentoꝛum extra clausula generali infirmoꝛum. ar. bo. ex̄ de rescrip. sedes. Item isti impij trahunt verbum infirmoꝛum extra pꝛopꝛiam significationē / q̄ est de infirmitate coꝛpoꝛali: ad aliā necessitatem coꝛpoꝛalē: que non vocatur infirmitas verbo accepto cōmuniter sicut debet accipi. q: ad cōmunem verbi intelligentiam recurrendū est. ex̄ de sponsa. ex literis. j. Et ſm Hilarium / Intelligentia verboꝛum ex causis est assumenda dicendi. ex̄ de ver. sig. intelligentia. vbi pꝛo hoc sunt multe concoꝛdantie canonice ⁊ ciuiles. Vere fuerunt infirmi in anima tales glossatoꝛes et regule destructoꝛes: ⁊ male a demonio toꝛquebantur cū filia chananee Mat. xv. ⁊ pucero cēturionis. Mat. viij. ¶ Tertio glossarūt dicti ceci duces. Mat. xv. ⁊. xxiij. ⁊ Luc. vj. ⁊ ex̄ de eta. ⁊ qua. cū sit. quoꝛum oculi obscurati sunt. ne viderent. ſm ps. lxviij. ⁊. xxxvij. di. §. fi. ⁊ cōpositoꝛes maligni volentes aquam ad suū trahere molendinum. quoꝛum infidelium mentes deus hui⁹ seculi occecauit. ij. Coꝛ. iiij. et cōtra q̄s chꝛistus venit in iudiciū in hunc mundum: vt q̄ viderunt ceci fierent. Jo. ix. facit. xlix. di. hinc etenim. ꝟ. albuginem. ꝙ verba illa regule posita in. c. illo regule quod sic incipit Fratres qui sunt ministri ⁊c. ꝟ. Et vbicūqꝫ sunt fratres q̄ scirent ⁊ cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare: ad suos ministros debeant ⁊ possint recurrere ministri vero charitatiue ⁊ benigne eos recipiant ⁊c. poterant ministri in articulis regule dispensare. Sed veraciter isti machinatoꝛes quod pꝛeuidit beatus Franciscus per verba pꝛedicta ad regulam purius ⁊ perfectius ⁊ spiritualius obseruandam. ⁊ sic regule ⁊ eius zelatoꝛum remedium trahunt ad eius pꝛeuaricationē ⁊ notam. cōtra illud. xlv. di. licet. ex̄ de excep. pia. j. mis'o li. vj. Et totum hoc fiebat ad insidias sanctificationis. j. Macha. j. regule: vt pecunia in oꝛdine reciperentur credentes etiā in hoc dn̄o

pape Jo. placere. Jam per verba predicta ꝓuidit almus
Franciſcus regule zelatoribus ⁊ regule puritati. timens
⁊ preuidens eam in poſterum relaxatum iri. ſicut impſen
tiarum videmus. Ergo ſic ꝙ fratres q̄ ſcirent ⁊ cognoſce-
rent ſe nō poſſe ⁊c. ꝓpter impedimentū̄ ſociorum fratrū̄
vel loci vel inferiorū̄ prelatorum. vt inferius declarabo.
ita ꝙ illa impotentia non eſt referenda ad ipotētiā corpo
ralem vel anime/vel defectū̄ ſpiritus: quia nullus frater
quicūq; ſit/ſanus vel infirmus/debilis vel robuſtus/ no-
bilis vel ignobilis/magnus vel paruus/adoleſcens iuue
nis vel ſenex/poteſt cum veritate dicere/niſi ex malitia
vel ex relaxatione ⁊ mala ſua voluntate: Nō poſſum regu
lam puriſſime obſeruare. Quis em̄ frater poteſt dicere cū̄
vera conſciētia/ Nō poſſum obedire/ Nō poſſum caſtitatē
ſeruare/ Non poſſum ſan⁹ peditare/ Non poſſum ſanus
⁊ ſine magno frigore glacie ⁊ niue (in quo caſu regula ꝓ
uidet dicēs/ Et qui neceſſitate coguntur poſ. por. cal.) diſ
calciatus ⁊ cum ſoleis ire/ Non poſſum ſanus (q: infirmi
ſm̄ regulam non tenentur. ⁊ ius. ex̄ de obſer. ieiu. c. ij.) re-
gularia ieiunare ieiunia/ Non poſſum horas dicere ⁊ ora
re/ Non poſſum a murmurationibus et iudicijs cauere/
Carere ꝓprio/ Nō poſſū eſſe patiēs ⁊ hūilis/ Nō poſſum
ſuſpecta cōſortia euitare: ⁊ monaſteria monialium nō in-
gredi/ Non poſſum paupertatem ſeruare/ Nō poſſum pe
cunia carere/ ⁊ alia regularia inſtituta ſeruare: Nā regu-
la Franciſci almi apoſtolica ſacratiſſima et diſtrictiſſima
omnia concedit neceſſaria corporalia. ſed nō cōcedit pec-
catum quod deus odit. Eſa. j. Sapien. xiiij. Prouerb. vj.
Eccli. xij. Amos. v. j. q. j. odit. xxiiij. q. j. odi. de pe. di. j. quam
obrem. Concedit quidem tunicas ſm̄ tēpora et frigidas
regiones. portare calciamenta in neceſſitate. equitare ꝓ
magna neceſſitate aut infirmitate. cōedere de appoſitis.
frāgere ieiunia in neceſſitate. Nam q̄ pre neceſſitate. aut
infirmitate carnes aut alia delicata comedit: ⁊ talis dum
manducat/ſi ſe tēperat/ita ſeruat regulā: ſicut qui nō cō-
edit. ar. op. xlj. di. quiſquis. Qui in neceſſitate calciat⁹ va-
dit: vel pre neceſſitate ieiunia frangit: vel pre neceſſitate
equitat: ita ſeruat regulā etiam literaliter/ q: intellectua
liter ⁊ mentaliter et ſm̄ intentionem cōdentis/ ſicut qui
diſcalciatus vadit aut ieiunat aut peditat. Et idem in ſi-
milibus. ad hec. xxv. q. j. §. ijs ita. vbi dicit̄ de Dauid ꝙ com
edit panes propoſitionis pre fame. j. Reg. xxj. ⁊ Mat. xij.
de con. di. v. diſcipulos. ⁊ di. j. ſicut. ex̄ de obſer. ie. c. ij. ex̄ de
regu. iur. quod non eſt. vbi de hoc ſunt concor. Nullus er
go retorqueat in indiſtrictionē vel impoſſibilitatē regu-
le malam voluntatem ſuā. Non ergo iniquus exprobret
factori eius: q: nemo peccat ⁊ preuaricatur contra regu-
lam inuitus vel impotens. xv. q. j. §. j. ⁊ c. non eſt. j. q. iiij. ho
mini. Nec regula alio diſpenſatore indiget: q: ipſa proui-
det ⁊ diſpenſat ſicut cuiq; neceſſe eſt. Eſt ḡ ver⁹ ⁊ pur⁹ et
clarus intellect⁹ dictorum verborū. iſte ſcilicet/ Fratres q̄
ſcirent ⁊ cognoſcerent. ergo ex regula eis ⁊ eorū̄ conſcien
tie cōmittitur illud ſcire ⁊ cognoſcere. ipſi tamen caueāt
ne nimis habeant conſcientiam ſine ſcientia. i. zelum vel
fauorem ſm̄ apoſtolum non ſm̄ ſcientiam. ad Ro. x. ⁊ xv.
q. j. §. j. ⁊ conſcientiam ſcrupuloſam debent deponere ad
conſilium ſapientis deum timētis. ex̄ de ſimo. per tuas. ij.
Se nō poſſe regulam ſpiritualiter. i. perfecte ⁊ pure et in
ſpiritu veritatis obſeruare. Hanc literā ſic exponūt qui
magiſtri theologie Pariſiēſes ſcribētes capitulo genera
li fratrum minorum/ ſcilicet frater Gualdifridus/ frater
Alexāder de hal. frater Jo. de rupella/ frater Robertus
de baſtia/ frater Rigandus. Videtur obſeruantia regule
ſpiritualiter/ obſeruātia ſm̄ rigorem ſiue ſm̄ puritatem
ſuam ſine occaſione proxima ad peccatum. Alijs videtur
ꝙ iſtud referendum ſit ad locum. quum ſcilicet ratione lo
ci preſtatur fratribus impedimentum ne pure poſſint re-
gulam obſeruare. vt q: loco eſt annexa proprietas aut cir
ca aliqua animarum ad quam ratione loci fratres neceſ-
ſario tenerentur. huc uſq; magiſtri. Ego autem vtrūq; ac-
cipio. ꝙ ſiue ratione loci (vt dictum eſt) proprietatē habē
tis ſpiritualem vt parochiam/vel temporalem vt vineas
oliueta vel agros/ ſicut in ordine aliqua ſunt loca: ſiue re
ditus aut prouētus. ſiue poſiti in loco inhoneſto inter ha
bitacula mulierū̄. Siue ratione perſonarum/ quia Guar
dianus eſt diſſolutus/carnalis/et de regula non curans:
⁊ per habitacula mulierū̄ ducit fratrem maxime iuuenem
Vel loci familia cōmuniter diſſoluta vocās carni: ⁊ nō ſpi
ritui: ⁊ maxime ſpiritualem fratrem ⁊ regule zelatorē pſe
quens ⁊ ſcandalizans. Vel quia frater per obedientiam
ſui prelati cum aliquo cardinali vel epiſcopo vel domino
temporali ponitur ad morandum: vbi magna eſt occaſio
paupertatem rumpendi difficultas humiliter cōuerſan-
di ⁊ orandi: ⁊ alios actus ſpirituales exercendi: Et vbi eſt
occaſio in ſua libertate viuendi: et periculum ſpirit⁹ cum
ſecularibus cōuerſandi: q: ſicut piſcis ſine aqua/ ſic reli-
gioſus extra clauſtrum moritur in ſpiritu. xvi. q. j. placuit
Vel quia frater moratur in loco vbi eum mendicare non
oportet. q: habet neceſſaria ab aliquo domino temporali
vel cōmunitate. vel q: de pecunia continue viuit et nō de
aliqua alia eleemoſyna panis aut vini aut olei. ſed omnia
emūtur de pecunia. ſicut ſunt aliqua loca in ordine. in ijs
duob⁹ proximis caſibus cōprehenſa. In quibus caſibus
non poteſt regula quātū̄ ad veram paupertatem ſpiritua
liter obſeruari. In ijs ⁊ in ſimilibus caſibus et exemplis
vbicumq; ratione loci vel ſocietatis vel cōuerſationis a
regule diſceditur puritate: ad ſuos miniſtros ſcilicet pro-
uinciales. ꝙ ſi ipſe eis non prouiderint: ſicut infra p̄cipit
debent recurrere ad generalem miniſtrū̄/ quo ſuper hoc
non prouidente/ recurrant ad ordinis protectorē: qui ſm̄
regulam eſt gubernator/ protector/ ⁊ corrector fraternita
tis fratrum minorum. ⁊ quem credo ſuper prelatos ordi
nis negligentes in corrigēdo etiā in generalem miniſtrū̄
iuriſdictionem habere: ⁊ ſuper fratres cōtemnentes ordi
nis diſciplinam: per verba ſupradicte regule in. c. ad hec
per obedientiā. ibi. Qui ſit gubernator et corrector. ar. ex̄
de accuſa. olim. de ſta mo. ea que. et. c. in ſingulis. §. huius
vero. Et talis protector ⁊ corrector in ijs caſibus nedum
habet iuriſdictionem: ſed etiam punitionē. Ad que faciūt
ea que leguntur ⁊ no. ex̄ de offi. de lega. preterea. ⁊. c. ex li-
teris patriarche. Protectore vero hoc negligente vel fa-
cere non curāte/ frater recurrat ad papā nec aliud reme-
dium poteſt dari. Ad hec ex̄ de iure pa. nullus. ix. q. iij. cum
ſimus. ij. q. vj. ad romanam. Debeāt/ obligatoriū eſt. Ergo
frater de hoc ſibi faciens conſcientiam/ tenetur ad mini-
ſtrum ſuum recurrere ſuper obſeruanda ſue regule puri-
tate. ar. xiiij. q. j. quod p̄cipitur. Et poſſunt recurrere. Mi-
niſtri vero charitatiue et benigne eos recipiant: et tam
familiariter habeant ſcilicet fratres recurrētes apud ip-
ſos ſcilicet miniſtros: vt dicere poſſint ſcilicet fratres eis
ſcilicet miniſtris: ⁊ facere ſicut domini ſeruis ſuis. q. d. In
hac recurſione pro regule puritate fratres cenſentur lo-
co domini: ⁊ miniſtri loco ſeruorū̄. vnde ſequitur. Nā ita
debet eſſe ꝙ miniſtri ſint ſerui. ar. eorum que leguntur et
no. ex̄ in ꝓhe. decre. Greg. epūs ſeru⁹ ⁊c. ⁊ que legunt̄ ⁊ no.
in prohe. vj. li. ſuper verbo/ ſeruus. Omniū̄ fratrum. q. d.
In hac parte tenentur obedire miniſtri fratribus recur-
rentibus ad eos vt purius regulam obſeruent. Unde et
de mente textus ⁊ ſatis ex litera dico prelatos miniſtros
ad quos fratres recurrunt vt purius ⁊ perfectius regulā
ſuam obſeruent: eſſe obligatos ad prouidendū fratribus
recurrētibus ad eos de loco ⁊ de ſocietate ⁊ de guardia-
no: in quo ⁊ cum quibus poſſint fratres regulam ſuā pu-
rius obſeruare. alīs peccant mortaliter ipſi miniſtri qui in
hac parte non obediunt fratribus ad eos recurrentibus
ſicut debent obedire ſerui dominis ſuis. ad Ephe. c. vlti.
¶ Sed hodie tales fratres recurrentes ad eos pro regu
le puritate poti⁹ miniſtri aliq̄ tribularent: q̄ eis de purita
te regularis obſeruātie ꝓuiderent. Nā hodie ⁊ iamdiu eſt
in ordine puritatis regule zelatores ⁊ preuaricationum

regule contradictoꝛes persecutiones sepe a pꝛelatis oꝛdi-
nis quibusdam ⁊ carnalibus fratribus patiuntur in oꝛ-
dine vbilibet/nedum verbales sed reales.q: fratres zelo-
typi regule spirituales ⁊ penitentiā facientes nisi sileāt/
⁊ se de pꝛeuaricationibus fratrū alioꝝ aliquoties cōniuē-
do se non intromittant:aut incarcerantur.aut de oꝛdine
expelluntur:aut diuersis tribulationibus affligūtur per
quosdam malos pꝛelatos:vt ⁊ ipsi cogantur quasi de oꝛ-
dine recedere ⁊ deserta ⁊ diuerticula querere.sicut ⁊ ego
scriptoꝛ frequenter expertus sum in meipso.maxime quū
moꝛarer in monte aluerne vbi almus Franciscus recepit
stigmata chꝛisti.Gala.vlti.Exempla patentia querantur
in pꝛouincia Pꝛouincie/in pꝛouincia Thuscie/in pꝛouin-
cia Marchie ⁊ beati Francisci.vt sic ad literam verbum
apostoli impleatur.Qui ſm carnem est/persequitur spi-
rituale̅ ⁊ n.Gala.iiij.xxiij.q.iiij.qui ſm carnem.xxiij.q.iiij.
recurrat.Unde pꝛopterea totus oꝛdo diuisus est.⁊ palee
grana conculcant in oꝛdine ⁊ in area Frācisci beatissimi.
Et in ei⁹ sagena mali pisces bonos comedunt.Et in eius
domo vasa fictilia aurea contaminant ⁊ confringunt .ij.
Timo.ij.⁊ pꝛe.c.qui ſm.⁊.xxiij.q.vij.c.j.Et nunquā cessa-
bit ista persecutio et pꝛeuaricatio:donec reuolet.o.ad.a.
xxv.di.ab exoꝛdio.vt scilicet detur regula a sancta Ro-
mana ecclesia ⁊ a capite eius vicario dei literalis ⁊ pura
sine pꝛiuilegijs ⁊ declarationib⁹:sicut data fuit beato Frā-
cisco ⁊ illi sancto numero duodenario eum socianti ⁊ fra-
tribus spiritualibus eam ſm rigoꝛem ⁊ pure et simplici-
ter moꝛe apostolico volentibus obseruare:⁊ separetur ad
literā pꝛeciosum a vili.Hiere.xv.⁊ amurca ab oleo:⁊ gra-
num a palea.Mat.xiij.⁊.xj.⁊ rumpatur rete Francisci li-
teraliter iam scissum spiritualiter/⁊ boni pisces condiant
ecclesiam:⁊ mali ambulent in aquis ⁊ locis humentibus
⁊ paludibus.de pe.di.ij.si enim.in fi.et separetur spiritus
a carne.vt pꝛe.c.recurrat.Interim taceant viri dei ⁊ san-
ctis virtutibus ⁊ exemplis et obseruantia purissima (qꝺ
est difficillimū:q: mali coꝛrūpunt bonos secum habitan-
tes)ps.xvij.Cum peruerso peruerteris.xxiij.q.iiij.ita pla-
ne.Sed hic vide qꝺ scripsi supꝛa in pꝛīa parte in.§.ceterū.
℣.insuper res ponderant.cum.℣.seq.⁊.℣.sed et isti dicāt.
in ar.lxv.pꝛedicent fratres suos.ar.xxv.dis.c.fi.¶ Iste est
ergo intellectus verus quem posui verboꝛum in pꝛe.c.re-
gule positoꝛum in summa:scilicet ꝙ per veram obedien-
tiam tractam de mente litere (vt dixi).ministri requisiti
a fratribus super obseruantia regule puritatis/pꝛouide-
ant eis in societate ⁊ loco:quo ſm rigoꝛem ⁊ spiritualiter
⁊ perfecte suam regulam valeant obseruare.Nō ꝙ in ali-
quo cum fratribus valeant dispensare:⁊ regulam relaxa-
re.sicut pꝛedicti pꝛelati impij glossarunt:quātū in eis fuit
regulam destruentes:⁊ dicentes ꝙ de illo.c.⁊ illis verbis
⁊ de illo recursu q̄ supꝛa pꝛoxime exposui:nunꝙ oꝛdo ali-
quam vtilitatem habuit.vocantes vtilitatem regule de-
structionem:vt scilicet possint ministri in regula dispensa-
re.quum tamen vt supꝛa in pꝛin. istius.§.pꝛobatū est/ad
dominū papam pertineat solum in regula dispensare:et
eam declarare qui regulam dedit ⁊ cōfirmauit ⁊ declara-
uit.¶ Quatuoꝛdecim autē sigilla ministroꝛū partim vo-
luntarioꝛum partim timidoꝛum quoꝛum aliquos ad con-
trarium de eo quod agebant diu ⁊ efficaciter confoꝛtaui:
⁊ eos non potui reuocare:q: a fratre Geraldo generali
ministro tunc minis ⁊ iniurijs arctabantur Auinione tē-
poꝛe pꝛedicti domini pape Ioā.xxij.⁊ tempoꝛe meo cum
sigillo pꝛedicti generalis ministri fratris Geraldi de Aq-
tania:qui fuit authoꝛ ⁊ pꝛincipalis glossatoꝛ trium glossa-
rum exxoꝛtarum pꝛedictam regulam destruentiū:in vna
chartula pependerunt.⁊ eam dictus generalis cum qui-
busdam de pꝛedictis ministris domino pꝛedicto Ioā.pa-
pe pꝛesentauit/adsistētibus multis cardinalibus.Domi-
nus autem papa p̄dictus dei vicarius lumine claritatis
spiritussancti infusus iustus iudex/veritatis zelatoꝛum
suoꝛum pꝛecessoꝛum regulam declarantium sequens ve-

stigia/nolens impinguari.ps.xxij.in suo capite quod est
caput ecclesie coꝛpoꝛis mystici.xxiij.q.iij.pꝛo mēbꝛis.et.q.
v.de liguribus.ecclesie.xxij.di.c.ij.militantis.oleo dictoꝛū
ministroꝛum vere coꝛam deo et eius ecclesia peccatoꝛū:di-
xit generali pꝛedicto fratri Geraldo qui tres pꝛedictas
glossas quas supꝛa pꝛoxime posui sceleratissimas anathe-
mate perpetuo feriendas confecerat:credens placere ipi
pape Ioan.⁊ a quo capellum rubeum expectabat:in illo-
rum pꝛesentia ministroꝛū Generalis: intellectus iste quē
in duobus pꝛedictis capitulis regule das:erroꝛius est:et
contra regulam est.⁊ non credimus/ꝙ de mille fratribus
vnus de oꝛdine tecum in intellectu huiusmodi concoꝛda-
ret.Cardinales aūt domino pape adsistētes/glossas pꝛe-
dictas pꝛedicti Geraldi cōtra regulam dicentes ⁊ ipsum
concoꝛditer deridebant:cognoscentes de qua radice pe-
stifera fuerant fabꝛicate.j.q.j.fertur.⁊.c.quibusdam.Dixit
mihi tūc quidam cardinalis/Uere hodie nobiscū quum
essemus cum papa fuit sanctus Franciscus.quasi diceret
ad defendendam regulam suam.¶ Postꝙ̄ pꝛedictus ge-
neralis minister ⁊ alij ministri contra sacram regulam cō-
iurantes sui pessimi conatus non habuerūt effectum:cō-
posuerunt malitie malitiam adiungentes/ꝙ postꝙ̄ de-
clarationes non poterant facere reuocari:nec suas glos-
sas authenticare:de declaratione domini Clemētis/Extra
ui de paradiso.certos articulos pꝛocurarēt auferri. Sed
in hoc succubuere etiam coꝛam chꝛisti vicario ⁊ eius reue-
rendissimis dominis Cardinalibus manu altissimi cos
beati Francisci meritis repellēte.¶ B Sed postꝙ̄ istā
digressionem vtilem ⁊ necessariam pꝛo fundamento re-
gule sancte factam interposui:ad pꝛeuaricationes quas
faciunt aliqui nostri fratres minoꝛes in pecunia iterū re-
deamus.Unde ⁊ frequenter quando pꝛelati volūt remu-
nerare aliquem fratrem de aliquo suo seruitio vel lectoꝛē
in studio generali:faciunt sibi solui vel dari in pecunia et
de pecunia loci vel pꝛouincie sicut vero facerent seculari.
Quod est contra statum expꝛesse.q: non debet fieri fratri
remuneratio pecuniaria:cui a regula pecunia ꝓhibetur
Nec pꝛelatus alicui eam dare potest:quum non sit nec po-
test esse sua/nec oꝛdinis.Semper enī oportet ꝙ pecunia
sit alicuius qui eam deposuit pꝛo necessitatibus fratrum
sine cuius voluntate de ea per aliquem fratrem vel pꝛela-
tum non potest aliquid innouari vt sepe superius dictum
est per decre.Exiij. ¶ Itē expꝛesse contra textum regule
est ꝙ aliquis frater minoꝛ recipiat aliquam pecuniā pꝛo
mercede sua.Unde in.c.illo regule quod incipit Fratres
illi.dicitur sic.De mercede vero laboꝛis pꝛo se ⁊ suis fratri-
bus coꝛpoꝛis necessaria recipiant pꝛeter denarios vel pe-
cuniam ⁊c.Olim autem pecunie que erant de libꝛis ven-
ditis in oꝛdine vel extra oꝛdinem/⁊ supellectilibus q̄ erāt
pape per pꝛiuilegia data oꝛdini:poterāt expendi per pꝛo-
curatoꝛes ecclesie Romane in necessitatib⁹ oꝛdinis.Sed
hodie (vt dictum est supꝛa) et pꝛocuratoꝛes ⁊ pꝛiuilegia
sunt per papam Ioā.quātum ad istum articulum reuoca-
ta.Unde nullus illoꝛum libꝛoꝛum aut supellectilium qui
erant ante illam constitutionem domini Ioan.pape vbi
reuocantur pꝛocuratoꝛes:et papa renuntiat pꝛopꝛietati
rerum quibus fratres vtuntur/quum illa omnia adhuc
sint pape quātū ad pꝛopꝛietatem:potest vendi sine licen-
tia expꝛessa domini pape:cuius adhuc ille res sunt:per de-
clara.Exiij.Libꝛi autem sacriales aut quecuis alie res da-
te oꝛdini aut fratribus particularibus post dictam consti-
tutionem quum dantium sit pꝛopꝛietas earundem/non
potest vendi:nedum a fratribus qui non habent ibi ius
sed nec per aliquem pꝛocuratoꝛem quia non est in oꝛdine
aliquis legitimus pꝛocuratoꝛ. Etsi esset aliquis de anti-
quis:nullo modo potest se de talibus intromittere. quia
reuera (non obstante fraude fratrum quoꝛūdam ⁊ loco-
rum in oꝛdine) omnes pꝛocuratoꝛes facti ⁊ faciendi qui
nomine ecclesie tunc fiebant reuocati sunt per cōstitutio-
nem que incipit/Ad conditoꝛem/pꝛedictam. Nec aliquē

contractum possunt hodie inire. quum papa eos reuocauerit: ⁊ proprio rerum (quibus ordo vtitur) renuntiauerit. Sed esto q̄ essent adhuc de reb⁹ datis ordini post constitutionem predictã: quum sint dantium quantum ad proprietatem: non possunt se intromittere vt de eis aliquem contractum ineant sine concedentium voluntate. Circa istum articulum fratres cõmuniter offendunt. quia ⁊ res antiquas quas ordo habebat ante pre. constitu. domini pape. que sunt adhuc pape ⁊ ecclesie Romane/faciũt vendi de facto ⁊ alias res que peruenerunt ad ordinem post dictam constitu. distrahunt tanq̄ proprietarij sine dominorum concedentium voluntate. ⁊ sic contrectant alienũ ⁊ per consequens furtum cõmittunt. ex̄ de elec. dudum. ij. ⁊ mortaliter peccant. vt pre. c. exijt. Nam predicta constitutio domini pape/Ad conditorem canonum/quantum est de facto frustra membranas occupat. xix. di. si romanorũ. ⁊ sicut ante illam constitutionem/ita ⁊ hodie emendo et vendendo ⁊ contrahendo cõmuniter viuunt fratres. nec de aliqua declaratione aut constitutione domini pape et ecclesie Romane conscientiam aliquam multi faciũt sibi fratres super articulo paupertatis. Nec mirum. quia quátum ad hoc parum de regula curant aliqui fratres. Nec hodie cõmuniter per declarationes aut per regulam viuunt fratres: sed per quasdam suas constitutiones. quarum multe sunt cõtrarie regule ⁊ declarationibus. et per quasdam consuetudines: que sunt potius corruptele. ex̄ de consue. cum venerabilis. ¶ Quidam etiam ex eis laborant scribendo eloquearia sportellas faciendo/vel suẽdo/vel horologia fabricando/vel alia opera mechanica. ⁊ precium pecuniarium recipiunt sicut alij seculares. contra eorum regulam. vt est dictum. s. e. ℣. vnde et frequenter. cum ℣. seq. Nunq̄ enim vel raro laborant quidam eorum pro cõmunitate. etsi pro cõmunitate: non gratis. nec opera eorum ponunt in manibus prelatorum: sed distrahunt sicut volunt. Immo multi eorum scribunt libros ad vendendum. ⁊ emunt: ⁊ carius quãtum possunt vendũt: sicut mercatores ⁊ negociatores. lxxxviij. distin. in palea Eijciens. ⁊ c. quoniam non cognoui. xiiij. q. iiij. quicunq̧ ex̄ ne cleri. vel mo. per totum. ¶ Vadunt etiam quidam ex eis ad eorum capitula ⁊ alia per mũdum pro eorum negotijs vel consanguineorum vel amicorum: ⁊ aliquoties nulla causa cogente: sed causa recreationis vagando per mũdum cum bursarijs: nunc equitando/nunc peditãdo contra decre. Exiui de paradiso. §. quocirca. ⁊ de hoc superius tactum est in. §. offendunt. in. ℣. vadunt etiam aliqui in ar. lxvj. ¶ Quidam etiam ex eis debitum contrahunt contra statum eorum. vt pre. c. exijt. §. ceterum. Frequẽter etiam granum ⁊ vinum ⁊ oleum ⁊ legumina ⁊ caseos et lanam ⁊ species alias quas acquirũt pro tunicis vendũt aliqui fratres. ⁊ non pro tunicis dant illam pecuniam sicut fuit voluntas dantium res illas: sed in alijs necessitatibus ⁊ vtilitatibus ponunt. cõtra eorum statum. quia non possunt illam speciem in aliud q̄ in tunicas cõmutare. sicut dicitur de pecunia ad certum vsum deputata/q̄ non potest in vsus alios cõmutari. vt in pre. c. exijt. §. ceterum. Immo in quibusdam prouincijs in ordine vt in Alemãnia lanã que datur eis pro tunicis fratres aliqui portant ad nundinas: ⁊ ibi carius vendunt q̄ vnde venerũt et emunt inde quod volunt sicut alij mercatores. contra statum ⁊ iura predicta. Item quum prelati aliqui deberẽt facere emi de illa pecunia vel de alijs eleemosynis fratrũ pannum pro tunicis fratrũ dant eis certas pecunie quãtitates: de quibus raro habent tunicas cõpletas. quas quãtitates nec prelati dare possunt: nec subditi recipere. quia contra eorum statum est. quia illa species deberet vendi de licentia dantium per famulum assignatum per fratres ⁊ per eum pannus emi de licentia ⁊ authoritate dantium granum illud vel illam speciem. ⁊ pannus deberet distribui per prelatum inter fratres prout quisq̧ egeret. xij. q. j. §. ij. ⁊ c. quia tua. ⁊ c. scimus. et non deberet dari pannus multo minus pecunia fratri non indigenti et diuiti multas tunicas habenti. xij. q. j. dilectissimis. Actu. iiij. Dicat ergo frater volens suam regulam ⁊ declarationes super regulam ecclesie obseruare prelato suo/Pecuniam nolo. detis mihi pannum quem vultis. contentus sum. Si autem prelatus nõ dat pannum: teneat illam pecuniam assignatam fratri pro tunica vel parte eius per guardianũ famulus pro dantibus granũ: donec ematur pannus pro fratre. Si autem illa pecunia non sufficit pro tunica: teneatur per famulum nomine dantis granum conuersum in pecuniam: donec alia eleemosyna habeatur pro fratris necessitate assignata de qua supplea͂r de tunica q͂d deest. Vtraq̧ tamen pecunia retenta a famulo pro dantibus teneatur quousq̧ in necessitate tunice sit expensa. vt sic predicta declaratio obseruetur. Raro tamen hodie inter fratres in isto articulo hec veritas ⁊ puritas obseruatur. immo pecunia data fratri pro tunica recipitur: ⁊ ad fratris vbi et in quibus voluerit libitum dispẽsatur. Multi etiam fratres maxime maiores in honoribus et pecunijs. I. di. quia tua. reuera non indigẽtes tunicis/immo habentes promptuaria ⁊ eleemosynas ⁊ decem mutatoria cum Naaman syro leproso: ⁊ ipsi liprosi lepra auaritie/Giezi discipuli Helisei. iiij. Reg. v. ⁊ j. q. j. qui studet. ⁊ c. cito. aut pannum pro tunicis/quum datur accipiũt: aut pecunias a guardianis faciũt assignari: sui status dupliciter transgressores. tum quia recipiunt tunicas quibus nõ indigẽt ⁊ sic rapiunt s̄m Ambro. xlij. distin. §. j. vt supra dixi. tum q: contrectant pecuniam alienam: que erat pro veris fratrũ necessitatibus assignata a dante. que sine licẽtia eius non potuit in rem non necessariam expendi. vt pre. c. exijt. ⁊ sic furtum cõmittunt. vt supra dictum est. legitur ⁊ no. ex̄ de elec. dudum. ij. Fratres minores etiam stantes cum dominis cardinalibus ⁊ prelatis contra eorum statum partem recipiunt dupliciter peccãtes mortaliter: ⁊ quia sine licentia deponitur: ⁊ sine necessitate. contra decre. exijt. de pecunijs datis ab alijs inter familiam diuidendis. Cum etiam starem Rome in sancta Maria de ara celi: fratres nostri de loco a quodam eorum famulo infirmo octingentos ⁊ amplius florenos acceperunt eo inuito: dicentes. Nobiscum fuit lucratus istam pecuniam. nostra est. quod tãtũ fuit sicut si raperent eam in via. ¶ Inquisitores etiã heretice prauitatis fratres minores quo priuilegio ⁊ qua authoritate nescio/tota die dispensant pecunias inquisitionis contra eorum conscientias et statum. quia esto q̄ inq̄sitores facti sunt: nõ propterea a regula absoluti sunt nec a declarationibus ecclesie. Et in hoc inquisitores dupliciter peccant mortaliter: quia quum per priuilegium papale tres partes debeant fieri de pecunia inquisitiõis: ⁊ vna cõmunitati terre de qua est hereticus dari: altera officialibus officij: tertia reseruari in manu diocesani in necessitate officij expendenda: nulla parte alicui assignata totum sibi inquisitores vsurpant/quum ecclesia Romana nullam eis partem assignet pro expensis. ⁊ sic vere fures sunt ⁊ latrones pecunie inquisitionis: eam preter ⁊ contra volũtatem Romanorum pontificum vsurpantes ⁊ eam in abusus suos fratrum et consanguineorum pro libito expendentes. Secundo offendunt. quia quum deberent esse fratres minores ⁊ pecuniam non contrectare eam expendunt qualiter eis placet. credunt tamen facere domino holocaustum: quum de illa pecunia faciunt conuentibus vel fratribus aliquam eleemosynam ad literã de mammona iniquitatis. i. de pecunia aliena. contra illa iura. xiiij. q. v. forte. c. immolans. c. scriptum. c. dixit. j. q. j. nõ est putanda. Tertio quia vix faciunt contra accusatos de heresi nisi pecuniariam condemnationem. vt eam imburssent. Propter quod vix credo q̄ aliquis eorum propter eorum extorsiones pecuniarias euadat excõmunicationem papalem: que ponitur in clemen. ex̄ de hereticis. multorum. ⁊ c. volentes. j. r̄nso. Socij etiam inquisitorum fratres minores sicut seculares et amplius pro officio nota

heretice prauitatis inq̄sitores.

satisfactionem facere inde videtur: super oibus quidem nobis ignominiam cōciliantibus esse tacendū. lucis em̄ hora est. super ijs vero que in personā alterius recurrūt: satisfaciendū ⁊ excusandū esse propter vinculum ⁊ cōiunctionē charitatis ⁊ insolubilis pacis. Quicūq; ex obediētia resilierunt: ij tamen annūtiabunt eiusdem vtilitatem. tunc enim cognouerāt in quali celo stabant. Qui em̄ ad impassibilitatem ⁊ deū currit: omni die in qua non maledicitur se multū damnū sustinere arbitratur. quemadmodū arbores ventis mote profundam radicem subtermittunt: ita in obediētia degentes fortes ⁊ inconcussas animas possident. Quisquis in solitaria q̄ete sedens cognouit suam infirmitatē: ⁊ transiens seipsum obedientie vendidit: iste quū esset cecus/absq; labore ad christū respexit. State/state/⁊ iterū dico state/currētes fratres pugiles. certatores audientes sapientē clamātem de vobis. Sap. iij. Tanq̄ aurum in fornace/magis vero in cenobio/probauit eos dominus: ⁊ quasi holocausta victime accepit eos in finibus suis. Quādo sentiunt grauia esse mādata que iubentur a patribus: qui sunt pigriores et magis ociosi: tunc magis preanticipare ⁊ preeligere conantur orationem. quādo vero leuiora iubentur: ab eadē tunc sicut ab igne fugiunt. Quādo igitur ad operationem manuū accedis: cogita quia christo ministras qui precepto ⁊ exemplo ad opera vsq; ad mortē te informat. Operans lauda deum tuū lingua. mente cogita. intētione glorifica. Nam qui in laboribus ⁊ in operib⁹ est infidelis ⁊ piger: in orationibus multo amplius erit piger ⁊ infidelis ⁊ remissus Sane oratio nequaq̄ in corporis quiete dirigitur: sed labore ⁊ actu. Amor quietis orationis est exterminium. ⁊ diminutionem virtutū predicat mandata negligere. Nunq̄ suscipias eum qui tibi subditus est dicētem tibi/Da mihi licentiam ⁊ potestatem ad talem operationē exequēdam et ita meipsum ⁊ ad id quod spirituale est permitte dirigere. Qui ita dicit: seductus est: ⁊ propriā perficit voluntatem: ⁊ optime obedientie federa spernit: ⁊ deceptus et illusus meritū coram deo obediētie perdit. Hucusq; Climacus a principio quasi isti⁹. §. hucusq;. Vide. j. in isto ar. in. §. dicebat. V. cum beatus. Dixit senex/Obedientia grāde ornamētum est monachis. Quicūq; eam possederit ⁊ ipse audietur: ⁊ cū fiducia crucifixo christo obedienti vsq; ad mortem. Phil. ij. adstabit. Ordo obediētium qui torquem auream in collo habet/maiorem gloriam possidet: q̄ aliquis ordo viuendi. q: totus in voluntate patris pendens nullam habet requiem. Est autem obediētia salus omniū fidelium: genitrix omniū virtutum: regni celorum inuentrix: celos aperit: hominē de terra eleuat: cohabitatrix est angelorum: cibus est oīm sanctorum. Ex hac enim ablactati sunt: ⁊ per hāc ad perfectionem venerūt. Marcus Syluani discipulus quū scriberet: ⁊ a patre vocaret: vt obedientiā festinus compleret/mediā quam scribebat figuram litere dereliquit. cui quū diceret Syluanus pater de sue syluestri q̄ esset bubalus: ⁊ haberet cornua: ⁊ ille confessus est. ij. Cor. x. Captiuauerat enim intellectum in obsequiū obedientie. ⁊ transformauerat suum videre in videre patris. quod supergloriosum est. Quū missus frater ab abbate suo in vicū vt deferret necessaria: ingressus esset domū vbi erat puella sola: ⁊ traheretur ab ea ad peccatum ait: Domine: propter orationes patris qui misit me salua me in hac hora. quo dicto/subito inuētus est ad ripam fluminis iuxta monasterium suū: ⁊ reuersus est ad patrem sine macula. Abbas Paulus mandauit Joanni discipulo q̄ duceret sibi fimū boum qui erat iuxta sepulcra. et si inueniret ibi hyenam seuam bestiam: q̄ duceret eam captam. Juit Joannes. irruit super eum hyena. ille vero voluit eam tenere. sed illa fugit. fugientem vero insecutus est Joannes/dicens. Abbas meus dixit vt te ligē ⁊ captam ducam. illa vero stetit: ⁊ ille ligauit eam captā: ⁊ duxit ad patrem. pater admiratus ait vt humiliaret Joanni cedēs eum: Stulte istum canem miserum quid huc adduxisti: ⁊ mox soluit eum senex et permisit discedere.

Unus frater multū als spiritualis inuidebat cuidā alteri fratri germano suo multum obedienti. ⁊ duxit illum ad fluuium vbi erant crocodili: ⁊ dixit ei. Intra fluuium. ⁊ intrauit. ⁊ non nocuerunt ei crocodili: sed lingebant eū. Iterum redeuntes inuenerunt mortuum: ⁊ orauerunt super illum: ⁊ surrexit. quod miraculū ille frater spiritualis et religiosus sibi imputabat. sed abbas dixit ei. Propter obedientiā fratris tui mortuus est resuscitatus: non propter te. Dixit abbas cuidam suo discipulo q̄ lignū siccū quod ipse plantauerat/irrigaret. erat autem ab eis lōge aqua: vt sero pergeret/⁊ mane rediret. post tres autē annos viruit contra naturam lignū illud: ⁊ fructum fecit: q̄ fuit fructus obedientie. ¶ E Joannes abbas in collatione sua de fine cenobite ⁊ eremite ait. Uirtus humilitatis matris omniū virtutum/ac totius spiritualis structure solidissimum fundamentum/a nostris penitus exulat institutis. quia subiectionis iugum non sustinere contenti/ad presumptionē noxie libertatis protinus euolamus: quia non s̄m districtionis regulam sed pro nostri arbitrij libertate senioris subijcimur imperio. vt nō patientie fructum addiscere/sed tempus adipiscēde licentie expectare videamur. Si illius temporis sancti religiosi hoc dicebant: nostri tēporis capitiari ⁊ exterius vix signati in continua viuentes noxia libertate et sub prelatis. Zacha. xi. idolis victitantes/quid possunt dicere? Idem preceptum euangelicum de crastino. Matth. vj. non cogitare/⁊ prelato vsq; ad finem obedire/obseruare: non est minus p̄fectum anachoritica puritate. Talis enim illū imitatur de quo dicitur Philip. ij. Humiliauit semetipsum fact⁹ obediens vsq; ad mortem. ⁊ Non veni facere voluntatē meā: sed voluntatem eius qui misit me patris. Jo. vj. Idem: Finis cenobite est omnes suas mortificare ⁊ crucifigere voluntates: ac s̄m euangelium nihil de crastino cogitare. Matth. vj. quem virum Esaias describens ait Esa. lviij. Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuā in die sancto meo: ⁊ vocaberis sabbatum delicatum ⁊ sanctum domini gloriosum: ⁊ glorificaueris eum dū non facis vias tuas: ⁊ non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super dominū. ⁊ sustollam te super altitudinem terre: ⁊ cibabo te hereditate Jacob patris tui. Ecce triplex premium religiosorum vere obedientiū: ⁊ qui vere sanctificant sabbatum: delectatio/exaltatio/hereditas. Delectationem merentur: propter carnis macerationem. Exaltationem/propter voluntariam subiectionem. Hereditatem/propter voluntariā paupertatem. iuxta illud Mat. v. Beati pauperes spū: quoniā ipsorum est regnū celorū. In predicta autem authoritate Esaie ponuntur bona quibus vacare debēt religiosi: ad quos proprie spectat sanctificatio sabbati. Sāctificatur autem sabbatū per eos per. vij. scz per obseruantiā quietis spiritualis: per abnegationem proprie voluntatis: per studium dilectionis spiritualis: per munditiam mentis ⁊ corporis: per gloriam actoris: per restrictionem concupiscentie carnalis: per custodiam oris. Sed hodie cōmuniter religiosi non sanctificant sabbatum. iuxta preceptum domini. Exod. xx. Memento vt diem sabbati sanctifices. sed more iudaico carnaliter ipsum maculant: non sanctificant. Judei nāq; tamq̄ carnales carnaliter sabbatū custodiebant otio ⁊ comessationib⁹ vacantes: sic ⁊ religiosi hodierni ab exteriori opere cessantes sed nō vacātes deo sed acidiosi ⁊ gulosi de propria salute non curant. Cōtra quos Augu. Quū deus preceperit obseruari sabbatum: illi in ijs que deus prohibet exercent sabbatum. Uacatio nostra a malis operibus. vacatio illorum a bonis operibus. Melius est arare q̄ saltare. ⁊ melius fodere q̄ murmurare. melius est scribere q̄ otiari. Caueant tales ne in tali sabbato moriantur. Matth. xxiiij. Orate ne fiat fuga vestra. id est mors. sabbato scz acidie. hyeme/torporis: ⁊ teporis. ¶ Eremite vero perfectio est eruere mentē a cun

Sabbati sanctificatio.

cris terrenis: eaꝙ quantũ humana fragilitas pꝛesumit ⁊
imbecillitas finit/viuere cum chꝛisto. de quo d: Thꝛeñ. iij.
Sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit: quia leuauit se super se. ⁊ ps.
cj. Similis factus sum pelicano ⁊c. Raro ergo est ⁊ pau-
cissimis dono dei concessa perfectio. Iste enim vere ⁊ nõ
ex parte perfectus est: qui ⁊ in eremo squalloꝛem solitudi-
nis/⁊ in cenobio infirmitates fratrum equali magnani-
mitate sustentat. Et ideo in vtraꝙ pꝛofessione per omnia
consummatum inuenire difficile est. quia nec anachoꝛita
contẽptum ⁊ pꝛiuationem materialium rerũ: nec cenobi-
ta theoꝛie ad integrum potest assequi puritatẽ. Io. cassi.
in. iiij. lib. de institutis renuntiãtium ait/ꝙ ingrediẽs mo-
nasterium in Egypto pꝛimo ponebatur ⁊ pꝛobabatur ad
poꝛtam monasterij ad seruitium peregrinoꝝ ⁊ hospitum
per annum. quo cõpleto admiscebatur cõgregationi fra-
trum: et tradebatur in cura vni senioꝛi: qui. x. iunioꝛibus
pꝛeerat ⁊ gubernabat. Cuius hec erit solicitudo ⁊ erudi-
tio pꝛincipalis: per quam junioꝛ introductus scandere cõ-
sequenter etiã culmina perfectionis pꝛeualeat: vt doceat
eum pꝛimitus suas vincere voluntates. quem studiose ⁊
diligenter in his exercẽs ea semper illi imperare de indu-
stria pꝛocurabit: q̄ senserit animo suo esse contraria. Mul-
tis siquidem experimentis edocti tradunt monachos et
maxime iunioꝛes ne voluptatem quidem concupiscentie
sue refrenare posse: nisi pꝛius moꝛtificare per obedientiã
suas didicerint voluntates. Ideoꝙ pꝛonuntiant nullate-
nus vel iram vel tristitiam vel spiritum foꝛnicationis pos-
se extinguere: sed nec humilitatem coꝛdis veram nec cum
fratribus vnitatem perpetuam nec firmam diuturnamꝙ
posse retinere concoꝛdiam: sed nec in cenobio posse qui-
dem diutius permanere: eum qui pꝛius voluntates suas
non didicerit superare. Idem Io. cassi. ibidẽ. Tanta ob-
seruantia obedientia regule custoditur: vt iunioꝛes absꝙ
licentia pꝛepositi sui non solum non audeant cellam egre-
di: sed nec ipsi naturali necessitati satisfacere pꝛopꝛia au-
thoꝛitate pꝛesumant. Sicꝙ vniuersa complere quecumꝙ
fuerint ab eo pꝛecepta/tãꝙ si ex deo sint celitus edita/sine
vlla discussione festinant: vt nonnũꝙ impossibilia etiam
sibimet imperata ea fide ac deuotione suscipiant: vt tota
virtute ac sine vlla coꝛdis hesitatione perficere ea ac con-
summare nitantur. ⁊ ne impossibilitatem pꝛecepti pꝛo se-
nioꝛis reuerentia metiantur. Itaꝙ considentes intra cu-
bilia sua/⁊ operi ac meditationi studium pariter impen-
dentes/quũ sonitum pulsantis ostium audierint/ad oꝛa-
tionem scilicet eos vel ad opus aliud inuitãtis: certatim
vnusquisꝙ de suo cubili pꝛoꝛũpit. Ita vt is qui opus scri-
ptoꝛis exercet: quam repertus fuerit inchoasse literã fini-
re non audeat: sed in eodem puncto quo ad aures ei⁹ so-
nitus pulsantis aduenerit: summa velocitate pꝛosiliens/
nec tãtum quidem moꝛe interponat quantũ cepti apicis
cõsummet effigiem: sed imperfecte litere lineam derelin-
quens non tam operis compẽdia lucra ve sectetur: ꝙ vir-
tutem obedientie exequi toto studio atꝙ emulatione fe-
stinet. quã non solum operi manuum vel lectioni vel silen-
tio ⁊ quieti celle/verũ etiam cunctis virtutibus ita pꝛefe-
runt: vt huic iudicent omnia postponenda. ⁊ vniuersa dis-
pendia subire contenti sunt dũmodo hoc bonum in nul-
lo violare videantur. ¶ f Item Io. cassi. ibidem. Per
humilitatem ⁊ veram obedientiam ceterarum virtutum
quis potest culmina ascendere. sicut in Ioãne abbate pa-
tet. qui toto mundo claruit: ⁊ vsꝙ ad gratiam pꝛophetie
per virtutem obedientie extitit sublimatus. Hic itaꝙ Io-
annes ab adolescentia sua vsꝙ ad virilem etatem senio-
ri deseruiens/donec ille in huius vite conuersatione dura-
uit: tanta humilitate inhesit eius obsequijs: vt ipsi quoꝙ
seni obedientia eius stupoꝛem summũ incuteret. Cuius
hanc virtutem vtrum de vera fide ac pꝛofunda coꝛdis hu-
militate et simplicitate descẽderet/an affectatitia esset et
quodammodo coactitia/atꝙ ad imperantis faciem pꝛe-
beretur/volẽs manifestius exploꝛare: ꝙ plurima et etiam
superflua minusꝙ necessaria vel impossibilia frequẽtius
iniungebat. Ex quibus tria ponam quibus manifestari
possit volentibus scire vel mẽtis eius vel subiectionis in-
tegritas. Sumpsit naꝙ lignum aridum ⁊ putre: et fixit
in terra. pꝛecepitꝙ Ioanni vt illud aqua vecta quotidie
bis rigaret: vt in antiquã arboꝛẽ reuiuiscens diffusis ra-
mis amenitatem oculis atꝙ vmbꝛaculum estu feruenti
subter residentibus exhiberet. Quod pꝛeceptum venera-
tione solita sine vlla impossibilitatis cõsideratione susci-
piens adolescens/ita quotidianis dieb⁹ expleuit: vt aquã
fere per duo miliaria indesinẽter appoꝛtans/nullatenus
lignum cessaret rigare. atꝙ per totius anni spatium non
infirmitas coꝛpoꝛis/non festiuitatis solẽnitas/non occu-
patio necessitatis vllius que illum etiam honeste excusa-
ret ab executione mandati: non deniꝙ hyemis asperitas
intercidens/ab obseruantia pꝛecepti huiusmodi potuit
impedire. Quũꝙ hanc eius sedulitatem tacitus senex cõ-
sideraret: videretꝙ eum simplici coꝛdis affectu manda-
tum suum velut diuinitus emissum sine vlla permutatio-
ne vultus vel rationis discussione seruare: sinceram eius
obedientiam cõpꝛobans pariter ⁊ admirans tam longũ
laboꝛem quem per totum anni spatiũ studio deuotionis
impẽderat: ad aridum virgultum accedens/O (inquit)
Ioannes: misitne radices hec arboꝛ an non? Quũꝙ ille
nescire se dixisset: senex velut inquirens rei veritatem ⁊
tãꝙ tentans vtrumnam suis radicibus teneretur: euulsit
coꝛam ipso leui cõmotione virgultum: sicꝙ pꝛoijciens il-
lud/pꝛecepit vt deinceps rigare desineret. Hic idem Io-
annes ad dicti senis imperium tentatiuũ lenticulam olei
que sola in eremo remanserat: per fenestram cõminuen-
dam demisit ad terram: parum cogitans vel retractans
pꝛecepti ineptiam/diutinam necessitatem/infirmitatem
coꝛpoꝛis/penuriam sumptuum/eremi squallentis angu-
stias ac difficultates. Hic idem ad obedientiam dicti se-
nis saxũ quod multe turbe hominũ mouere non possent:
cõplicita nunc ceruice nunc toto coꝛpoꝛe pꝛouoluere con-
tendebat: non metiens impossibilitatem pꝛecepti pꝛo re-
uerentia senis/⁊ obsequij simplicitate sincera: qua crede-
bat fiducia senem non posse incassum ac sine ratione pꝛe-
cipere. Abbas pater mutius cũ filio suo circiter. viij. an-
noꝛum intrauit monasterium. quadam die quum abbas
infantem vidisset ploꝛãtem: simulans se commotum/ad
pꝛobandum patris constantiã moꝛtificationem ⁊ obediẽ-
tiam/pꝛecepit patri vt tolleret filium: ⁊ iactaret in fluuiũ.
quod pꝛeceptum velut a deo sibi factum adimplens filiũ
in vlnis rapiens pꝛoiecit in fluuiũ. quem tamen pꝛocura-
ti fratres post currentes de fluminis alueo leuauerunt.
Reuelatũ autem continuo fuit senioꝛi hac eum obedien-
tia. Geñ. xxij. Abꝛae patriarche opus implesse. quem post
semigrans ad chꝛistũ abbas successoꝛem monasterio de-
reliquit. Quidam filius comitis ditissimi studijs litera-
libus non mediocriter institutus in monasterio conuer-
sus/ad senioꝛis pꝛeceptũ confestim postꝙ intrauit mona-
sterium. x. spoꝛtas ceruicibus suis poꝛtans ⁊ per plateas
circũferens/singillatim multis ⁊ non vni sicut sibi pꝛece-
ptum erat statuto pꝛecio venũdedit: non cõsiderans tam
vilis ⁊ inconsueti officij nouitatem/splendoꝛem natalium/
venditionis iniuriam: dũ illam chꝛisti humilitatẽ. Mat.
xij. (que est vera nobilitas animum que moꝛibus oꝛnat)
per obedientie gratiam desiderat obtinere. Abbas Py-
nusius abbas in egypto ingentis cenobij signis ⁊ virtu-
tibus gloꝛiosus timens ne fauoꝛ populi fructus sibi pꝛe-
mij vacuaret eterni: occulte suũ monasterium fugiẽs ha-
bitu seculari indutus receptus est sicut nouiti⁹ ignotus
in monasterio Tabensiotarum in Thebaida. datusꝙ est
tãꝙ senex inutilis ⁊ incognitus in adminiculum cuidam
fratri adolescenti qui hoꝛtum susceperat excolẽdum. qui
non solũ omnia que ipse pꝛepositus imperasset ⁊ que in-
iũcti operis cura poscebat/cum summa humilitate com-
plebat: simum humeris poꝛtando/⁊ alia officia vilia fa-

ciendo:verūetiam quedam necessaria opera que propter
horrorem a ceteris vitabantur noctis labore complebat.
Tādem cognitus a suis monachis cum querentibus/co-
actus est ad suū redire monasteriū: dicens se inuidia dia
boli proditum/ne bono subiectionis ⁊ obedientie potire
tur. Simile fecit idem receptus in monasterio Bethlemi
tano:qui tādem coactus ad suum rediit monasterium in
egypto:⁊ coactus est esse quod erat. ¶ Quidam iunior
cū a suo increparetur abbate cur humilitatem ⁊ obediē-
tiam quā renuntians mundo pro modico tempore reten
tare cepisset/dimitteret: diabolica inflat⁹ superbia suaqꝫ
contumacia respondit. Nūquid ob hoc memetipsum hu-
miliaui pro tēpore:vt semper subditus sim?ad quod eius
effrenatū scelestūqꝫ responsum ita est senior stupefactus:
precipiens verba hec non ab homine sed ab antiquo lu-
cifero esse prolata:vt nullam vocem aduersus tantā pro-
teruiam de ore suo emitteret:⁊ non nisi gemitus de corde
tātummodo ⁊ suspiria potuerit propalare: tacitus intra
se voluens illud qđ legitur de christo. Phil.ii. Qui quum
in forma dei esset:humiliauit semetipm̄ factus obediens:
non vt ille diabolico spiritu ac tumore possessus/p tem-
pore:sed vsqꝫ ad mortem. Jo.cassi. Nullo modo poterit in
anima nostra virtutum structura cōsurgere:nisi prius ia-
cta fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamina:
que firmissime collocata perfectionis ⁊ charitatis culmē
valeāt sustinere. Ita videlꝫ vt primum fratribus nostris
veram humilitatem intimo cordis exhibeamus affectu.
in nullo scꝫ acquiescentes eos cōtristare vel ledere. quod
nullatenus poterimus implere:nisi renuntiatio vera que
in expoliatione omniū facultatum ac nuditate cōsistit/in
nobis fuerit christi amore fundata. deinde obedientie iu-
gum ⁊ subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simula-
tione suscepta. Ita vt preter abbatis mandatū nulla pe-
nitus in nobis viuat voluntas. Quod non aliter poterit
obseruari:nisi quis se non solum mortuū huic mundo/ve
rūetiam insipiētem iudicauerit ac stultum: vniuersa que
fuerint a senioribus imperata/sine vlla discussione persi-
ciens: sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata.
In qua consistentibus qualitate proculdubio status ille
humilitatis vere tranquillus ac immobilis subsequetur:
vt nosmetipsos inferiores omnibus iudicantes/vniuer-
sa que nobis fuerit irrogata tametsi iniuriosa sint vel tri
stia vel dānosa:tamē a superioribus nostris illata patien
tissime toleremus. hucusqꝫ Jo.cassi. in dicto.iiii.lib.de in-
stitu.re. ¶ B Quū Paulus simplex discipulus magni
Antonii semel ex simplicitate presentibus aliis fratribus
interrogasset ipsum an christus prius fuerit an prophete
beatus Antonius verecūdatus pro eo/q sic eum discipu
lus suus absurde interrogasset:silere eum ac abire iussit.
Ille vero quia omne quod ab eo dictū fuisset tāq̄ prece-
ptum dei seruare proposuerat:accedens ad cellam suam
tāq̄ mandato accepto silentiū gerere instituit:nec omni-
no aliquid loqui.⁊ sic.x.annis permāsit. Quod quū per-
cepisset Antonius:mirari cepit vnde hec illi obseruantia
placuisset:quā anime sciebat nō esse mandatam. Quūqꝫ
eum loqui iussisset:⁊ cur tantū siluerit indicaret:Tu (in-
quit Paulus) dixisti mihi vt irem ⁊ silerē. Et stupefactus
Antonius ita ab eo sermonē quem ipse negligenter pro-
tulerat obseruatum. Omnes nos iste (inquit) condēnat.
Quū enim nos de celo nobis non audiamus loquētem:
ab isto qualiscūqꝫ sermo qui ex ore nostro processerit ob-
seruatur. multā tamen Antonius docere volēs eum obe-
dientiā/precipere ei solitus erat etiā que ratio non posce
bat:in quibus eius animus probaretur. Haurire nāqꝫ ali
quādo eum aquā iussit ex puteo:⁊ in terrā tota die effun-
dere.⁊ contextas sportellas resoluere:atqꝫ iterum retexe
re:⁊ rursus resoluere. Et ita per hec ad obedientiā puris-
simā informatus in breui ad perfectionem peruenit. Ex
cuius exēplo dicebat Antonius q si quis velit velociter
ad perfectionem venire:non sibi ipsi fieret magister:nec

propriis voluntatibus obediret:etiam si rectum videre-
tur esse quod velit. sed mandatum saluatoris obseruan-
dum ante omnia/vt vnusquisqꝫ abneget semetipsum sibi
⁊ renuntiet propriis voluntatibus. Matth.xvi. quia chri
stus dicit Jo.vi. Ego veni non vt faciā voluntatem meā:
sed eius qui misit me.⁊ vtiqꝫ voluntas sua non erat con-
traria patris:sed qui venerat obedientiā docere/non in-
ueniretur obediens:si propriam faceret voluntatē. quan-
to magis nos iudicabimur inobedientes:si faciam⁹ pro-
prias voluntates? Deniqꝫ supra dictus Paulus exemplū
nobis est. qui obedientie ⁊ simplicitatis merito in tantū
spiritualium gratiarum culmē ascendit:vt multo plures
⁊ potentiores virtutes per ipsum q̄ per Antonium domi
nus faceret. Tante fuit simplicitatis ⁊ fiducie apud deū:
vt quodam tempore quum celeriter non curaret quēdam
oppressum a dirissimo demone more canis rabiētem:mo-
re infantium indignatus dixit ad christum. Uere hodie
non manducabo si eum non curaueris.⁊ mox quasi deli-
cioso infanti satisfactum est a christo.⁊ statim curatus est
rabidus. ¶ Abbas Basilius interrogat⁹ quomodo sibi-
inuicem fratres obedire deberent:respōdit. sicut serui do
minis suis. sicut precepit dominus. quia qui vult in vobis
esse magnus/fiat omniū nouissimus ⁊ seruus. sicut filius
hominis non venit ministrari. Matth.xx. sed ministrare.
Dicebat senex quia nihil sic deus querit ab iis qui initiū
habent conuersionis:quō obediētie laborem. ¶ Quidā
secularis renuntiauit seculo:⁊ venit in monasteriū addu
cens secum suū filium paruulum infantem. quem abbas
tenens osculabatur: et dixit patri suo/Amas hunc?⁊ ille
respondit. etiam. Postea dixit illi abbas/Tolle ergo si
amas eum:⁊ mitte eū in furnum ardentem.⁊ tenēs eum
pater suus iactauit in furnū ardentem.⁊ statim factus est
furnus velut ros. Daniel.iii. Ex quo facto acquisiuit sibi
gloriam quemadmodū Abraam patriarcha. Idem quasi
supra eo.B. abbas pater. ¶ Beatus Benedict⁹ iussit da-
ri oleū quod remanserat cuidā subdiacono. sed cellerari⁹
nō obediuit ne fratribus oleū deesset. Iratus pater iussit
aliis fratrib⁹ vt ipsum vas vitreū in quo parū olei remā-
serat/per fenestrā proiiceretur: ne in cella aliquid per in-
obedientiā remaneret. factūqꝫ est. sed proiectū vas remā-
sit incolume. Tunc collectis fratrib⁹ beatus Benedictus
de infidelitate ⁊ inobedientia inobedientē monachū in-
crepauit. ¶ Narrat Greg. in dialogo li.iii. de epo sabino
episcopo placētino. q cū Padus fluuius egressus alueū
suū terras ecclesie occupasset: dixit diacono suo/Uade ⁊
dic pado/mandat tibi eps vt te cōpescas: ⁊ ad proprium
alueū redeas. qđ diaconus irrisit:nec obediuit. Tunc vir
dei accersito notario dictauit/dicens. Sabinus dñi nostri
Jesu christi seruus cōmonitoriū Pado. Precipio tibi in
noīe Jesu christi vt de alueo tuo in locis istis vlteri⁹ non
exeas:nec terras ecclesie ledere presumas.⁊ dixit notario
Uade hoc scribe:⁊ in aquam eiusdē fluminis hoc proiice.
Quo facto sancti viri preceptū suscipiens aqua ad alueū
est reuersa. qua in re inobedientiū duritia cōfundit̃ quan
do in virtute Jesu ⁊ elementū irrationale sancti viri pre-
ceptis obediuit. ¶ Uir dei cōtra Samariā missus/quia
per inobedientiā comedit in itinere:hūc leo in itinere oc-
cidit. sed statim illic scriptū est.iii. Reg.xiii. vii.q.i. deniqꝫ.
quia stetit leo iuxta asinū ⁊ nō comedit de cadauere. Ex
qua re sm̄ Greg. in.iii. dialogorū ostēditur q peccatū in-
obedientie in ipsa fuerit morte laxatū. In libro q̄ dicit̃ pa
radisus dicit̃ q quū Didimus monachus rogasset beatū
Antoniū magnū qui eū ad visitādum venerat:q in cella
sua flecteret genua ⁊ precē funderet:statim fecit. at secun
do noluit se rogari. ipsis nos rebus docēs sanctorū volū
tatibus obedire:quia verus monachus nō contēdit. Jo-
seph in coll. sua de definiēdo dicit. Seniores nostri quoꝫ
fidei apostolicarū signa virtutū testimonia reddiderunt:
quiqꝫ vniuersa iudicio potius ac discretione spūs/q̄ rigi-
da animi obstinatione gesserunt:eos q̄ alienis infirmita-

tibus ⁊ volũtatibus acquieſcerent/multo vberiores fructus penitẽtie ꝙ eos qui in ſuis volũtatibus perdurarẽt capere cenſuerunt. Deniq; abbas Piamon poſt.xxv.annos oblatã ſibi vuam ⁊ vinũ a quodam fratre ſine heſitatione ſuſcipiens/cõfeſtim ea que ingeſta fuerant cõtra cõſuetudinẽ deguſtare/ꝙ ignote cũctis continentie maluit propalare virtutẽ. Idem in eodẽ. Nunꝙ rationabiles ac probatos patres duros aut irreuocabiles in ſuis definitionibus fuiſſe meminimus.ſed velut cerã calore ita etiã eos ratione mollitos:⁊ intercedẽte ſalubriori cõſilio melioribus partibus ſine heſitatione ceſſiſſe. Quoſcũq; aũt vidimus definitionibus ꝓpriis inhercre:irrationabiles ſemper probauimus ac diſcretionis expertes. ¶ Quidã venit ad abbatẽ Siſoy volens fieri monachus vnicũ habens filiũ.cui dixit Siſoy. Si vis fieri monachus proiice filium in flumen.quo volẽte facere miſſus a Siſoy alius frater dixit. Ne iactes puerũ in aquã.dixit ille. Abbas precepit vt iactem. Cui frater. Ille ⁊ iterũ precipit ꝙ non facias. Ille autẽ relinquens filiũ factus eſt monachus probatiſſimus ꝓpter obedientiã. ¶ Dixit abbas Siſoy. Veni ad abbatẽ Achillem q̃ fuit magne obedientie.⁊ ad abbatem O: qui magne humilitatis fuit.⁊ quũ ſtarem ibi: allatus fuit eis quidã piſcis modicus: quem quũ abbas Achilles incideret vt pararet eum:vocatus eſt ab O: ille autem dimiſit cultellũ in medio piſcis ſtatim: ⁊ non preci dit eũ:⁊ cucurrit ad eum.⁊ miratus ſum tãtam obedientiam eius.quia nõ dixit/expecta donec incidã piſcem. Et dixi ego abbati Achilli/Vbi inueniſti obediẽtiam hanc? reſpõdit. Non eſt mea:ſed iſtius ſenis.⁊ dixit mihi. Veni et vide obedientiã ⁊ humilitatẽ eius. Coxit aũt Achilles partem piſcis male:ita vt perderet illũ volũtarie.⁊ appoſuit ſeni.⁊ ille manducauit nihil loquẽs.⁊ dixit ei/Bonũ eſt senex?⁊ ille reſpondit.bonũ eſt valde. Poſt attulit aliã partem nimis coctam.⁊ dixit. Ecce illud perdidi ſenex:et iſtud nimis coxi. Reſpondit etiã modice mali cibi exiuit. Et cõuerſus ad me abbas Achilles dixit. Vide quia hec obedientia iſtius ſenis eſt. Et exiui ab eis.⁊ quicquid ibi vidi:feci ſm meã virtutem. ¶ Quidam patrũ miſit diſcipulũ ſuum procul haurire aquã ad puteũ.qui oblit⁹ portare funem/reſidens ſuper puteum clamauit dicens. Lacus lacus:abbas meus precepit mihi vt implerem lagenam iſtã aqua.⁊ ſtatim aſcendit aqua vſq; ad ſummũ putei obediens ſibi:ſicut ipſe ſuo patri ſpũali.⁊ impleuit lagenam aqua:⁊ reuerſa eſt aqua in locum ſuũ. ¶ Quidã puer cũ patre ſuo venit inſtincte ad penitentiã faciendã. qui quũ tẽtaretur a fornicatione:dixit patri. Vado ad ſeculũ:quia nõ poſſum carnis concupiſcentiã tolerare. Cui pater. Accipe panes.xl.⁊ eſto in eremo deferens folia palmarũ.xl.diebus.qui obediens patri quũ quieuiſſet ibi.xx. diebus:ſtetit corã ipſo velut mulier ethiopiſſa turpiſſima et fetidiſſima:ita vt abiiceret eã a ſe fetorem non tolerãs. Cui illa. Ego ſum que cordibus iuuenũ dulcis appareo. ſed propter tuam obedientiam ⁊ laborẽ ⁊ orationem nõ permiſit me deus te ſeducere. Ille autẽ ſurgens nũtiauit patri. Cui pater. Et ego inquit noui.ſed ſi permanſiſſes. xl.diebus iuxta mandatũ meũ maiora vidiſſes. ¶ Sanctus Abraam anachorita in cella occluſus perfecte viuẽs rogatur ab epiſcopo ire ad vicum gentiliũ: ⁊ conuertere eos.cui Abraam. Obſecro inquit ſanctitatẽ tuam vt me mala mea plangere permittas. Cui eps. Ecce mũdum ⁊ que in eo ſunt reliquiſti:⁊ crucẽ chriſti amplexus es.attamen donec vniuerſa hec expleueris: agnoſce te obedientiã (que cunctis virtutibus eminet) non habere. Hec ille quũ audiret cepit flere.⁊ ait. Fiat volũtas dñi.ꝓpter obedientiã quocũq; iuſſeris pergam. ¶ Beate memorie Arſenius dixit aliquãdo abbati Alexandro. Quãdo expenderis palmulas tuas:tũc veni ⁊ guſtabimus. Si autẽ aliqui peregrini ſuperuenerint:comede cũ eis. Abbas autẽ Alexander leuius operabatur. ⁊ quum facta fuiſſet hora mãducandi:ſupererat adhuc ei de palmulis ſuis, ſed volens cuſtodire ſermonem ſenis ſuſtinuit donec explicaret palmas. Abbas aũt Arſenius quũ videret quia tardaret: guſtauit.exiſtimãs quia forte peregrini ſuperuenerant:⁊ cũ ipſis guſtaſſet. Abbas autem Alexãder. poſtꝙ explicauit palmulas:veſpere perrexit ad Arſeniũ. Et dixit Arſenius. Peregrinos aliquos habuiſti? Et ille reſpõdit/nõ. Et Arſenius. Quare ergo nõ veniſti? Et reſpõdit. Tu dixiſti mihi/quãdo defecerint palme:tũc veni. ego habens ſermonẽ tuũ in animo meo non veni. q: modo adhuc cõpleui opus. Et miratus eſt ſenex ſcrupuloſitatẽ obedientie eius:⁊ dixit. Citius diſiungere ab opere tuo:vt ⁊ miniſteriũ pſallendi facias ⁊ aquã tibi haurias. Alioquin cit⁹ debilitabitur corpus tuũ. ¶ Venerunt aliquãdo fratres quatuor: veſtiti pelliceas tunicas deſerti ad abbatẽ Pambo. Et indicauit vnuſquiſq; virtutẽ alterius non preſente eo de quo loquebatur. Vnus aũt ex eis ieiunabat multũ. Alter vero nihil poſſidebat. Tertius vero habebat pluri mã charitatem. De quarto dixerunt.ꝙ.xxiiii. annos habebat permanẽs in obediẽtia ſenioris. Reſpõdit eis abbas Pambo. Dico vobis ꝙ iſtius virt⁹ maior eſt aliorum. q̃m vnuſquiſq; veſtrũ virtutem quã poſſidet propria volũtate retinuit. hic aũt ſolus ſuam voluntatẽ abſcindens aliene voluntatis ſe ſeruum fecit. Tales enim veri cõfeſſores ſunt ſi vſq; ad finẽ ita perſeuerauerint. Dicebant ſenes ꝙ iſta querit chriſtus a chriſtianis: vt obediat quis diuinis ſcripturis.quoniã inde accipiet loquendorũ ⁊ agendorũ formã. Et vt cõſentiat prepoſitis ⁊ patrib⁹ ſuis orthodoxis. ¶ Item ſciendũ ꝙ vbi inferior prelatus vel iudex aliquid precipit:⁊ ſuperior alius contrarium:ſuperiori obediendũ eſt.quod qualiter intelligatur no.xi.q.iii.qui reſiſtit.vbi de hoc. Vnde ſuper illud Rom.xiii. Qui ſuperiori reſiſtunt:ipſi ſibi dãnationem acquirũt.dicit gloſ.Aug. Si quis iuſſerit:nũquid faciendũ eſt: ſi contra proconſulem iubebatur? Rurſum ſi q̃d ipe procõſul iubeat:⁊ aliud imperator:nũquid dubitatur illo contẽpto illi eſſe ſeruiẽdum? De hoc etiã habetur di.viii.que cõtra mores. Notat etiam Innoc.ex̃ de appel.ad hec.ꝙ in dubiis maxime in ſpiritualibus obediendũ eſt. De hoc etiam plene no.ex̃ de tẽpo.ordi.ad aures. ¶ Itẽ non tenentur ſubditi obedire prelatis in his que nõ pertinẽt ad officiũ ſuum. xviii.q.ii. hoc tantũ.⁊ no.in pre.c.ad aures. Dicit em̃ Seneca in.iii. lib.de beneficiis. Errat:ſi q̃s exiſtimat ſeruitutem in totũ hominẽ deſcendere.pars ei⁹ ſcʒ corpora obnoxia ⁊ adſcripta ſunt dominis.mens quidẽ ſui iuris eſt. Et ideo in iis que pertinẽt ad interiorem motũ vel votũ voluntatis:nõ tenetur homo obedire homini.ſed in iis que exterius per corpus ſunt agenda. In quibuſdã tamẽ que ad naturam corporis pertinẽt/homo homini obedire nõ tenetur: ſed ſoli deo.quia oẽs homines natura ſunt pares. puta in iis que ad corporis pertinent ſuſtentationẽ ⁊ prolis generationẽ. Vnde non tenẽtur nec ſerui dominis/nec filii parẽtibus obedire in matrimonio cõtrahendo:vel virginitate ſeruãda:aut aliquid hmõi: niſi de bono ⁊ equo. de hoc legitur ⁊ no.ex̃ de deſpon.impub.c.i.⁊ no.ex̃ de regu.cum virum.in gloſ.paterna deuotio.⁊.xxv.q.i.c.i.⁊ de coiu.ſeruo.c.i.xxxii.q.i.integritas. Sed in iis que pertinẽt ad diſpenſationem actuũ ⁊ rerum humanarum tenetur ſubditus ſuo ſuperiori obedire:ſm rationem ſuperioritatis:ſicut miles duci exercitus in iis que pertinent ad bellum. xxiii.q.i.quid culpatur.vbi de hoc. Seruus domino in iis que pertinent ad ſeruilia opera exequenda.liiii.diſt. quiſcũq;.⁊ quaſi per totum.⁊ ex̃ de iudeis.c.ii. Filius patri in iis que pertinent ad diſciplinam vite ⁊ curam domeſticã. xxiii.q.iiii.duo iſta.de obedientia religioſorum ſupra plene dixi. ¶ Tenentur etiam chriſtiani poteſtatib⁹ ſecularibus obedire infidelibus.per fidem enim non tollitur ordo iuſtitie:ſed magis firmatur.ſed ordo iuſtitie requirit vt inferiores ſuis ſuperioribus obediant.aliter enim non poſſet humanarum rerum ſtatus conſeruari. ad hec i.Pet.ii. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis:nõ

In qb⁹ ſit obediendũ ſupiori.

tantū bonis ⁊ modestis/sed etiam dyscolis.xi.q.iij.iulia/nus.⁊.§. Item in psalmis.⁊ ex͂ de iude.multorū. lxxix.di. ad hoc. Non tamen per hoc possunt iudei aut saraceni habere seruos christianos.quia prohibitū est ex causa. ex͂ de iudeis.c.j.⁊.ij.⁊ c.ad hec.⁊.c.fi. Excōmunicatis etiam dominis/quādiu extat excōmunicatio/non tenētur vasalli obedire. Ad hec.xv.q.vj.c.nos sanctorū.⁊.c.iuratos. vbi de hoc. Nec hereticis.ex͂ de here.c.vlti. Nec tyrannis vsurpantibus publice principatum:nisi iam cōfirmatis. iij.q. vij.§.tria.ṽ.verūtamen.in glos.ecce quātum. Item superiori iudici/vbi sunt duo/obediendum est.vt dictum est in pre.c.qui resistit.⁊ hoc habet locum quando ad superiorem appellatum est.vel quādo vnus iudex habet iurisdictionem ab alio.vt officialis ab episcopo.ff.de iudi. iudicum.C.de offi.rec.prouin.potiores. ad hec faciunt. xxj.di. inferior.ex͂ de offi.leg.volentes. Ubi autem sunt equales domini quibus aliquis tenetur:⁊ precipiunt diuersa:obediat vtrique si potest.ff.de ope.liber.libertus.⁊ no.de peni. di.j.§.hoc idem.ṽ.nemo enī.in glos.diuersis.al's obediat cui primo iurauit.quia primū iuramentum seruandū est. ex͂ de iureiur.tua.⁊.c.veniens. Si autem quis in duobus beneficijs intitulatus est:⁊ sub diuersis prelatis:tūc obediat ei a quo maius habet beneficium:⁊ qui vtilius precipit.ar.ex͂ de testa.cum in officijs.⁊.c.relatum.ij.⁊ ex͂ de postu.c.fi. Si in omnibus sunt equales: locus est gratificationi.ff.ad sylula.senatusconsul.si q̇s in graui.§.sicut oīs. Hec in ordinarijs iudicibus locum habent. In delegatis vero seruatur quod dicit͛ ex͂ de rescrip.cum cōtingat. Itē tam in ordinarijs ꝙ in delegatis locum habet.ex͂ de sen.⁊ re iudi.c.fi. ¶ Si precipiat episcopus sacerdoti excōmunicare vel denuntiare aliquē quē sacerdos ⁊ maior pars parochie scit innocētem:nihilominus obediat sacerdos. xi.q.iij.sentētia.xxiij.q.j.quid culpatur.ex͂ de offi.delega.si quādo.c.pastoralis.§.quia vero. Unde Bern̄. ad Adam monachum. Quedam sunt pura bona.quedam pura mala.⁊ in ijs nulla debetur obedientia hominibus.quia nec mala agenda:nec bona sunt propter obedientiam dimittenda.sed inter hec sunt media. ⁊ in ijs nō est fas sensum nostrum preferre sententie magistrorum: scʒ vt vigilare/disciplinare/ieiunare/peregrinari/⁊ similia. ¶ Si episcopus precipiat clerico suo vt eat Romam propter negotia ecclesie:non potest se excusare ab obediendo/quia dicit ꝙ alij sunt ibi magis idonei. quia in legationibus non est ordo seruandus.ff.de lega.secūdo.§.penulti.⁊ no. de hoc xvj.q.j.vos autem. Nec potest se excusare pretextu cure familiaris.quia cōmunis vtilitas preferenda est priuate.ex͂ de postu.pre.bone.⁊ hoc tamen intelligas s͂m ea que no. vij.q.j.scias. Non tamen tenetur obedire vt promoueat negotium cōtra semetipsum.ff.de lega.secundo.§.si accusatio.⁊ ar.ex͂ de iureiur.petitio.⁊ faciunt ea que no.xxij.q. v.de forma.in glos.sic ergo. ¶ Item nō tenetur clericus obedire prelato suo ad dādū ei vel suo nepoti libros suos: vel renūtiare beneficio vel ecclesie sue.quia non pertinet hoc ad officiū prelati.vij.q.j.quia frater. Ideo dixit cantor Parisiensis ꝙ non tenentur clerici ad obedientiā bursalem siue argentinam/siue mulinam/siue equinam. Si tn̄ iste clericus sit habens clericos dure ceruicis:sit ⁊ ipse superior precipit ꝙ cōmodet clerico bone indolis ⁊ ingenij:vt studio theologie ad quod mittit ipsum ꝓficiat vel iuris canonici aut ciuilis:tunc obediendū est ei.quia non mouet ipsum cupiditas:sed charitas ⁊ ecclesiastica vtilitas.ar.pre.c.quia frater. ⁊ ex͂ de magistris. super specula. Et hoc intelligas quando ille clericus cui talis obedientia iniungitur/libros de bonis ecclesie acquisiuit.al's secus.ex͂ de testa.requisisti.⁊.c.quia nos.⁊ de iure patro. cū dilectus.§. nos igitur.xij.q.iiij.c.j.⁊.ij.⁊.q.v. situm. ⁊ no. xij.q.j.res ecclesie. Ray. Greg.in moral. Obedientia que habet aliquid de proprio/in ꝓsperis nulla est aut minor. quia scʒ voluntas propria non videtur principaliter tendere ad implendum preceptum: sed ad adsequendū proprium volitum. In aduersis autem nisi ex semetipso animus appetat obedientie sibi meritum minuit.quia ad ea que in hac vita despecta sunt/inuitus nolensque descendit. viij.q.j.sciendum. ¶ Religiosi profitentur obedientiam quantū ad regularem cōuersationem s͂m quam prelatis suis subduntur. Ideo quantū ad illa sola obedire tenentur: que possunt ad regularem obseruantiam pertinere. Et hec est obedientia sufficiens ad salutem. Si autem in alijs obedire voluerint:hec erunt ad cumulum perfectionis.dummodo ista non sint contra deum aut contra professionem. Unde Bern̄.dicit in lib.de precepto ⁊ disciplina. Subditus nec citra promissum est inhibēdus: nec vltra promissum cogendus per legem obediētie. Credo tamen ꝙ ista regula fallat in obedientia fratrum minorum: qui per regularem professionem suam tenentur eorū prelatis obedire in omnibus que non sunt contra regulam/aut contra deum/aut animā.sicut in eorum regula continetur. Et hec obedientia strictior ⁊ perfectior est obediētijs aliarum regularum. Et hoc est proprie s͂m euangeliū seipsum ex toto abnegare. Matth.x.⁊.xvj. Mar.viij. Lu. ix.⁊.xiiij. Nihil enim fratres minores excipiendo in obedientia regule ad omnem sunt generaliter obedientiam obligari.j.Cor.xv.⁊ Heb.ij.ex͂ de priuil.quia circa.cum si. vbi de hoc. ¶ I Religioso imponuntur aliqua q̄ sunt s͂m regulam.vt que continētur in regula:⁊ ea que ad debitam illorum obseruantiam expediunt vel requiruntur. Et in hoc non est dubium ꝙ religiosus tenetur suo obedire prelato.nisi impedimento legitimo excusetur.ex͂ de maio.⁊ obe. cum in ecclesijs. ex͂ de simo.ne dei. Aliqua vero imponuntur preter regulam.vt que nec ibi continentur: nec expediunt ad illam: nec ordinantur.vt eleuare festucam.⁊ hic etiam non tenetur obedire.quia non tenet͛ nisi quatenus se obligauit sua professione.vt supra dixi. Perfecta tamen obedientia est in his obedire. Aliqua imponuntur contra regulam. Et hic distinguendum est. quia quedam sunt in quibus prelatus potest dispensare.vt abbas in esu carnium ex causa.vt no.ex͂ de statu.mona. cum ad monasterium.in glos.sic ergo.⁊.xx.q.vlti.c.vlti. Et tūc tenetur obedire.quia melius est mactare mentem ꝙ ventrem.viij.q.j.sciendū. Quedam in q̇bus non potest dispēsare.vt in castitate:⁊ in habēdo proprium:⁊ similibus.ex͂ de sta.mona.c.ij.⁊.c.cum ad monasteriū.§.fi. Et tunc non debet obedire. Aut dubium est an dispēsare possit aut precipere. Et tunc obediendum est.xxiij.q.j.quid culpatur.et de hoc satis notatum est supra. ¶ Item tenetur religiosus obedire suo prelato precipienti.ꝙ stet in scholis vel ꝙ addiscat.quia non est hoc contra professionē regularem. A q̇bus excepto studio physice/⁊ legum/eis prohibito.ex͂ ne cleri. studijs vel mona.nō magno. De quo textu arguo ꝙ studere in sa arceant͛ cra theologiā ⁊ sacris canonibus qui practicāt ipsam nō religiosi est ipsis prohibitum. Et ar.decre.eiusdē ti. super specula. §.fi.⁊ expressum.ex͂ de renū.post translationem.§. ceterū. ibi. Ac per exercitiū lectionis scientie reperit sciētie margaritam.de cōse.dist.v.nunꝙ.ibi. Ama scientiam scripturarum.⁊.xvj.q.j.doctos.in primo verbo.⁊.c.legi.ibi. ⁊ cū desit ei instructio necessaria. Idē dico etiam eis cōcessum studere in liberalibus artibus tēperate ⁊ fine debito ad sacras literas melius intelligendas/errores vitandos ⁊ confutandos.xxxvij.dist.qui de mensa.⁊.c.si quid.⁊.c.turbat.⁊.§.ecōtra.⁊.§.cur ergo.excepta Arithmetica ⁊ Geometria ⁊ Astronomia: que non sunt scientie pietatis s͂m Hiero. Sciētia autē pietatis est legere ⁊ studere in sacris literis.xxxvij.dis.si quis grāmaticam. Astronomia autem prona ad idololatriam in desuetudinem abijt.xxvi.q.j.§. his ita. ¶ Ad hoc tamen ꝙ possit religiosus sacro studio intendere/duo precipue exiguntur. Primū/vt ex obedientia cogatur.vide ex͂ ne cleri.vel mona. vt periculosa.li.vj. quia s͂m apostolum sciētia inflat.j.ad Cor.viij.⁊ ex͂ de renun.nisi cum pridem.§.pro defectu. Et ꝙ dicit inflat.i.ad superbiam inclinat. Inflatio enim pro superbia accipi/

rat.xi.q.iij. si autem. Et dicit Bern. Sicut cibus indigestus corrūpit stomachum ⁊ hydropicum facit: sic scientia adiecta nisi sit feruore charitatis decocta malos mores generat. Et quia ex se semp debet in claustro manere. xvj. q.j. placuit. ibi. Sit claustro suo cōtentus. quia sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq solitari⁹ ⁊ taceat: quia mūdo est mortuus: deo autem viuit. Secundū ꝙ intentio eius nō sit ad gloriam nec appetitū honoris: sed ad sapientiā/dictam a sapore ⁊ gustu diuino/adspirare. quia monachus nō docentis sed plangentis habet officiū: qui ⁊ se ⁊ mūdum lugeat. xvj.q. j. monachus. vij.q.j. hoc nequaꝗ. Et dicebat sacer Franciscus requisitus a fratre quid legeret/ꝙ sufficiebat ei legere in libro crucis. Et dicebat fratribus suis. Tot erunt vacantes scientie: ꝙ beatus erit ille qui se ab ea sterilem fecerit propter deum. ¶ Nec potest abbas nō exemptus mandare per obedientiā monacho suo ꝙ non cōfiteatur episcopo vel penitētiario suo. quia est ordinarius omniū de diocesi clericorum ⁊ monachorū. xvj.q.vij. omnes basilice. ex̄ de offi. ordi. conquerētc. ex̄ de offi. archipres. officiū. ex̄ de prescrip. cum olim. §. si. ibi. Penitentia in leuioribus culpis. Nec tenetur monachus denuo suo abbati peccata illa de quibus semel fuit confessus ⁊ absolut⁹ ab episcopo vel penitentiario/confiteri. de peni. dist. j. §. his authoritatibus asseritur. ℞. nec est necesse. nisi in casibus positis ibi in glos. que incipit/in casibus tamē. Unde dicit Thomas ꝙ non potest quis authoritate cuiuscūq hominis cōpelli ad confitendū peccatum quod alteri confessus est q̄ absoluere potuit. quia confessio peccatorū est quoddā sacramentale diuino imperio subiacēs: non humano. Non tenentur religiosi etiam non exēpti obedire in omnib⁹ episcopis. Unde si precipiant prelato eorū vel fratri ꝙ vadat ad papā vel regem pro ipsis aut pro alijs: aut ꝙ recipiant cōmissiones eorum in causis: vel executiones testamētorum aut similia: non tenetur obedire. Ad hoc. xviij.q.ij.c. hoc tantū. xvj.q.j. de presentium. ex̄ de simo. ne dei. Crederem tamen ꝙ propter necessitatem vel magnam vtilitatē possunt episcopi talia demandare. ⁊ ipsi tunc obedire tenentur. per ea que leguntur ⁊ no. xvj.q.j. qui vere. ⁊ c. quidam monachi. vbi de hoc. ⁊. ij.q.vij. cura pastoris. ¶ Non possunt religiosi non exēpti sine licentia diocesani vel eorum vicariorum vel capituli vacante ecclesia ad ordines promoueri per alium episcopū. quia subsunt episcopis: ⁊ de eorum iurisdictione sunt. vt supra probatum est. ex̄ de prescrip. veniens. §. chrisma. expressum ex̄ de tempo. ordi. cum nullus. §. inferiores. lib. vj. ⁊ sm illum. §. ⁊ sequētem intellige quod dixi supra de vicarijs. ¶ Si episcopus velit monachū instituere rectorem in ecclesia seculari: ⁊ abbas nolit: obediet monachus abbati. xvj.q.j. cum pro vtilitate. ⁊ c. monachi. lviij. dist. c. j. ⁊. ij. Si tamen vtilitas ecclesie exigit: cogendus est abbas per superiorem consentire: ⁊ monachū licentiare. vt pre. c. cum pro vtilitate. ⁊ ex̄ de iure patro. nullus. ⁊ facit ex̄ de sta. mona. quod dei. Si prelatus vocet ad se aliquem religiosum ad suū comitatum vbi ille religiosus regulam suā vel statuta alia regularia seruare non potest: cōsulo vt ad claustrū propriū reuertatur: nec periculum suum exponat cōmodis alienis. xlvij. di. sicut. Si vero de precepto pape vel superioris cogatur: ⁊ nequeat misericordiā inuenire: necesse est obedire. ar. ex̄ de offi. deleg. si quādo. xix. dist. in memoriam. c. di. contra morem. ⁊ ibi prout poterit regulam suā obseruet. quia gratia dei vbiq datur. ⁊ regula vbilibet difficulter seruari potest. quia nec societas nec locus est de substātia regulari. ar. bonū. xl. dist. illud. ⁊ c. quelibet. ¶ Itē notandum ꝙ regulares longe magis sunt adstricti p̄latis suis obedire. vtpote q̄ renuntiauerūt omnibus ⁊ proprie volūtati. q̄ꝫ clerici seculares epō. xij.q.j. non dicatis. ex̄ de offi. or. quāto. ⁊ supra dixi. Et clerici magis sunt adstricti obedire epō q̄ꝫ laici. ar. lxxj. di. primatus. viij.q.j. quid aūt. Tenetur monachus obedire epō inuito abbate vocatus pro cubiculari. licet videatur priuilegiū papale. no. ij.q.vij. cū pastoris. sm additionē Bar. licet alij sint contra. vide qđ no. supra. §. sed vt sciant. ℞. inquiūt. ⁊ in additione ibi posita. in ar. xx. ¶ Non solū non est obediendū precepto iniusto manifeste: sed etiā inhonesto ⁊ incommodo. no. xj.q. iij. non semper. hucusq Ray. ab illo. ℞. supra si eps. ¶ Ceterum ad ampliorem obediētie notitiā veniamus: ⁊ primo eā describamus. Obedientia est voluntas faciendi preceptū vel mandatum superioris. Et intelligas mādatum quod sit mediate: vel per nuntiū: vel per literas. Preceptū vero quod sit immediate. Uel mandatum intelligas volūtatem indicatā que est sine coactione imperij. Preceptū vero est quando est imperij coactio. Probatur hec descriptio. xiiij.q.j. quod precipitur. vbi etiā de hoc no. Item sic describitur. Obediētia est spontaneum ⁊ voluntariū ⁊ rationabile proprie voluntatis sacrificium. Probat̄ hec descriptio. xx.q.iij. presens. xv.q.j. non est. viij. q.j. sciendū. Uel obedientia est pio studio proprie voluntatis abnegatio. ad hoc. xij.q.j. non dicatis. ¶ Et notandum ꝙ propria voluntas dupliciter accipitur. Uno em̄ modo dicitur volūtas propria: que non est deo subiecta. Et sm hoc abnegatio proprie voluntatis fit: quū voluntas nostra diuine voluntati subijcitur. Phil. ij. Jo. iiij. ⁊ vj. Luc. xxij. Mar. xiiij. ⁊ Matth. xxvj. Alio modo dicitur propria voluntas: que non est subiecta homini. ⁊ sm hoc volūtas propria abnegatur in eo qui se voto obligans homini volūtatem suam subdit volūtati humane. Et sic abnegatio proprie volūtatis specialiter videtur pertinere ad religiosos. vt pre. c. non dicatis. ⁊ ex̄ lib. vj. de elec. si religiosus. ¶ De prima abnegatione magister Hugo de sancto victore ait ꝙ spiritus hōis in medio quodā loco cōstitutus/supra se creatorem suū habet: cui subiectus esse debet. sub se carnē suā: cui debet esse prelatus. Rom. viij. Aliud ergo debet creatori propter subiectionem. aliud carni propter prelationē. Creatori debet vt nūq̄ preter eius volūtatem se moueat extra illā effluendo. Gen. xlix. ad Heb. ij. presumens illa q̄ non debet: vel infra illam subsistendo torpens ab ijs que debet. Carni vero scꝫ ancille debet vt eam sm arbitriū rationis scꝫ dn̄e disponat. Hec caro non est habenda odio. sm apostolū Ephe. v. xiij.q.ij. non existimemus. Ber. Nōne odit carnē suam qui ei cumulos gehenne mercatur: et sm duritiam suam ⁊ cor impenitens thesaurizat iram in die ire? Optime diligit carnē: qui conculcat ⁊ macerat eā: sicut pannus a fullonibus cōculcatur: vt mundior et melior fiat. Apoca. vij. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna ⁊ lauerūt stolas suas in sanguine agni. Itē Ans. Non est aliud peccare/q̄ꝫ nō reddere deo debitū. Omnis enim volūtas rationalis creature subiecta debet esse volūtati diuine. Hoc est debitum qđ debet angelus ⁊ homo deo. Et hec est iustitia siue rectitudo voluntatis: q̄ iustos facit siue rectos corde. i. volūtate. Hic est solus ⁊ tot⁹ honor: quē debemus deo: ⁊ a nobis exigit deus. Sola nāq talis volūtas facit opera deo placita: quū potest operari: ⁊ quū non potest. Ipsa sola per se placet. q: nullum opus sine illa placet. Hunc honorem debitū qui deo nō reddit: aufert deo quod suū est: ⁊ deū exhonorat. ⁊ hoc est peccare. Roma. ij. Per preuaricationem legis deū inhonoras. Nihil enim minus tolerandū est in rerū ordine: q̄ꝫ vt creatura debitam subiectionem ⁊ honorem suo creatori auferat: ⁊ nō soluat quod aufert. Necesse ergo est vt aut ablatus honor soluatur: aut pena sequatur. Nā aut homo debitam subiectionem deo volenti spōtaneam exhibet: aut deus eum inuitum sibi torquēdo subijcit. ⁊ sic se dominū eius ostendit. Un̄ Ezech. xx. Uiuo ego dicit dn̄s deus. quī in manu forti ⁊ in brachio extēto ⁊ in furore effuso regnabo super vos. ¶ Pio studio dicit̄ in descriptione/ad differentiam illorum qui voluntatem suam humane voluntati subdunt timore seruili: qui non est in charitate. j. Joan. iiij. de quo etiam habetur. xxiij.q.vj. §. vlti. Obedientia

Obedientie descriptio.

autē vera charitate perficitur. i. Pet. i. Castificantes animas vestras in obedientia charitatis. Vel ꝓ lucro terreno. qđ excludit sibi meritū dandum a deo. Propter deū enī nō ꝓpter lucrū humanū subiecti esse debem⁹. i. Pe. ii. Subiecti estote ꝓpt deū oib⁹. ex͂ de ma. ⁊ obe. solite. i. m. Et intellige hic pium studium / vehementē animi applicationē ad cultum dei. vt pium hic dicat a pietate: que ꝺ theosebia ſm Greg. ¶ Item notandū ꝙ obediētia put est virtus specialis: attenditur respectu eoꝝ que sunt indifferentia. vnde Augu. de vera religione. Peccatum est nō solum malum sed etiā vetitum facere. inferens a simili ꝙ opus virtutis est nō solum bonū sed etiam preceptū facere. Unde dñs obediētiam Ade experiri voluit in eo qđ erat ſm se indifferēs. scꝫ in comestione fructus ligni scientie boni ⁊ mali. Gen. ii. xi. q. iii. quid ergo. Itē obedientia generalis virtus est. mouere enī pōt ad oia opera virtutum: omne enī opus virtutis iuberi pōt a superiore / vel deo / vel hoie. Unde si aliquis velit exire in op⁹ virtutis: q: iussum est a superiore: voluntas illa erit obedientis. Unde voluntas faciēdi iussum superioris: quia iussum est: est specialis actus obedientie. Item sciēdū ꝙ quū subdere se alteri / sit humilitatis ⁊ obedientie: differunt tamen. Subdere enī se alicui ſm reputationē / est humilitas. Hoc enī electoꝝ ꝓprium esse solet: vt de se minus sentiant ꝙ̄ sint. iuxta verbū Greg. Item quū supbia sit appetitus ꝓprie excellentie. iuxta Bern. in epl'is. Ad humilitatem etiā ptinet amor inferioritatis vel vilitatꝭ. ſm verbum Bern. sup Cāti. Verus inquit humilis vilis vult reputari. ⁊ Luc. xiiii. Quū vocatus fueris scꝫ ad nuptias: vade ⁊ recūbe in nouissimo loco. Subiectio humilitatis respicit ꝑsonam ſm se. Subiectio vero obediētie respicit eam ꝑsonam cui aliquis subditur inquātum est ꝑcipiens: ⁊ ꝑsonam que subditur inquantum est agens. Exemplum harū duarū subiectionū habemus in christo ⁊ Joanne. Matth. iii. ⁊ Luce. iii. Subiectione obediētie subiecit se Joānes christo: quādo consensit vt baptizaret christum prout christus volebat. Unde dicit ibi glos. Vera est humilitas quā non deserit comes obediētia. Christus vero subdidit se Joāni subiectione humilitatis: volēs a Joāne minori baptizari. Unde ⁊ dicit ibi. Sic nos implere opꝫ oēm iustitiam. i. humilitatem: que est subdere se minori. ſm glos. ibi. Superioris est baptizare. inferioris est baptizari. Actuū. xx. Beatius est dare ꝙ̄ accipere. ¶ Ad cōmendationē obedientie faciūt admonitiōes sacre scripture. Roma. xiii. Ois aia potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. ex͂ de censi. ois. Ephes. vi. Filii obedite parentibus vestris in dño. Colos. iii. Filii obedite parentibus vestris per oia. Heb. xiii. Obedite prepositis vr̄is ⁊ subiacere eis. ipsi enī peruigilāt quasi rationē ꝓ aiab⁹ vestris reddituri. Obediunt etiā deo creature insensibiles. ps. cxlviii. Preceptum posuit: ⁊ nō pteribit. Baruch iii. Stelle vocate sunt: ⁊ dixerunt adsumus. ps. ciii. Terminū posuisti quē non transgredientur. Mat. viii. Luce viii. Marci. v. Quis est hic cui mare ⁊ venti obediunt? Ambro. in hexameron. Non mediocris pudor est iperio dei insensibilia elementa parere: ⁊ hoies nō obedire: quibus sensus ab ipso tributus est authore. Paruerūt rane beato Ambrosio que eū predicantē impediebāt: ⁊ tacuerunt. Paruerunt hirūdines beato Francisco predicanti: ⁊ tacuerunt. Paruerunt ei cicade / ⁊ cuniculi / ⁊ cerui / ⁊ ouis / ⁊ agnus / ⁊ lynx / ⁊ phasianus / ⁊ alie aues. vt habetur in eius legenda. Sancto etiā Martino (vt habet in legenda sua) obediebant ignis / ⁊ aqua / ⁊ arbor / ⁊ canes / ⁊ serpentes. vñ semel ingemiscēs ait. Serpentes me audiunt: ⁊ hoies non audiunt. ¶ L Exempla obedientie p̄mo in capite nostro christo obediēte vsqꝫ ad mortē. Phil. ii. Item obediētia Abrae. Triplici aūt p̄cepto ꝓbauit dñs obedientiā Abrae. In p̄rie desertione. Gene. xii. Egredere de terra tua. In circūcisione. Gen. xvii. In filii imolatione. Gen. xxii. In p̄mo fuit renūtiatio quātū ad

Abrae obedientia.

effectū terrenoꝝ. In secūdo consanguineoꝝ ⁊ vitioꝝ et carnaliū desiderioꝝ. In tertio renuntiatio filioꝝ. Sed ⁊ in p̄mo p̄cepto / Egredere ⁊c. triplex religiosoꝝ renūtiatio figuratur: scꝫ terrenoꝝ / carnaliū desiderioꝝ / ⁊ voluntatis ⁊ ꝓprii intellectus. Prima fit ꝑ ꝓmissionē paupertatis. Secūda ꝑ votum castitatis. Tertia per abnegationē ꝓprie voluntatis. que adimpletur ꝑ veram obedientiā. De hoc loquit illa collatio Paphnutii de tribus abrenuntiationib⁹ / que est tertia inter coll. Jo. cassia. ¶ Sūt autem. xv. difficilia que cōmendāt obedientiā Abrae ⁊ aliorum vere obedientiū in iis que sibi dñs imperauit. Primū est / ꝙ Abraam voluit ad preceptū dñi re sibi charissima scꝫ filio vnigenito carere. Scdm / ꝙ dñs voluit ꝙ pater occideret filium ꝑ se. minor enī fuisset dolor si ꝑ alium occidisset. Tertiū / ꝙ voluit eū occidi corā se. imo ipsemet manu ꝓpria voluit h facere. Multi enī sustinerēt ꝙ filii sui occiderent: tn̄ nō possent h aspicere vel ꝓpria manu h facere. Propterea passio dñe nr̄e. Lu. ii. ibi. Tuā aiam. ⁊c. maior fuit q: p̄sens erat cruci. Jo. xix. Quartū ꝙ filius eius ille erat vnicus. nō enī habebat alium ex libera vxore. Unde dixit ei angelus de celo. Gen. xxii. Quia non pepercisti vnigenito ꝓpter me. xxxii. q. iiii. recurrat. Quintum / ꝙ miraculose habuerat eum. quia ex vxore vetula ⁊ sterili: ⁊ quum ipse iam esset centenarius. Genesis. xxi.

Sextum / ꝙ magna promissio facta erat Abrae de ipso. Galatas. iii. Gene. xii. ⁊ xv. Septimum / ꝙ ipse solatiū erat matri sue. quod no. ibi quū dicitur Isaac. quod interpretatur risus. dixit enim mater sua eo sibi dato. Risum fecit mihi domin⁹. quicūqꝫ enī audierit: conridebit mihi. Genesis. xxi. Quid dixisset mater Isaac: si Abraam reuertens de eius immolatione dixisset ei immolaui filiū tuum. Narrat etiam Josephus ꝙ ipse puer gratiosus ad fauorem suum parentes potius prouocabat: eo ꝙ in omni virtute studeret: ⁊ parentum haberet solicitudinem: et affectum circa dei religionem. Octauum / quia voluit eum non solum occidi / sed etiam incendi. Unde dicitur Genesis. xxii. Offer eum ibi in holocaustū. quod interpretatur totum incensum. noluit parcere nec viuo nec mortuo. Nonum / ꝙ voluit eum ducere per triduum ad locum immolationis. Unde glos. ibi. Non est Abraā iussus statim occidere filium suum: sed per triduum ducere ad immolationis locum. vt longitudine temporis tentatio augeretur. ⁊ crescentibus curis paterna viscera cruciarentur. prolixo spatio pater filium intuetur. cibum cū eo sumit. tot noctibus pendet in amplexibus. pater cubat in gremio. ⁊ per singula momenta in paterno amplexu dolor occidendi filium cumulatur. Decimū / q: nō apparebat aliqua p̄cepti vtilitas vel necessitas. Que enī vtilitas inocentē occidere: dānū ꝓ manifestū erat. ⁊ summa crudelitas videbatur. Hiere. vii. xxviii. q. v. regum.

Undecimū / ꝙ non excusasset eum authoritas precipiētis. quū nullus testis adfuisset. nec crederetur ei si dixisset hoc sibi dñm precepisse. Duodecimū quia hoc erat rationi ⁊ nature contrariū. Decimūtertiū / q: non p̄cesserat in sanctis patribus huiōi obedientie exemplum.

Decimūquartū / ꝙ oim ad quoꝝ notitiam hoc puenisset imminebat scandalum. Decimūquintū / Quū ait / Tolle. q. d. nō per alium: sed per teipsum. Filium. non seruū vel alienum. Unigenitum. non de multis vnum. q: iuxta illud poeticum.

Parcius ex multis mater desiderat vnum:
Et que flens dicit / tu mihi solus eras.

Quē diligis. q: in senectute genitū ⁊ a deo munere ꝯcessum ⁊ exhibitū ꝑ miraculū. si enī nō diligeret sec⁹ eēt. Isaac. in q̄ bñdictionis ꝓmissio. Gen. xii. ⁊ xv. tāqꝫ si ille occideretur: tota spes ꝓmissionis frustraret. Aug. De charitatis admonitione ⁊ nois recordatione tentatio cumulatur. Et vade in terram visiōis. ex hoc aggrauat dolor. si enī precepisset ex impetu filium imolari: aliquātulum esset tolerabili⁹ hoc. Per tres dies iubet deducere filiū.

Unde mirū ꝙ visu ⁊ colloquio ⁊ societate dilectissimi fi
lij nō retardatur. vt supradictū est. Et offer eū ibi in ho-
locaustum. Et summus cumulus doloris. holocaustum
enī est totum incendiū. vt supradictū est. vt nihil de illo
remaneret. nec etiam os ad patris solatium. Sup vnum
montiū quē monstrauero tibi. Hic est mons Moria/in
quo postmodum factū est templum. Sed vide multitu-
dinem obedientie. Abraam de nocte consurgens strauit
asinū suuz: ⁊ preparauit necessaria holocausto. Nemini
enī que facturus erat voluit indicare: ne forte ꝓhiberet
parere deo. xxij. q. ij. ꝓphetauit. quod est cōtra reuelātes
obedientias nō sibi consolatorias: ⁊ facientes eas ⁊ ꝓ-
curātes per seculares maxime reuocari. Precepto ergo
accepto tam difficili non se excusauit. causam pcepti non
interrogauit. sicut faciūt quidam religiosi diaboli imita
tores. qui ait Gen. iij. Cur precepit vobis deus vt nō cō-
ederetis ⁊c. Item nō procrastinauit mandatum exequi.
sed de nocte surrexit: ⁊ ne videretur ⁊ impediretur nulli
consilium cōmunicauit. vt dictum est. Si aliquod horuz
fecisset: forsitan meritum amisisset. q: dn̄s dixisset ei. Uo
lebam ꝙ faceres hoc: sed ad ꝓbandum te hoc dixi. xxij. q.
ij. non enī volebat. Item attendēdum est ꝙ vtile sit prō-
ptum esse ad obedientiā. Abraam enī filium nō immola
uit: ⁊ tamen tātū meritū habuit obediētia eius quātum
si imolasset. Gen. xxij. Quia nō precepisti filio tuo vnige
nito ꝓpter me. q: quātum fuit in Abraam filiū interfecit
q: votum eius ꝓ opere reputatur. de pe. dist. j. magna. in
pn. dist. cū legib9 canonizatis ibi se. vsq ad. §. cōtra. Be-
nedicā te ⁊ multiplicabo semen tuū. ⁊ in. e. c. In semine
tuo benedicentur omnes gentes: q: obediuisti voci mee.
Gen. xxij. ¶ Homo qui promptam volūtatem habet ad
obediendū deo: in omnibus placet deo. ⁊ ꝓ infinitis re-
bus quas nunꝙ facturus est meritū habet. Greg. Non
est manus vacua a munere: si arca cordis plena fuerit
bona voluntate. Tertio die vidit montē ꝓcul. ⁊ relictis
iuuenibus quos secum duxerat cū asino: ne impedirent
eum: aut gemitu obstreperent aut fletu. ꝯm Ambro. xxij.
q. ij. ꝓphetauit. et sic creuit tentatio. quia remāsit solus
cum filio. Imposuit ligna super Isaac. Et hic crescit do
lor ⁊ tentatio. vt filius materiam sue portaret mortis: si-
cut christus crucem. Jo. xix. maior ꝙ si alius materiā sue
mortis portaret. Et accipiens ignez ⁊ gladiū solus ascē
dit cum eo. vt nemo eum impediret. Et hic augmentat̄
tentatio maior ꝙ si alius materiā mortis filij portaret. ⁊
ait Isaac. Ecce ligna et ignis. vbi est victima? Et hic in-
geminantur dolores de verbis filij. Cui pater. Deus pro-
uidebit sibi victimā fili mi. Et statuit arā. ⁊ lignis dispo-
sitis ignem adhibuit. Et hic augmentatur dolor. Qui-
libet actus eius quasi quedā occisio filij est. Et (sicut Jo
sephus ait) ad puerum dixit. O puer quē in numeris vo
tis obtinui: susceptūq diligentissime alui: in quo felicem
me arbitrabar quū viderem ad virilem etatem venire:
vt moriens mei relinquerem successorem: q: ex volunta-
te dei pater tuus factus sum: ex volūtate dei similiter te
deponam. eo ꝙ ipe dignatur accipere te in odorem sua-
uitatis. vt sicut mirabilis fuit ingressus tuus in mūduz:
ita ⁊ mirabilis sit egressus. vt Jo. bapti. Luce. j. Mar. vj.
Non enī iudicauit te dignū egritudine seu bello vitā fini
re: sed cum orationibus ⁊ sacrificijs aiam tuā ad se vo-
care. ⁊ ipse de cetero mei curā gerens senectutēq regēs
(qua gratia maxime te nutriebā) moriar de te desolat9
pro obedientia patris. Isaac vero sermones patris libē
ter accipiens/ ait. Iniustum erat si natus fuissem: si dei ⁊
patris iudiciū refutarem. quādo solo patre id volēte im
piū esset nō obedire. Hec dicēs accessit ad aram pariter
⁊ ad mortem. arreptoq ab Abraā gladio/ puero posito
in ara sup struem lignoꝝ vt imolaret̄. reuocauit de9 pre-
ceptum ꝑ angelum. Jam enī impleuerat illud Abraam.
quū preparasset se oīno ad immolandum. vt supra dixi.
Mox ergo angelus dn̄i clamauit. Gen. xxij. ad eum. Ne
extendas manū tuam sup puerum. nūc cognoui ꝙ time-
as dn̄m. Non enī sitiebat deus sanguinē pueri: sed vt sci
retur quātuz Abraam timeret dn̄m. de hoc. xxij. q. ij. §. qn̄
aliquid. cum. c. seq. vbi de hoc. ¶ M Et hinc digrediēs
vtiliter venio ad obedientiā filij dei quā ꝓ nobis assum-
psit. Nam ꝯm allego. Abraam significat deū patrē. quem
innata pietas. de pe. di. j. quia diuinitatis. ⁊. c. multiplex.
nō solum tentauit: sed etiā cōpulit filium ꝓ salute huma
ni generis imolare. Unde sup illo verbo ps. lxxxiiij. Mi

Ad christū refertur isaac obedientia.

sericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi. dicit Bern. Ueritā
te ⁊ iustitia in terra manentibus vt miserum hominē fla
gellarent: pax ⁊ misericordia recesserūt ad deum q̄ dedit
illas. Et pio quodā susurro paterna pulsantes viscera lo
quebantur. ps. lxxvj. Nūquid in eternū proijciet de9: aut
nō apponet vt cōplacitior sit adhuc? Nūquid obliuiscet̄
misereri deus? ⁊c. Isaac vero signat christuz. qui reuera
est risus ⁊ gaudiū patris ⁊ matris et omniū electorum.
Luce. ij. Annūtio vobis gaudiū magnū qđ erit oī popu-
lo ⁊c. Hunc pater singulariter ⁊ ineffabiliter diligit. vn̄
Joā. iij. Pater diligit filium suū: ⁊ oīa dedit in manu ei9.
Ipsum quoq in senectute genuit. q: in fine seculoꝝ icar
nari. Gala. iiij. cōstituit. Allegat ergo ꝓ humano genere
pietas dicens. Abraam Abraam. qui interptatur pater
multarū gentiū. Gen. xvij. q. d. Tu es pater omniū gen-
tium ꝑ creationē: succurre eis per filij missionē ⁊ passio-
nem. Tolle igitur filium tuū. i. tibi cōsubstantialē vnige
nituz per naturā. xxiiij. q. iij. quidā. ꝟ. arriani. Et vade in
terram visionis. i. in mundum: de quo videbat̄ recessisse
ꝓpter peccatū Ade. Et dr̄ terra visionis: q: videtur deus
ibi per fidem. j. Cor. xiij. Luce. x. Et offer eum ibi in holo
caustum. vt totus imoletur pro humano genere. Unde
Bern. Totus mihi datus est. totus in meos vsus expen-
sus. Ceteri nāq sancti dicunt̄ sacrificia: q: partim ꝓ amo
re dei/ partim ꝓ seipsis passi sunt. sed christ9 solus dr̄ ho-
locaustum: quia nihil pro se pertulit sed totū pro nobis.
Unde signatur ꝑ vitulam rufam que tota incēdebatur.
Leui. xvj. Super vnū montiū. mons iste est locus calua-
rie. Mar. xv. Luce. xxiij. in quo redemptionis nostre my-
sterium extitit ꝯsummatum. Abraam igit̄ super Isaac li-
gna imposuit. q: christus ex dispositiōe dei pr̄is crucē ꝓ-
priam baiulauit. Jo. xix. Ipse vero portabat ignem ⁊ gla
dium scz feruentissimā charitatē qua dilexit nos. Jo. iij.
⁊ seuerissimā sn̄iam qua ꝓprio filio suo nō pepercit. Ro.
viij. Altare ꝟo est crux: vbi christus nō solū ligatus est sz
clauatus. ps. xxj. Foderūt manus meas ⁊c. Quādo autē
dr̄. Ne extēdas manū tuā sup puerū. innuitur ꝙ caro chri
sti potuit crucifigi: sed diuinitas nō potuit ledi. Per arie
tem inter vepres herentem cornibus/ significat̄ humani
tas. que inter iudeos exasperantes suspensa fuit inter duo
brachia crucis. vn̄ Abachuc. iij. Cornua in manibus ei9.
¶ Facit etiam ad cōmendationem obedientie/ quia vo
luit deus scilz pater filium suū christum probare quodā-
modo per obedientiam. in quo voluit sibi formare nouū
populū. Christus nō terram sicut Abraam: sed celū quō-
dāmodo deseruit. Hiere. xij. Reliqui domū meam. i. celū
vel domum. i. patrem. quia filius est in patre. Joā. j. Uni-
genitus est in sinu patris. quia carne assumpta nō appa
ruit in ea forma in qua equalis est patri. Dimisi heredita
tem meam. i. ecclesiam triūphantem. quia non apparuit
in mundo in ea forma q̄ ab angelis videtur in celo. Mat
thei. xviij. Item reliquit matrem synagogam de qua na
tus est ꝯm carnē. qđ figuratum fuit in hoc ꝙ Assuerus re
probata Uasti cōiunxit sibi Hester. Hester. j. ⁊. ij. Hester
interpretatur exaltata in pp̄lis. quia christus reprobata
synagoga copulauit sibi ecclīam de gentibus. quū dicit
Esa. lx. Ponā te in supbiam ppl'oꝝ. ⁊ facit. xxxv. q. j. cū igi
tur. vltra mediū. Deseruit etiā matrē suā beatissimaz. q:
ipsius aiam doloris gladius pertransiuit. Luce. ij. Reli-
quit etiam domū. q: nullam habere voluit. Math. viij.
Luce. ix. Uulpes foueas habent ⁊c. Item formā spūalis

circūcisionis dedit: quando volūtatem patris sui sue voluntati preposuit. Matth.xxvj. Non sicut ego volo: sed sicut tu. Mar.xiiij. Non quod ego volo: sed quod tu vis. Luce.xxij. Non mea voluntas sed tua fiat. Ipse mandato patris in holocaustum seipsum obtulit. Joan.iiij.vj.⁊.x. Matth.xiiij. Sicut mādatum dedit mihi pater: sic facio.

¶ Item valet ab cōmendationē obedientie: qđ legitur de ipso Heb.v. Et quidem cū esset filius dei: didicit ex iis que passus est obedientiā. didicit inquā per experientiam. Item didicit in corpore per ea que passus est in capite. ipse fuit discipulus ⁊ doctor obedientie. Si fili⁹ dei obedientiā didicit tot laborib⁹ ⁊ angustiis: nō debet esse homini onerosum addiscere eam. maxime iis q̄ sunt in scholis ipsius: scil3 in claustro. Valde verecūdum erit illis qui diu fuerūt in iis scholis si obedientie ignari inuēti fuerint. Adam inuent⁹ est male in obedientia se habuisse: in qua dn̄s eum ꝓbare voluit. sed ꝙ graue disciplinā dn̄s ei dederit: ipse ⁊ nos filii eius nouimus. Israel filii similiter in obedientia ꝓbati sunt. ⁊ diutissime flagellati: quū in ea se male habuerunt. sic diutissime flagellabūtur qui inobedientes fuerint. Inobedientia hominē de paradiso eiecit. Gen.iij. Obedientia vero ipsum in paradisum introduxit. Luce vlti. Eduxit eos foras in Bethaniam .i. in domū obedientie. Felix quē dn̄s duxit in Bethaniam .i. in religionē vbi est locus obedientie. Sperare firmiter pōt ꝙ sit inde ascensurus in celum: si tamē in vera obedientia obierit. j. Pet.j. Sperate in eam que vobis offertur gratiā in reuelationē Jesu christi quasi filii obedientie. Obedientiā voluit christus docere ⁊ in hūc mūdum veniens. Jo.vj. Descendi de celo: nō vt faciā voluntatem meam/ sed volūtatem eius qui misit me. Et de mundo transiens. Matth.xxvj. Non sicut ego volo: sed sicut tu. Jo.xiiij. Sicut mādatum dedit mihi pater: sic facio. Bern. Mementote fratres. christus ne ꝑderet obedientiā: ꝑdidit vitam. In signū ꝙ obediendo mandato pr̄is mortē sustinuit/ inclinato capite emisit spm̄. Jo.xix. Et in mūdo viuens. Jo.iiij. Meus cibus/ inquit/ vt faciā volūtatem eius qui misit me. Eiusdē.v. Non quero volūtatem meā: sed voluntatem eius qui misit me. Obedientia est imago celestis hois. Sic inobedientia est imago terrestris hois. j. ad Cor.xv. Sicut portauimus imaginē terreni hois: ita ⁊ portemus imaginē celestis. Ephe.iiij. Induite nouū hominū. qui ſm deum creatus est .i. opere diuino conceptus: nō opere humano more aliorū hoīm.

Effect⁹ obedientie multiplex.

¶ Cōmendabilis est obediētia a suo multiplici effectu. Unde notandū ꝙ obedientia seruū dei efficit. ⁊ ianuam celi aperit. ⁊ inobedientia claudit. Mat.vij. Non ois q̄ dicit mihi dn̄e dn̄e/ intrabit in regnū celorū. sed qui facit voluntatē patris mei q̄ in celis est ⁊c. Magna securitas est habere dn̄m omnipotentē. Ambro. Mori non timeo: q: bonum dn̄m habeo. Beatus est q̄ vere habet dn̄m. ps. cxliij. Beatus populus cuius dn̄s deus eius. Item obedientia hoīem christi facit fratrē. immo quasi omni genere attinentie affinē. Eccli.xxxiij. Si est tibi seruus fidelis sit tibi sicut aīa tua. quasi fratrē sic tracta illum. Matth. xij. Marci.iij. Luce.viij. Quicūq3 fecerit voluntatē pr̄is mei qui in celis est: ipse meus frater ꝓpter cōmunē3 voluntatem operādi/ ⁊ soror/ ꝓpter cōmunē voluntatē cōpatiendi/ ⁊ mater est/ christū ꝯcipiendo ⁊ in cordibus audientiū generādo. Gala.iiij. Filioli mei quos iterū parturio donec formet̄ christus in vobis. Greg. Parit deu3: qui eū cordi audientis infuderit. Mater eius efficit̄: si ꝑ eius vocem amor dei in mente ꝓximi generatur. Simile Matth.iij. Item obedientia deo p̄stat obsequiū acceptissimū. j. Regū.xv. Nūquid vult deus victimas ⁊ holocausta: ⁊ nō potius vt obediat̄ voci eius? Melior est obedientia ꝙ victima. lxxxj. di. si qui. viij. q.j. sciendū. et de maio. ⁊ obe. illud. Eccl's.iiij. Multo melius est obediētia ꝙ victime. Lic3 em̄ deus nō exaudiat nos qn̄q3 ad volūtatem: vt exaudiat ad vtilitatem: eo ꝙ ipse scit q̄d nobis expediat: nos vero hoc nescimus. Ipse tn̄ vult vt seruiam⁹ ei ad eius voluntatem: non ad suam vtilitatem. quū ipse ps.xv. bonorū nostrorum nō indigeat. ⁊ quū volūtas sua semꝑ recta sit. Eccli.xxxv. Salutare sacrificiū est attēdere mandatis dei. Deutero.iiij. in pn̄. ⁊.xij. in fi. Prouerb. xxx. Que p̄cipio tibi hec tm̄ facias. nō addas quicq̄ nec minuas. Item obediētia in hoīe habitaculū deo quasi erudit: expellendo a corde hois sensum ꝓprium ⁊ ꝓpriā volūtatem. Unde dn̄s in domo Simonis discubuit. Simon em̄ obediens interpretatur. Luce.vij. sed non in domo Simonis cyrenei: qui crucē3 domini ferre in angaria. Marci.xv. ⁊ Luce.xxiij. vbi deest vnctio spūssancti: et ideo murmur est ibi. Eccli.xxxiij. Precordia fatui quasi rota carri. si vncta non fuerit: murmurat. In Bethania q̄ interpretatur domus obedientie/ christus vngitur. Jo.xij. Ipse eos diligit qui ibi habitant. Jo.xj. Diligebat Jesus Martham ⁊ Mariā sororē3 eius ⁊ Lazarū. Quū deest sibi hospitium: venit Bethaniā: vt ibi hospitetur. Mar. xj. Circūspectis omnibus/ quum iam vespera erat hora: exijt in Bethaniā. glos. Ut qđ in vrbe non inuenerat magna. in agro paruulo apud lazarum ⁊ sorores eius haberet hospitiū. In vtero virginali hospitio filius dei receptū est: quū Maria verbo angeli obediuit. Luce.j. Fiat/ inquit/ mihi ſm verbū tuū. Item obedientia hominē3 supra se leuat. Thren.iij. Leuauit se supra se. Nisi corpus esset sociatum spūi: vt sensu eius ⁊ imperio regeretur: nō ascenderet ad hoc vt remunerationem eternā mereret̄. sic vir simplex per obedientiā ascendit ad sapientiā ⁊ mores maiorū a quibus regitur. immo quodāmodo ad deu3 ascendit: dum seipm̄ exuit: ⁊ deum quodāmodo induit. Gala.ij. Uiuo ego iam nō ego/ viuit vero in me christus. Phil.j. ⁊ ibi. Mihi viuere christus est ⁊ mori lucru3. Qđ intelligitur vt no. de peni. dist.ij. c. siquis tantam. in glos. christus. Et sic quodammodo deificatur homo ſm illud ps.lxxxj. Ego dixi dii estis. Et nō solum deificatur quoad sensum ⁊ voluntatem dei quā assumit: sed quodāmodo quoad potestatem. Facit enim diuina ⁊ mira vt patet in Petro: qui obediens christo iubenti ambulauit sup aq̄s. Matth.xiiij. Grego. refert de Mauro monacho qui ad iussum sancti Benedicti ambulās super lacū traxit puerum Placidu3. vt supra etiam dixi. Item obediētia ponit hominem in excellentissimo statu ⁊ in presenti ⁊ in futuro. Primū ostenditur Deutero.xxviij. Si audieris vocem dn̄i dei tui: faciet te domin⁹ deus tuus excellentiorē cunctis gentibus. Secūdum ostenditur in patre illo qui raptus in spiritu ordinem obedientium superiorē3 vidit tribus aliis. de quo supra dixi in. §. sed iterum. ꝟ. ordo. in isto. lxix. ar. qui ordo. Que nullam habet hic requiem: in futuro summam habebit. Phil.ij. de christo dicitur/ Factus obediens ⁊c. et sequitur. Propter quod deus exaltauit illum ⁊c. Item obedientia deum glorificat. Esaie lviij. Si glorificaueris eum ⁊c. ⁊ sequitur. Et nō inuenitur voluntas tua ⁊c. ⁊ supra tetigi. Multum vere glorificat deum verus obediens: quia facit beneplacitu3 dei. quū hoc etiam deus mandat ei per vilem personam aut peccatorem. Et tanto est maior dei gloria: quāto precipiens vilior persona. ideo ꝟo obediens merito a deo glorificatur. j. Regum.ij. Quicūq3 honorificauerit me: glorificabo eum. Eccli.x. Semen hominū honorabitur hoc qđ timet dominū. semen autē hoc exhonorabitur quod preterit mandatum dn̄i. Item obedientia quod vult a deo impetrat. Greg. Si obedientes fuerimus prepositis nostris: obedit deus orationibus nostris. Augu. de operib⁹ monachorum. Citius exauditur vna oratio obedientis: ꝙ decem milia contemptoris. j. Jo.iij. Si cor nostrū non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum ꝙ quicquid petierimus ab eo/ accipiemus: quia mandata eius custodimus. Greg. Cūcti liquido nouim⁹ q: quū is qui displicet ad intercedendū mittit̄: irati animus ad deteriora prouocat̄. iij. q. vij. in grauib⁹. Et post illud Heb.v.

Exauditus est pro sua reuerentia.subditur.tamen causa illius exauditionis. Et quidem quū esset filius dei:didicit ex ijs que passus est obedientiam. Obediētia est que dicit illud Canti.v. Dilectus meus mihi:⁊ ego illi. Deus eñ facit ac si totaliter esset cum obedientia.quia obediētia totaliter est cum illo. Dicit eñ verus obediens illud Roma.xiiij. Nemo nostrū sibi viuit. Item obedientia a periculo maris huiꝰ liberat. Sap.xiiij. Exiguo ligno credunt hoies aias suas: ⁊ transeuntes mare p ratem obedientie liberati sunt. Exiguū lignū est obedientia. Obedientia facta est quasi nauis institoris. Prouer.vlt. Qui in naui est:etiam comedens ⁊ bibens ⁊ quiescens procedit.quia alieno motu mouetur. sic obediens qui in religione est etiam quiescendo comedendo bibendo meret. Nam quicquid agit:in obedientia agit: et ppter deum agit. Item obedientia hominē ditat. Nec mirū.quū de suo nihil expendat.q: nihil suū reputat.⁊ quū in cunctis que agit/voluntatez alterius facere intendat. Ideo pro oibus que agit merito remunerationē expectat. Multe filie dei/scz virtutes/congregauerunt diuitias meritoꝝ: obedientia vero superegressa est vniuersas. Prouer.vlt. Quis est qui qñqȝ nō faciat multa specialiter p se:de q̇bus nō expectat remunerationē:obedientia vero p alio agit:⁊ ideo semp habet remunerationē. Item obedientia quasi equus in paradisum vadit alieno sensui et voluntati quasi pedibus alienis innitendo. ideo velocius vadit. q: pedes q̇bus innititur velociores sunt pprijs. immo obediētes nō vadūt:sed volant citissime p obediētiam in celum. De eis eñ d: Esa.lx. Qui sunt isti/veri religiosi obedientes:qui vt nubes/eleuati a terra et refrigerati a concupiscētia carnali ⁊ cōpuncti lachrymarum aquis: volant/alis obediētie ⁊ charitatis: ⁊ quasi colūbe/simplici intentione obedientes.ij.q.vij.nō ois. ad fenestras suas.i.ad sensuū corporaliū cohibitionē/ad christi vulnerū meditationē/ad ruine angelice reparationē: Sed multi religiosi qñ mittunt extra claustrū: volāt ad cadauera gule ⁊ luxurie ⁊ mūdane glorie: sicut coruus quē emisit Noe. Gen.viij.qui/vt dicit/fluctibus est interceptus:ideo ad arcam nō redijt. Sic tales religiosi intercipiūtur aquis delectationū carnalium.⁊ ideo nō redeunt ad arcam vite. Osee.v. Non dabūt cogitatiões suas vt reuertant ad deū suū.q: spūs fornicationis in medio eoꝝ volat.g̊ ⁊ currunt corporalr ⁊ spūalr q: multi in religione valde surgūt mane: ⁊ frequēter ieiunāt:qui si eēnt in seculo:dormirent ⁊ crapule vacarent. Obediētia nō maculatur. Prouerb.iij. Vie eius vie pulchre. Nec ledit. Si quid eñ culpe ⁊ periculi in eo qd iniungitur est: superioris est.sibi non nocet:nisi manifestū pctm̄ sit.xxiij.q.j. quid culpatur. ⁊ de hoc satis.s̄.e.ar.R.item sciendū. Vñ de obediētia pōt dici illud ps.xc. In manibus portabūt te ⁊c. Item obediētia hoiem expedit ⁊ exoneratū reddit.alij eñ incūbit solicitudo p ipo ⁊ tpaliter ⁊ spūaliter ideo nō solum pōt currere sed etiam volare. vt prime dictum est. Si tñ habeat alias duas alas sibi ꝯiunctas: scz castitatem ⁊ paupertatem. Apocal.xij. Date sunt mulieri due ale aquile magne vt volaret in desertū scz religionis Bern. Magna penna paupertas: qua tam cito volatur in celū. Nam alijs virtutibus pmissio regni datur. Paupertati vero nō tam pmittitur:q̄ celi inuestitura datur. qm̄ ipsoꝝ inquit est regnū celoꝝ. Matth.v. Castitas etiā magna penna est.q̄ hoiem expedit ab illa delectatione q̄ difficillimū est hoiem liberari.l.dist.q: tua. ⁊ a fortissima occasione peccādi: scz a muliere. p quā diabolus Adam eiecit. Gen.iij.⁊ per quā Job deuicit: quū dixit illi vxor. Adhuc tu pmanes in simplicitate tua ⁊c. Cui ille. Tāq̄ vna de stultis mulieribus locuta es. Job.ij. Itē obediētia facit hoiem triūphare. Prouer.xxj. Testis mēdax peribit.vir obediēs loquet victorias. Testis mēdax est:q̄ professus est obedientiā ⁊ eā nō seruat. q̄ in pñti perit:dū in bello spūali succūbit. ⁊ in futuro peribit: q: eternaliter dānabitur. Exemplū de hoc in pplo iudaico q̄ pmisit se seruare legem. Exod.xix. Oia que locutus est dñs faciemus. Itez Josue.j. Oia que pcepisti nobis facie*m*ꝰ.quā vero transgrediebatur legem vincebat. Josue.vij. Anathema in medio tui israel est.nō poteris stare coram hostibus tuis. Adam similiter factus inobediens superiori suo/habuit repugnās suū inferius. Gen.iij. Qui comedit:⁊ aperti sunt oculi eius.glos. Aug. Aia rōnalis motꝰ bestiales in carne sua erubuit. ⁊ subdit. Motus iste de transgressione veniebat. Bern. Tale inuenit aia inferiꝰ suū:qualem se exhibuit superiori suo. Armatur eñ creatura ad vlciscendā iniuriā creatoris. Unde ⁊ iustus Job grauatꝰ in isto inferiori ait. Job.vij. Quare posuisti me contrariū tibi:⁊ factus sum mihimetipsi grauis: vbi dicit Greg. Dum homo a carne molestias ⁊ a mente questiones tolerat:graue pondus supra semetipm portat.⁊ iij.Reg.xj.legitur de Salomone. Fecit Salomon qd nō placuerat corā dño.⁊ subditur. Et suscitauit dñs aduersarium Salomoni. Sic accidit ei qui in religione est:qui obedientiā non seruat ei cui pmisit.q̄ dñs permittit euz impugnari ⁊ vinci.⁊ sic perit qui ppriam volūtatem in religione vult sequi tamq̄ filius pditionis. Jo.xvij. Nemo perijt ex eis nisi filius perditionis. Et vere filius pditionis est:qui volūtarium laqueū sibi iniecit quo periturus erat. Prouer.vij. Illaqueatus es verbis oris tui. Et vere filius pditionis de loco salutis fecit sibi locuz dānationis.⁊ quū esset liberatus de mari mūdi huius: ⁊ iam ingressus nauē religionis:ibi etiam periclitatur. Actuū xxviij. Utiqȝ homicida est hic qui quū euasit de mari: vltio diuina nō permittit eū viuere. Unde ⁊ Abbas Motues (vt legit in vitis patrum) ait. Nos quidem in tranquillo mari nauigare videmur. seculares vero in periculosis locis.⁊ nos quasi in die nauigamus/ sole iustitie illustrati:illi vero in ignorātia quasi per noctem. Sed frequēter cōtingit q̄ secularis in tenebrosa hyeme nauigās vigilans autem ⁊ clamans ppriam nauem saluet. Nos aūt quia in tranquillo nauigamus: sepius ex ipsa securitate negligimus:⁊ perimꝰ humilitatis gubernacula relinquētes. Obedientia autē filia pmogenita est humilitatis.sicut sensus pprius ⁊ voluntas pmogenita filia superbie est.⁊ vt supra tactū est vir obediens pōt loq̄ victoriam. Prouer.xxj.q: habet nobilissimū genus triumphi. Nobilissimū genus triūphi est seipsum vincere. Ezech.v. Vsus ethici. Nobile vincendi genus est patientia. vincit Qui patitur. si vis vincere: disce pati.qd facit obediens. Unde sup illud.j.Reg.xv.lxxxj.dist.siqui. Melior est obedientia ⁊c. dicit Gregorius. Vir obediens loquitur victorias. dum enim aliene voci humiliter subdimur: nosmetipsos in corde superamus. Prouerb.xvj. Melior est qui dominatur animo suo expurgatore vrbium. Multi qui vrbes ⁊ regna sibi subiugauerunt:qui ad hunc triūphū nobilem non peruenerunt. Hic triumphus proprius est hominis. Vincit leo vel aliud animal cetera animalia: sz seipsum vincere non potest. Seneca. Qui seipsum vincit contra omnia fortis est. Constantinus augustus dicit vt legitur in legenda beati Syluestri. Vincimꝰ nosmetipos quū nos a mala voluntate excludimꝰ. Quid prodest barbaras vincere nationes: si a crudelitate vincamur. Vincere namqȝ bella virtus est populorum. vincere vitia virtus est morum. Obediens deo subiectus est. ideo merito cetera sunt ei subiecta:⁊ nihil ei repugnat. Deus enim in obediente pugnat.ideo nō est mirum si ipse triūphat. Per Leuit.xxvj. Si in preceptis meis ambulaueritis ⁊c. Persequimini inimicos vestros: ⁊ corruent corā vobis. Itē obedientia animā ornat. Vñ inauris est aurea quā celestis sponsus dat aie. Prouerb.xxv. Inauris aurea ⁊ margarita fulgens:q̄ arguit sapientem: ⁊ aurē obedientem. Margarita fulgēs inauri auree decenter iungit: et doctrina mentez illuminans auri obedienti vtiliter pponitur. Dat Eliezer iaures aureas Rebecce. Gen.xxiiij. In

aures ergo dat chꝛiſtus anime.vt in auditu auris obedi-
at ſibi in pceptis ⁊ pꝛohibitionibus. ps.xvij. In auditu
auris obediuit mihi. Item obediētia eccleſiam letificat.
Eccli.iij. Qui obedit patri refrigerabit matrem.ſcilꝫ ec-
cleſiam militantem. Item hominē gloꝛificat. Roma.vlt.
Obedientia veſtra in omnem locum diuulgata eſt. Ani
mam caſtigat a libidine ppꝛie voluntatis.j.Pet.j. Ani-
mas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis. Iteꝫ
conſeruat animam. Pꝛouerb.xix. Qui cuſtodit manda-
tum:cuſtodit animam ſuam. Obedienteꝫ merito cuſto-
dit domin⁹ tanq̄ ſuum. Pꝛouerb.xxix. Verbum cuſtodi
ens filius extra perditionem erit. Eccl's.viij. Qui cuſto-
dit pꝛeceptum non experietur quicq̄ mali. Item obediē
tia homini pacem dat. Pꝛouer.xiij. Qui timet pꝛeceptū:
in pace verſabitur.j.Machab.xiiij. Siluit terra iuda oi-
bus diebus Simonis.ſiluit.i.quieuit:vel pacem habuit.
Simon obediens interpꝛetatur. Et vere verus obediēs
ſilet coꝛde ⁊ oꝛe: non murmurans de iniunctis nec intus
nec extra. vnde ⁊ pacem habet quicq̄d ſibi cōmendetur.
Eſaie.xlviij. Utinā attendiſſes ad mandata mea. fuiſſet
quaſi flumen pax tua. Item obedientia benedicti homi-
nem facit. Deutero.xj. Pꝛopono vobis benedictionem:ſi
obedieritis mādatis.eiuſdem.xxviij. Venient ſup te oēs
benedictiones iſte ⁊ appꝛehendent te.ſi tamen pꝛecepta
eius audieris benedictus tu in ciuitate ⁊c. Iteꝫ facit ho
minē beatum. Matth.xvj. Beatus es Simon bariona.
Pꝛouer.xxix. Qui cuſtodit legem beatus eſt. Obedien-
tia in pſenti hominē dignum pꝛelatione efficit. Unde do
min⁹ Simonem pꝛefecit ceteris apoſtolis. Matth.xvj.
j.Mach.ij. Simon frater veſter ſcio q̄ vir ꝯſilij eſt. ipſuꝫ
audite ſemp.⁊ ipſe erit vobis pater. In vita beati Gili-
berti dicit̄. Pꝛeeſſe nō audeat: qui ſubeſſe non didicerit.
nec obedientiā a ſubditis imploꝛet:qui eam pꝛelatis ex-
hibere (.ij.q.vj.qui ſe ſcit.j.⁊.ij.) nō nouit. Pꝛius quidem
debet eſſe diſcipulus q̄ magiſter.lix.diſt.oꝛdinatos.ex de
elec.cū in magiſtrū. Atqui inuerecūde repente religioſi
pꝛepoſiti ducatum ambiunt:quia nec eſſe adhuc milites
didicerunt. Quid putamus:quid iſtis ſubiectis pꝛeſtatu
ri ſunt:qui ante q̄ diſcipulatus limen attingant:tenere
locum regiminis nō foꝛmidant?lix.diſt.hoc ad nos. Et q̄
ſub alio eſt vel eſſe debet:alium ſub ſe habere non debet.
ff.de adult.ſic eueniet.ff.ad mace.filium habeo.lvj.di.mi
ſerum. Item obedientia ad regnū celi introducit. Mat.
xix. Mar.x.⁊ Luce.xviij. Si vis ad vitam ingredi: ſerua
mandata. Inobedientia clauē paradiſi amiſit:ſed obedi
entia eā recuperauit. Unde Simoni Petro dicit̄ Mat.
xvj.⁊.xxiiij.q.j.quodcūq. Dabo tibi claues regni celoꝛū.
Item obedientia vitam homis feliciter cōſummat. Job
xxxvj. Si audierint ⁊ obſeruauerint:cōplebūt dies ſuos
in bono:⁊ annos ſuos in gloꝛia. Si autem nō audierint
tranſibūt per gladiuꝫ. Item de obedientia dicit Greg.
q̄ non tam eſt virtus q̄ mater virtutum.quod ideo dicit
quia obediētia pꝛoducere poteſt motus omniū virtutū.
omnes eīm poſſunt iuberi. ⁊ ſi aliquis pꝛoducat motus
illos qui iuſſus eſt:obedientie ſunt.⁊ de hoc ſupꝛa in iſto
ar.in.§.iterum etiam.v.item obedientia.tactum eſt. Itē
ſuper illud Geneſ.ij. Ligmūq; ſcientie boni ⁊ mali. dicit
gloſ.Aug. Obedientia ſola veriſſima eſt virtus: creatu-
re ſubdi rationali ſub dei poteſtate degenti. Quod pōt
intelligi dictum eſſe. pꝛimo quia obedientia perficit ho-
minem ex parte illa qua habet comparationē ad deū ſub
quo eſt.⁊ reſpectu actus qui eſt nobiliſſimus tanq̄ finis
hominis. Finis enim eſt optimū in vnoquoq;. Hic actus
eſt obſeruatio mādati diuini. Eccl's vltimo. Deū time et
mandata eius obſerua.hoc eſt omnis homo. Secundo
poteſt hoc intelligi dictum pꝛopter meritū. ad quod va
let obedientia. Unde ſuper illud Gen.ij. Ligmūq; ſciētie
dicit Aug. Opoꝛtebat vt homo ſub domino poſitus ab
aliquo pꝛhiberetur:vt eſſet virtus merendi. Obedientia
(dum aliquis intendit facere volūtatem ppꝛiam) nō vi-
detur mereri:niſi apud ſeipſum. Ab illo eīm merces expe
ctatur cui ſeruitur:vel cuius volūtas fit. Non meretur er
go apud alium:niſi qui nō vult facere volūtatem ppꝛiā.
qd̄ eſt obedientie. Unde ⁊ Greg. Sola eſt obedientia q̄
meritū fidei poſſidet. Tertio poteſt intelligi dictū Aug.
pꝛopter maioꝛem difficultatem. Uirtus eſt eīm circa diffici
le.iuxta ſapientem. Et nomen virtutis a vi videtur eſſe
deductum. Difficillimū autem videtur agere cōtra ſe.qd̄
facit obediēs.qd̄ ſonat nomen obedientie. Obedire eīm
eſt ꝯtra audire.ꝯtra ſcꝫ ppꝛium ſenſum ⁊ ppꝛiam volun
tatem. Greg.ſuper.j.Regū.xv. Melioꝛ eſt obedientia q̄
victima.quia per victimā aliena caro: per obedientiam
vero ppꝛia mactatur.⁊ de hoc ſupꝛadictum eſt. in ar.liij.
in.§.tertius erroꝛ.v.qui autem. Obediētia quaſi quod-
dam martyriū eſt ſcḋm Climacum. Greg. Tanto quiſq; ci-
tius deum placat:quāto repꝛeſſa arbitrij ſui ſupbia gla-
dio pꝛecepti ſe immolat. Obediens quaſi pꝛopꝛium ſibi
amputat pꝛo chꝛiſto caput:⁊ caput ſibi chꝛiſtū conſtituit
vel eum qui loco eius eſt.qui martyꝛium pꝛo chꝛiſto ſuſti
net:vnam voluntatem ſibi amputat.ſcꝫ volūtatem viuē-
di.ſed obediens omnē voluntatem:⁊ ſepius vſq; ad moꝛ
tem. Obediētia maxime ppꝛie volūtati detrahit.⁊ ideo
virtuti maxime addit. Sapiens. Hoc ſolum virtuti ad-
ijciens:qd̄ pꝛopꝛie voluntati detraxeris. Poeta. Eſt virt⁹
placidis abſtinuiſſe bonis. Pꝛopter ea q̄ dicta ſunt amā
da eſt obedientia a fidelibus tanq̄ mater eoꝛū.j.Pet.j.
Sperate in eam que offertur vobis gratiam in reuela-
tione Jeſu chꝛiſti quaſi filij obedientie. ¶ Sequit̄ de ijs — *Quib⁹ iuuetur obedientia.*
que iuuare poſſunt obedientiā:vt aliquis ad eaꝫ magis
reddatur flexibilis. Pꝛimū eſt exilitas. vt patꝫ in virga q̄
pꝛopter exilitatem flexibilis eſt.etiam ferrum ſi ſit ei ſlevel
tenue:flecti poteſt.ſic exilitas humilitatis perſpicue va-
let ad obedientiam. Unde cantoꝛ Pariſienſis humilita-
tem poſuit matrē obedientie.⁊ Phil.ij.pꝛemittit humili
tatem chꝛiſti. Apoſtolus. Humiliauit inquit ſemetipſum
factus obediens ⁊c. Augu.xiiij.de ciui.dei. Obedientia
niſi humilium eſſe non poteſt.humilitas eīm vacuitas eſt
pꝛopꝛij ſenſus ⁊ voliti.⁊ alienū ſenſum ⁊ volitum recipit
quaſi vacua a ſuo.⁊ ſic fit obediens. Superbus ſenſum
ppꝛium retinens nō recipit ſenſum alienū ⁊ velle.⁊ ideo
non obedit. Pꝛouerb.xxvj. Uidiſti hominē ſapiētem ſibi
videri:magis illo ſpem habebit inſipiens. Cibus nimis
ſalitus quaſi perdit⁹ eſt.facilius ſal cibo additur q̄ ſub-
trahatur. Sic qui ad religionem venit:ſi ſal pꝛopꝛij ſen-
ſus in eo nimis abundet:non eſt aptus religioni. Facili⁹
homo ſimplex religioſus bon⁹ efficitur q̄ ſapiēs. Bern.
ad fratres de monte dei. Superbia quantūuis ſibi pꝛu-
dens videatur:dimittenda ⁊ abigenda eſt. Si enim ad-
mittitur ſuperbus. pꝛima die qua incipit habitare icipit
leges dare.nimiū vo ſtultus diſcere non pōt quas inue-
nit. Eccli.xix. Melioꝛ eſt qui minuitur ſapientia: ⁊ indi-
get ſenſu in timoꝛe dei: q̄ qui abundat ſenſu ⁊ tranſgre-
ditur legem altiſſimi. Timoꝛ quideꝫ exiſtimat pericula:
etiam que non ſunt.defectus ſuos ſcrutatur ⁊ inuenit ſe
ſenſu indigere.⁊ ſic timoꝛ humilitatem introducit. Hu-
militas vero videns ſenſum ſuū non ſufficere:alieno ſen
ſui acquieſcit.nec vult habere ducem illū qui in tot foue
as cum pꝛecipitauit.ſcilicet ſenſum pꝛopꝛium. ¶ Secū-
dum eſt aſſuefactio.vnde equus aſſuefit circumuolutio-
nibus: vt facilius ad voluntatem ſeſſoꝛis flecti poſſit.
Pꝛouerbioꝛum.xxj. Equus paratus ad diem belli.domi
nus autem ſalutem tribuet. Equus autem eſt religioſus
cui frenum obedientie impoſitum eſt. Zacha.x. Poſuit
eos quaſi equos gloꝛie ſue in bello. Operatur autem
deus in viro religioſo gloꝛioſa ⁊ ſalutifera.⁊ ideo equus
gloꝛie poteſt dici. Hic equus per aſſuefactionem paran-
dus ad obedientiam/vt vult ſeſſoꝛ eius.i.pꝛelatus.nūc ad
dexteram pꝛoſperitatis: nunc ad ſiniſtram aduerſitatis
vertit̄.aliter in die belli ſuccūbet: qn̄ ſcilꝫ aliquid graue
iniūgetur. Religioſus qui in ſua voluntate nutritur:de-

ſtruitur. ¶ Tertium eſt ignis amoꝛis. vt patet in cera ꝗ̄
calefacta facile flectitur. ⁊ in metallis que ab igne lique
fiunt: ⁊ ſic facile foꝛmam rei cui infunduntur accipiunt.
Et hoc valere poteſt ad hoc ꝙ coꝛ per obedientiā magis
flexibile fiat: ſi ignis diuini amoꝛis oſtēdatur. Qualiter
deus dilexit nos. Luce. xij. Ignē veni mittere ⁊c. Frequē
ter cogitandus eſſet amoꝛ ille/ ex quo ꝓ nobis altiſſim⁹
obedire voluit vſq₃ ad moꝛtē crucis. Phil. ij. vt cōfunde
remur inobedientes eſſe ad leuia que nobis ex eius īpe
rio iniungūtur. Leuit. vj. Ignis in altari, ſcʒ coꝛdis mei
ſemꝑ ardebit. quem nutriet ſacerdos/ homo contritus
ſubijciens ligna/ ſcʒ memoꝛiā crucis. per ſingulos dies/
ſcʒ cōtinue. ¶ Quartū eſt ſeparatio rei ab aliquo magꝭ
flexibili cui adherebat. vt ꝑʒ in coꝛio adherēti ligno: qđ
flecti nō poteſt niſi a ligno ſeparetur. ſic expedit ei ꝗ̄ ꝑfe
cte obedire vult: ꝙ voluntatem ſuā ab omni re tēpoꝛali
ſeparet: ⁊ eam recolligat. vt habeat eā paratam quando
mādatum ſuperioꝛis veniet. ps. cxviij. Paratus ſuʒ ⁊ nō
ſum turbatus. Item. ps. lvj. Paratum coꝛ meū deus pa
ratum coꝛ meum. Bern̄. Paratum ad ſublimia/ paratuʒ
ad humilia/ paratum ad oia. ¶ Quintū eſt alicui⁹ liquo
ris admiſtio. vt pellis dura vngitur: vt ſit tractabilioꝛ. et
terre dure aqua miſcetur. ſimiliter vnctio gratie neceſ
ſaria eſt vt coꝛ magis obediens fiat. Ideoq₃ qui in reli
gione eſt frequēter in oꝛatione debet ſupplicare vt gra
tiam obediēdi ei tribuat: ⁊ coꝛ eius leuiat ⁊ humiliet ſpi
ritusſanctus: ⁊ prelato beneplacitum ſuū deus inſpiret.
Aug. x. lib. ꝯfeſ. Domine cōtinentiā iubes. da qđ iubes. et
iube qđ vis. ¶ N Valet etiam ad obedientiā imperan
tis modeſtia. Seneca. Remiſſius imperāti melius pare
tur. Greg. Qui ab vnoquoq₃ bono etiā ſubiectos vetat:
neceſſe eſt vt multa ꝯcedat. ne obedientis mens fundit⁹
ītereat: ſi a bonis oibus repulſa ieiunet. Unde dn̄s Ade
vnicā arboꝛem ꝓhibuit: oēs alias cōceſſit. Gen̄. ij. ⁊ iiij.
Reg. xij. populus inobediēs factus fuit ꝓpter graue im
periū. iij. Reg. xij. vij. q. j. deniq₃. facit ad hoc. xxvj. q. vij. al
ligant. xlv. di. cum btūs. Unde ⁊ dn̄s nō ꝑcepit Petro: ſʒ
rogauit vt nauē a terra ſubducat. Luce. v. In quo cōfun
ditur ſupbia prelatoꝝ qui ſemꝑ imperant: ⁊ ꝑ obediētiaʒ
mandant: ⁊ vix aut nunꝗ̄ rogant. Gladius in manu fu
rioſi ꝑceptum ꝑceps in oꝛe p̄lati. Ezech. xxxiiij. Cū auſte
ritate imperabatis eis ⁊ cū potentia. xlvij. di. hoc hʒ. faci
unt ad hec. xlv. diſti. licet. j. ⁊ ij. xcv. diſt. eſto. xj. q. iij. rogo.
Hoc etiā eſt ꝯtra illos prelatos qui pꝛo quacūq₃ cauſa ⁊
ꝑcipitanter excōicationis ſniās ⁊ aliam cenſuram fulmi
nant in ſubiectos. ꝯtra illa. c. xj. q. iij. nemo. c. nullus ſacer
dotū. ex̄ de ſen. excō. ſacra. ⁊. c. ti. cum medicinalis. li. vj. et
de re iud. cū eterni. lib. vj. Seneca. Generoſus eſt anim⁹
⁊ in ꝑtāte naturaliter recalcitrās. facilius ducitur ꝗ̄ tra
hatur. Vera em̄ obedientia ⁊ pura imponēda charitatē
reſpicit nō timoꝛem. j. Per. j. Caſtificantes aīas in obedi
entia charitatis. Ouidius. Si quotiens peccant hoies
ſua fulmia mittat Juppiter: exiguo tempoꝛe nullus erit.

Obediẽtie grad⁹ ſeptem

¶ O Gradus autē obedientie ſm̄ Bern̄. ſeptem ſunt.
¶ Pꝛimus eſt obedire libenter. quē gradū (vt ipſe ait)
nec pōt aſcendere qui voluntatē pꝛecipientis ſed ſuam
nō fecerit. Libenter obediebat qui dicebat Joā. iiij. ⁊ vj.
Meus cibus eſt vt faciam voluntatē eius qui miſit me.
Aug. x. lib. cōfeſ. Optimus tuus miniſter eſt: qui nō ma
gis intuetur a te audire qđ ipſe voluerit: ſed potius hoc
velle qđ a te audierit. Bern̄. Quiſquis occulte ſatagit vt
qđ vult ipſe hoc ei pꝛelatus iniūgat: ipſe ſe ſeducit ſi foꝛ
te ſibi quaſi de obedientia blandiatur. Neq₃ em̄ in ea re
ipſe p̄lato ſed magis ei pꝛelatus obedit. Paratā ad deū
voluntateʒ oſtendit Paulus dicēs. Act. ix. Dn̄e quid vis
me facere. Bern̄. in ſermonibus. Nec dubiū quin amplio
rem gratiā mereatur qui obedientē ſe exhibet ante man
datuʒ ꝗ̄ qui obedire ſatagunt poſt mandatū. Requirit
dn̄s oblationes voluntarias. Exo. xxv. Ois volūtarius
⁊ pꝛono aio offerat pꝛimitias dn̄o. coacta em̄ ſacrificia
deo nō placēt. xx. q. iij. pꝛeſens. Sed quidaʒ religioſi ſunt
ſimiles ruſticis qui dnis ſuis nullum ſeruitium volūt fa
cere niſi coacti. ⁊ de hoc ſupꝛa dixi. Et notandū ꝙ liben
ter obedire pꝛecipue laudabile eſt quū grauia iniungū
tur. Unde ſuper illud. j. Reg. xv. Melioꝛ eſt obedientia.
gloſ. Aug. Sciendū eſt ꝙ obedientia aliquādo recuſat.
viij. q. j. ſciendum. ⁊ de hoc. s. Hinc Moyſes ꝑncipatum
populi humiliter recuſat. Exod. iij. ⁊ iiij. c. Paulus autē
audacter dicit Actuū. xxiij. c. Ego nō ſolum ligari in hie
ruſalem: ſed moꝛi paratus ſum. Eſt notanduʒ inſuper ꝙ
obediētia in difficilioꝛibus humiliatis gratioꝛ eſt. ⁊ ex vl
tima ſuperbie radice pꝛocedit. Bern̄. de pꝛecepto ⁊ diſpē
ſatione. In obediendi ratione hec regula generalis te
neatur. vt in difficilioꝛibus quibuſq₃ agendis obediētia
gratioꝛ ꝗ̄ pꝛeuaricatio grauioꝛ iudicetur. Et in facilioꝛi
bus minuſq₃ oneroſis contēptus dānabilioꝛ ꝗ̄ actus cō
mendabilioꝛ exiſtimetur. Aug. xiiij. de ciui. dei. In para
diſo tanto maioꝛ inobedientia fuit: quāto id quod pꝛece
ptum eſt nullius difficultatis fuit. Ubi enim magna eſt
inobedientia: pena ꝓpoſita. Quiſnā ſatis explicet quan
tum malum ſit nō obedire in re facili: ⁊ tante poteſtatis
imperio: ⁊ tāto terrenti ſupplicio? ¶ Secūdus gradus
eſt obtemperare ſimpliciter. Multos enim videmus ſm̄
Bern̄. poſt pꝛecipientis imperium multas facere q̄ſtio
nes: ſepius ingeminare/ Unde hoc venit? Quis hoc inue
nit conſiliuʒ? inde murmuratio/ excuſatio/ ſimulatio/ im
poſſibilitatis aduocatio. ps. xvij. In auditu auris obedi
uit mihi. vt oſtendat vno eodemq₃ momento pꝛoceſſiſſe
⁊ imperantis imperium ⁊ obſequentis obſequium. ⁊ de
hoc ſatis ſupꝛa. ¶ Ad ſimplicitatem obedientie ꝑtinet
non iudicare quid vel quare pꝛecipiatur. Bern̄. in lib. de
conſideratione. Omnibus nobis maxime in cōuerſiōis
initio nulla magis virtus nobis neceſſaria eſt: ꝗ̄ ſimpli
citas humilitas ⁊ grauitas verecūda. Bern̄. ad fratres
de monte dei. Perfecta obedientia maxime in ſuſcipien
te indiſcreta eſt. hoc eſt nō diſcernere quid vel quare pꝛe
cipiatur. ſed ad hoc bene niti: vt fideliter ⁊ humiliter fiat
quod a maioꝛe pꝛecipitur. Idem loquens de nouitio ait.
Stultus fiat: vt ſit ſapiens. ⁊ hec omnis ſit eius diſcretio
vt in hac parte nulla ſit ei. Idem in ſermonibus. Rara
auis in terris diſcretio. Ideo diſcretionis locum fratres
in nobis ſuppleat virt⁹ obediētie: vt nihil plus nihil mi
nus nihil aliter ꝗ̄ imperatum ſit faciatis. Deutero. xij.
Quod pꝛecipio tibi hoc tm̄ facias: nec addas quicꝗ̄: nec
minuas. facit qđ legitur ⁊ no. xlv. diſt. diſciplina. ex̄ de of.
cuſt. c. j. Quum Julius Ceſar in perdomandis hoſtibus
quinq₃ annoꝛum ſibi permiſſum terminū pertranſiſſet:
licet gloꝛioſe triūphaſſet: honoꝛ tamen debitus denega
tus eſt ei. nec vꝛbem intrare permiſſus eſt: eo ꝙ vltra ter
minū ſibi pꝛefixum moꝛam traxiſſet. Deutero. xij. Non fa
cietis ibi quod nos facimus hic hodie. ſinguli quod re
ctū ſibi videtur. Aug. v. de ciui. dei. c. xviij. narrat de Toꝛ
quato qui filiū: qui non ſolum nō cōtra patriam ſed etiā
pꝛo patria pugnabat: tamen quia contra imperium ſuū
hoc feciſſet occidit: ne plus mali in exemplo imperij con
tempti ꝗ̄ gloꝛia occiſi hoſtis eſſet. ⁊ etiam hoc poſui in
pꝛima parte iſtius operis. s. in. §. ſed licet. v. conſimile. in
xlij. ar. ⁊. in. §. cum vo. v. amplius. in. xlij. ar. Scđm etiam
leges ſi quis extra aciem contra pꝛeceptum ducis etiam
foꝛtiter pugnauerit ⁊ vicerit: tamen punitur. quia cōtra
pꝛeceptum fecit. ff. de re mili. l. iij. §. in bello. ⁊ no. xxiij. q.
v. relegentes. in gloſ. j. Et Bern̄. ſuper Canti. Qui veſtri
curam ſemel credidiſtis: quid rurſus de vobis vos intro
mittitis? Perfecte obediens debet ſe habere vt iumen
tum. ps. lxxij. Ut iumentum factus ſum apud te. Idem
lxxvj. Deduxiſti ſicut oues populum tuum. Et iterū. lxxix.
Qui deducis velut ouē Joſeph. De iſta materia ſatis
per Jo. caſſ. in. iiij. li. de inſtitutis renūtiantiū in vlti. c. de
nouitio ꝑ p̄rem Pynufiū infoꝛmato. Simplicitateʒ obe
dientie multū amabāt antiqui patres in diſcipulis ſuis.

ideo in principio non precipiebant eis congrua & discre- ta. Unde in vitis patrũ dicit quidã abbati pastori. Seniores nõ loquũtur ab initio fratribus recta sed magis distorta. & si viderint quia ea que torta sunt faciũt: iam eis nõ loquũtur nisi quoad expedit: agnoscentes qm̃ in oĩbus obedientes sunt. Debent inferiores audire mandata seniorũ & prelatorũ: quasi a deo decerentur. Matth. x. Qui vos audit me audit. Luce. x. xi. di. in nouo. Unde sicut nõ discernerent si aliquid a deo eis preciperetur: sed humiliter illud implerent: sic nõ debent disceptare de mãdatis plati. Bern. Nõ te moueat magistri imperus indiscreta potestas: sȝ memento q: nõ est potestas nisi a deo & qui potestati resistit: deo resistit. xi. q. iij. qui resistit. xxiij. q. i. quid culpatur. Roma. xiij. Colos. iij. Ephe. vi. Hebre. vltio. Serui obedite per oĩa dñis. Et sequit. Quodcũq; facitis ex animo operamini sicut dño et nõ hominibus. ❡ Tertius gradus est hilariter obedire. Hilarem enim datorem diligit deus. ij. ad Cor. ix. ex̃ de dona. c. i. Bern. Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, multũ colorant obedientiã obsequẽtis. Nubilosa corporis cõpositio, & facies tenebris tristitie occecata vel obfuscata, ab animo recessisse sinceram & iocũdam animã signãt. Incompositio em̃ corporis (ẽm Aug.) inequalitatẽ mentis indicat. xli. di. §. sicut ergo. Sed & superior cũ hilari vultu precipiat. Qui em̃ libenter obediat hoĩ tristitiã efflanti. Ephe. vi. ibi. Et vos dñi eadem facite illis remittẽtes minas. Eccli. xxxv. In oĩ mãdato hilarem fac vultũ tuũ. Ouidius. Super omnia vultus Accessere boni. Qui cũ murmure obediunt felle deum pascũt. ps. lxviij. Dederũt in escam meã fel. Cibus christi obedientia est. vt supradictum est Jo. iiij. Meus cibus est &c. fel inquã murmur. Obedientia taliũ est quasi obedientia demonũ. Ad p̃ceptum enim christi exibant demonia a multis clamantia. Luce. iiij. qui licȝ obediant, nõ tñ obedientes sunt: et si dicantur esse. Matth. xxvij. Inuenerunt hoĩem cireneum simonem noĩe: & hunc angariauerũt. Uere em̃ tales cum multa sui angaria & prelatorũ tristitia & melancholia obediunt. sicut hodie inter religiosos continua experientia manifestat. Tales sunt vt magni lapides: q̃ moueri non possunt sine afflictione mouentis. Eccli. x. Qui trãsfert lapides: affligetur ab eis. Ad lraȝ hodie si platus trãsferat de loco ɔsolabili fratrem ad aliũ locum nõ sibi consolabilem: afflictionẽ & persecutionẽ recipiet a fratre trãslato. Tales sunt vt rote carri: nõ solum in hoc q̃ p defectu vnctionis murmurant: sed q: vnus alterũ precedere non vult. nõ faciam hoc dicit vnus nisi ille idem fecerit. Eccli. xxxiij. Precordia fatui quasi rota carri. vnde Jo. xxi. quũ dixisset dñs Petro: Sequere me. & ille dixisset de Joãne. Hic aũt quid: ait ei dñs. Quid ad te: tu me sequere. Tales etiam sunt sicut imagines in edificijs que sustinẽt columnas: que in facie tristitiam ostendũt. ❡ Prelat⁹ cuius subditi cum tristitia & murmure obediũt: similis est illi q̃ habet oĩa mẽbra infirma: q; necesse habet mouere: & nullum mouere põt sine magno labore & dolore: vnde est in magna miseria. Prelatus talis imperat isti: & ipse affligitur & contristatur. & ipse cum eo. & sic qui obsequi debuerunt offendunt. Hebre. xiij. Obedite prepositis vestris: & subiacete eis. Ipsi em̃ peruigilant quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri. vt hoc faciant cũ gaudio & nõ gementes. hoc em̃ nõ expedit vobis. Seneca in li. de officijs. Ita a natura comparatũ est: vt altius iniurie q̃ merita descendant. Illa cito defluũt. has tenax memoria custodit. Satisfacit dñs pro obedientia aliquorũ: si afflictionem quã ipsi faciũt superioribus suis ignoscit. Quã hodie rationem prelatus pro subdito reddet dño: quũ raro hodie quis obediat: nisi vbi consolationem suam videritꝰ Secure dicat eis prelatus si eos correxit: Mũde sunt manus mee a sanguine vestro. Actuũ. xx. xliij. di. ephesijs & vide q̃d legit & no. ex̃ de off. or. irrefragabilis. ❡ Quartus gradus est velociter obedire. Luce. xix. dictũ est Zacheo. Festinans descende. & subditur remuneratio. Hodie salus huic domui facta est. Matth. iiij. Illi continuo relictis reb⁹ secuti sunt eũ. & de Mattheo dĩ: Matth. ix. & Luce. v. Surgens secutus est eum. Hiero. Perfecta obedientia est imperfecta relinquere. Canti. v. Manus eius tornatiles. Ualde gratum soler esse p̃cipibus quũ precepta eorũ velociter adimplent. Prouerb. xxij. Uidisti hoĩem velocem in opere suo. coram regibus stabit. non erit ante ignobiles. Ethicus. Tolle moras: nocuit semp differre paratis. ex̃ de reg. iur. li. vi. mora. Marianũ rauenatem epm̃ reprehendit Greg. q̃ statim in iniunctis sibi non obediuit. xviij. q. ij. dudum. Et episcopuȝ sipontinũ. xxvij. q. i. si custos. ibi. Et statim nõ solum &c. Et Sergiuȝ defensorem. c. q. & causa. si homo. ibi. Omni ergo dilatione, omni excusatiõe postposita. Et pape Uictor dicit. Nã si hoc agere cito neglexeritis &c. xc. dist. c. si. Et hic adde q̃ scripsi. s. in. §. species acidie. v. alia species acidie est tarditas. in ar. lxxv. Et Gelasius Castoriuȝ epm̃. xviij. q. ij. pridem. ❡ Quintus gradus est viriliter ad implere mãdatum. Bern. Manũ tuam misisti ad fortia. agendũ est instanter & constanter obediendum. Nec inter asperitatem verberũ tam regalis est semita relinquenda. & loquit de semita obedientie. ps. xxvi. Viriliter agite. Christus hãc semitam etiã pro morte ignominiosissima relinquere noluit. Phil. ij. Factus obediens vsq; ad mortem. Bern. ad fratres de monte dei. Putas obedientie fructum quum subditus aud't obedientiã quã multis expetierat votis: quũ ei precipitur quod redoleat dignitatem: Econtrario meritum assigna illi obedientie que terreat animũ audientis: grauis ad audiẽdum: grauior ad implendũ: & grauissima ad tenendum. Ad hoc facit. xix. dist. in memoriaȝ. in pn. & c. di. cõtra morem. in prin. ❡ Sextus gradus est humiliter obedire. vnde Bern. Magna virtus humilitatis: sine cuius obtentu virtus fortitudinis non solũ virtus non fit: sed etiam in superbiam erũpit. Lu. xvij. Quũ feceritis omnia que precepta sunt: dicite Serui inutiles sumus. quod facere debuimus fecimus. ❡ Septim⁹ gradus est indesinenter obedire. Bern. Perseuerantia singularis est filia summi regis. Matth. x. & xxiiij. Qui pseuerauerit. vij. q. i. suggestum. Ideȝ. Quid currere pdest: & ante metam cursus deficere: Sic currite vt comprehendatis. i. ad Cor. ix. Greg. in moral. Incassum quippe bonum agitur: si ante vite terminuȝ deseratur. quia frustra velociter currit: qui prius q̃ ad metaȝ perueniat, deficit. de hoc de peni. dist. iij. incassum. et de hoc legitur & no. ex̃ de renun. c. i. ❡ Hi sunt septem gradus scale quam vidit Jacob. Gen. xxviij. Hanc visionem vidit iacob dormiẽs in itinere lapide supposito capiti. glos. Caput ponit in lapide: qui christo inheret mente. Et ẽm Augu. In itinere dormire: est in via huius seculi ab impedimẽto seculariũ actionum quiescere. Beatus Basilius, & Augustinus, & Benedictus, & Franciscus, qui religiones instituerunt: quũ christo corde adhesissent: & a curis huius seculi quiescerent: spiritualiter viderunt visionem illam. Scala hec obedientia est. iuxta illud. Si vis ingredi ad vitaȝ: serua mandata. Matth. xix. Mar. x. Luce. xviij. Cuius duo latera possunt intelligi, paupertas voluntaria, & continentia: vel abrenuntiatio propriȝ sensus & proprie voluntatis. ❡ Attendenda autem sunt quatuor: que de hac scala dicuntur. & tria infra adduntur. Primũ est q̃ erat stans super terram. in quo notatur rectitudo intentionis. que debet esse in ijs qui viam obedientie aggrediuntur. & excluditur per hoc macula intentionis terrene eorũ qui habent terrenã intentionem in religione. in q̃bus scala non stat sed potius iacet sup terrã. Eccl's. iiij. Custodi pedem tuũ. i. intentioneȝ & affectionem ingrediendo domũ dei. ❡ Scdm̃ est. ca cumen eius tãgebat celũ. in quo figuratũ est q̃ cõuersatio religiosorũ in celis dȝ esse. iuxta Paulũ. Nostra cõuersatio in celis est. Phil. iij. Vel q̃ immediatus trãsit⁹ est in morte a via pfecte obediẽtie i celũ. q: ẽm

Eadide est & ipẽrãdum & obediendum.

Qd̃ p̃cep tũ est cito impleat

Circa scalaȝ ab iacob visam cõsiderãda.

Bern. A cella itur in celum. Parum em̄ vel nihil morantur perfecte obediētes in purgatorio: quia hic in purgatorio vixerunt. Uera em̄ religio purgatoriū ⁊ fornax est: in quo purgantur ⁊ depurgantur viri religiosi. de quo purificatorio igne. xxvij. q. j. ipudicas. ⁊ iuxta illud. Tāq̄ aurum in fornace ⁊c. Sapiē. iij. Et illud Eccli. ij. ⁊. xxvij. vasa figuli probat fornax. de pe. di. ij. si em̄. vltra. iiij. colū. ꝟsi. sedet. Et quia magis lucri est obediētia: vt supra plene ostēsum est: ideo sufficit hic soluere debita. quia in ꝟo obediente christus viuit ⁊ operatur. Gala. ij. Uiuo ego quasi nō ego. viuit vero in me christus. Nec est verisimile ꝙ in futuro deus sit eoꝝ vltor. quorum hic est author.

¶ Tertium est ꝙ Jacob vidit angelos ascēdentes ⁊ descēdētes per scalam illam. in quo insinuatur ꝙ via obedientie vita angelica est. siue em̄ descendant vere obedientes fratribus suis ministrādo. ps. ciij. Qui facit angelos suos spūs: ⁊ ministros suos ignem vrentem. siue ascēdant deo adsistēdo in oratiōe/meditatione/lectione/sicut angeli qui semper vident faciē patris. Matth. xviij. ad modum angelorum voluntatem dei peragūt. ad hoc ex de renun. nisi cum pridem. §. porro. xxxvj. dist. c. vlti. Unquātum ad illos ipletur illa oratiōis dn̄ice petitio/Fiat volūtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Matth. vj.

¶ Quartum est ꝙ domin⁹ erat innixus scale. in quo insinuatur ꝙ ꝑfecta obedientia se habet immediate ad deum. Nulluz em̄ interuallum vel modicum est inter mortem veri obedientis ⁊ diuinam visionem. ps. lxxij. Tenuisti manum dexterā meā: ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cum gloria suscepisti me. Esa. lviij. Si auerterꝫ a sabbato ⁊c. ⁊ sequitur/Dum nō facis volūtatem tuam ⁊c. sequitur. Sustollam te super altitudinem terre: ⁊ cibabo te hereditate Jacob patris tui. Multuz debet incitare eos q̄ sunt in cella obedientie ad ascendendum viriliter spes ⁊ desiderium videndi dominū innixum scale. sicut quū clamatur in obsidione alicuius castri illum habiturum centum libras qui ꝑmo intrauerit spes. ⁊ desideriū tanti lucri facit aliquos per scalam ascendere tenentes clypeos supra se: licet lapidibus desuper percutiantur. Sic spes ⁊ desiderium paradisi deberent facere vt homines per scalā obedientie ascenderent: omnes aduersitates que occurrerēt superando. Matth. xj. Regnum celoꝝ vim patitur: ⁊ violenti rapiunt illud. Uere enim violēti sibi sunt: qui abnegantes ꝓpriam voluntatem/cogunt se alijs obedire. Felix talis coactio que est regni possessio. Item insinuatur ex hoc ꝙ domin⁹ innixus erat scale: ꝙ ipse paratus est iuuare ⁊ cōseruare eos qui viam obedientie aggressi sunt quasi suos. ps. lxij. Adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Attendendum est etiam qđ sequit̄. Uere domin⁹ est in loco isto. dicit Jacob. Deus se exhibet specialiter vere obedienti: eum iuuando/conseruando/prouidendo. ⁊ merito: quū ille exhibeat se seruū dei voluntatem eius adimplēdo.

¶ Itē attende ꝙ Jacob postea dixit. Q̄ terribilis est locus iste. sanctus locus religionis ꝓpter dn̄i ꝑsentiam. solicite em̄ se debēt habere ꝑcipue q̄ sunt in religione: pro eo ꝙ ibi domin⁹ presens est. Hoc est vnū illoꝝ que deus requirit ab homine: scilꝫ solicite ambulare coram deo suo. Michee. vj. Terrorem domini incutere ijs qui peccant in locis sanctis pena eorum qui in locis sanctis peccauerunt: vt pena luciferi. Esa. xiiij. xvj. q. ij. c. visis. Et pena adam. Gen. iij. de vtroq̄. xl. di. quelibet occulta. Et Heliodorus quia profanauit templū: accipiens pecunias depositas in erario eius: calcibus equi terribilis apparentis percussus semiuiu⁹ relictus est. ij. Macha. iij. sequitur. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Domus dei dicitur religio: quia in vere obediētibus domin⁹ habet domū. Porta vero celi vocatur religio: ꝓpter ꝓpinquitatem quā habet perfecta obedientia ad dei visionem. Sed ve illis qui de porta celi faciunt portam inferni: de domo dn̄i speluncam latronuz. vt qui simoniace intrant religionem aliquā; vel ꝓprietarij sunt ibi/vel inobedientes/vel incontinētes. Mat. xxj. Marci. xj. Luce. xix. ⁊ Jo. ij. Domus mea domus orationis vocatur. Uos autem fecistis eam speluncam latronū. j. q. iij. saluator. Nil em̄ prodesse humilibus obedientia videretur: si contemptus contumacibus nō obesset. ex de postu. pre. c. j. §. nos igitur. ij. q. v. quāto. Item ve illis religiosis qui de scala celestis regni scalam faciūt confusionis. quorum peccata tanto amplius ferēt hominibus: quāto ipsi in altiori gradu sanctitatis consistunt. Stercus enim hoīs qui est post angelos nobilior creatura: horribilius feret q̄ aliarū creaturarū.

¶ In comitatu senensi cuidā simplici laboratori apparuit hec visio tēpore meo non phantastica sed verissima. videbat em̄ ille in domibus religiosorum mendicantiū scalam positam: cuius cacumē celos tangebat. que erat in terra fixa. ⁊ videbat continue ꝑ scalam illam homines ascendere vsq̄ ad celum: ꝓpellentibus eos religiosis illis qui stabant ad pedē scale. Et quū per eādem scalam ipsi religiosi ascendere niterentur: per pauci ascendebant: propellentibus eos deorsum cadere alijs viris fulgentibus qui super scalam innixi erant desuper. quā reuelationem quia simplex erat non intelligebat. vnde eā in domo predicatoꝝ retulit. sed in parabolā versa est. Ego aūt de visione timeo. quia reuera religiosi huius tēporis cum nostris ꝑdicationibus multos ad celum mittimus. sed quia dicimus ⁊ nō facimus. Matth. xxiij. in ꝑn. xix. di. scđm. j. q. j. nō q̄les. multos nō saluādos formido.

¶ ℙ Sequit̄ de partibus obedientie. Et notandū ꝙ est obedientia rephensibilis: ⁊ obedientia commendabilis. Obedientia reprehensibilis est triplex. Prima est quū quis obedit creature inferiori hoīe. vt pecunie. Eccls. x. Pecunie obediūt oīa. Scđa est quū ⁊ remissione superioris ⁊ quū ceruicositate inferioris fit. quū ille scꝫ obedit qui debet imperare. ⁊ ille imperat q̄ dꝫ obedire. quū scꝫ ille est supra q̄ debuit esse infra. ⁊ mēbrū supra verticē se extendit. Prouer. xxx. Per tria mouetur terra: ⁊ quartum qđ non potest sustinere. Per seruū quū regnauerit. facit. lxxxix. disti. ad hoc. hoc est quū ratio obedit sensui carnali: ⁊ lex rationis legi carnalis. Roma. vij. xxxij. q. v. si paulus. Tertia est quū quis in malo simpliciter scꝫ in pctō obedit. Greg. Nunq̄ ꝑ obedientiā malū fieri debet. xj. q. iij. quid ergo. c. iulian⁹. Bern. Facere malum. i. pctm̄ quolibet etiā iubente cōstat nō esse obedientiam: sed inobedientiā. Greg. Caueāt subditi ne plus q̄ expedit sint subiecti ⁊c. ij. q. vij. admonendi. Aug. Sic modus obedientie tenēdus est: vt bonis in malo nō consentias. nec malis in bono ꝯtradicas. de hoc. xj. q. iij. §. Item est qn̄ ꝯtra equitatē. cū. c. multis se. Et de hoc satis supra in ꝑncipio hui⁹ materie scꝫ de obediētia dictū est. *Obediētia rephēsibilis triplex.*

Obedientia vero cōmendabilis quedā est necessaria: quedaꝫ abundans vel perfecta. Necessaria est quū aliquis obedit in ijs in q̄bus tenet̄ obedire. Abundans vero est quū obedit in ijs in q̄bus non tenetur obedire. *Obediētia cōmēdabilis duplex.* Bern. Subiectus hmōi obedientiā q̄ finibus cohibet̄ nouerit imꝑfectam. Nam ꝑfecta obedientia legeꝫ nescit: terminis non arctatur. neq̄ ꝯtenta angustijs ꝓfessionis largiori charitate ⁊ humilitate fertur in altitudinem charitatis. Hec est ꝓfessio fratrū minoꝝ regularis: q̄ iubet in oībus obedire que nō sunt ꝯtraria aīe ⁊ regule. Nulla alia regula talem ⁊ sic strictā obedientiā hꝫ: sed limitatā. ar. xviij. q. ij. hoc tm̄. Et de hoc supra satis dictū est: maxime in isto articulo. §. sed iterū facta. ꝟ. religiosi. post. v. folia.

¶ Iteꝫ ad ꝑfectionē obedientie ꝑtinet facere nō solū qđ iubetur: sꝫ etiā sicut iubet̄. Ber. Illū optimū dixerim obediētie gradū: quū eo aīo opus iniūctum recipit̄/quo ⁊ precipitur. Gen. xvij. dr̄ de Abraā. Et circūdit carnē preputij eoꝝ statim ipsa die sicut preceperat ei dn̄s. Mat. j. Exurgēs Joseph a somno fecit sicut ei ꝑcepit angelus. Jo. xiiij. Sicut mandatū dedit mihi pr̄ sic facio.

¶ Et est notandū ꝙ est obedientia q̄ debetur ex natura: vt illa que debetur deo. Actuū. v. Obedire opꝫ deo magis q̄ hoībus. ⁊ illa que

debetur

debetur parentib⁹ carnalibus. Ephe.vi. Filij obedite parentibus vestris per oia. hoc em̄ est iustū est. ꝛ Col.iij. Filij obedite parētibus vestris per oia. hoc em̄ beneplacitum est in domino. lxxxvi. dist. nō satis. ꝟ. ceterū. Item est obedientia que nō debetur ex natura: sed habuit voluntatem principium sui: vel voluntatem liberam: vel non liberam. Voluntatem non liberā principium sui habuit obedientia quā seruus debet dño. Col.iij. Serui per oia obedite dñis vestris. Voluntatē vero liberā sui principium habuit obedientia quā vxor debet viro: vel quā subdit⁹ plato. Ephe.v. Mulieres subdite sint viris suis in oib⁹. Geñ.iij. Sub viri potestate eris: et ipse dñabitur tui. xxxiij.q.v. manifestū. c. est ordo. c. cum caput. c. mulierem. c. mulier. Heb.xiij. Obedite ergo prepositis vestris. ¶ Obedientie aduersantia.

Multa autē sunt que obedientie aduersant. et primo potissimū proprius sensus et ppria volūtas: sicut equus vidēs non est idoneus circuire ad molam: Sic qui hꝫ ppriū sensum: non est aptus volubilitati obedientie. Deutero.xij. Nō facietis ibi qd̄ nos facimus hic hodie singuli quod rectū sibi videt. Judic.xvij. In illis diebus non erat rex in isrl̄: ſꝫ vnusquisqꝫ qd̄ sibi rectū videbatur hoc faciebat. De christo dicit Luc.ij. Et erat subditus illis. Bern. Quis non erubescit obstinatus esse in cōsilio suo: quādo sapientia ipsa ipsum deserit? Proprius sensus occultus est veteris hominis qui inimicus est deo: ꝛ ideo eruēdus est. Mat.xviij. Prouerb.iij. Ne innitaris prudētie tue: ꝛ ne sis sapiēs apud temetipsum. ex̄ de cōst. c. j. c. ne innitaris. Ve qui sapientes estis in oculis vestris: ꝛ corā oculis vestris prudentes. Esa.v. Quō sensus ppriꝰ obuiet obedientie: et quō non: quere. viij.q.j. sciendū. Dicebat almus frāciscus. Nō est sine loculis: qui loculos pprij sensus sibi reseruat. Ad literā verus obediēs stultus fiat vt sit sapiēs. j. ad Corinth.iij. De cōsilio pprio nō sequēdo q̄re collationē moysi de discretione scd̄am. in li. coll. Joan. cassi. vbi etiā dicit de paulo: qui euangelium quod didicerat per reuelationē predicauerat cum virtute et signorū operatione: voluit cōferre cum Petro Jacobo ꝛ Joanne. Gala.ij. Dicebat pater Pinusius cuidam iuueni quē ad professionem recipiebat: ꝙ esset cecus ꝛ stultus vt esset sapiēs. vt dicit in. iiij. li. institutionū Joā. cassi. Et tota synodus Nicena. cccxviij. patrū stetit sententie solius pannutij. xxxi. di. Nicena. ¶ De ppria volūtate notandū est ꝙ ipsa multū deo displicet: diabolo multū placet: homini multū nocet. Nec mirū si multū deo displiceat. ipsa enim est que primo deo iniuriatur. ipsa sola aufert dñium suum deo et dat illud diabolo. Sicut em̄ obedientia efficit hoīeꝫ seruū dei: sic ppria volūtas efficit seruum diaboli. et ideo multū sibi placet. Eccli.xviij. Post cōcupiscētias tuas nō eas: et a voluntate tua auertere. si em̄ prestas aie tue cōcupiscētias ei⁹: faciet te in gaudiū inimicis tuis. Propria voluntas homini multum nocet. Primo enim aufert deum. Bern. sup Canti. Non dabit inobedienti copiā sui tantus obedientie amator: vt mori ꝙ nō obedire maluerit. Secūdo beneficia dei homini subtrahit. Grego. Dignum est vt ab ei⁹ beneficijs quilibet fit extraneus: q̄ eius iussionib⁹ nō vult esse subiectus. Tertio meritū euacuat. Esa.lviij. Quare ieiunauimus et nō aspexisti: et subdit. Ecce in die ieiunij inuenit voluntas vestra. Bern. sup Canti. Grandē malū voluntas ppria: qua fit vt bona tua tibi bona nō sint. Quarto hoiem excōmunicat. ij. Thessa.iij. Siquis non obedit verbo nr̄o per epistolā hunc notate: et ne cōmisceamini cū illo. xciij. dist. si inimicus. Frater qui corripit ab ecclesia et non obedit: sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus. Mat.xviij. xxiij.q.iij. notandū. ij.q.j. si peccauerit. ex̄ de iudic. nouit. nemo excōmunicat nisi p cōtumacia. xj.q. iij. nemo. Quinto hominē furē efficit. Ille em̄ q̄ est in religione proprie voluntatis: contrectat rem alienam scilicet seipsum domino inuito. legitur et no. ex̄ de. elec. dudum. Matth.xvi. Siquis vult post me venire: abneget semetipsum. vbi Grego. in homil. Non est laboriosum homini relinquere sua: sed valde laboriosum est homini relinquere semetipsum. minus q̄ppe est abnegare qd̄ habet. valde autē multū est abnegare quod est. Luce.xiiij. Ois ex vobis qui non renūciat oibus que possidet: non potest me⁹ esse discipulus. Inter alia possessa et corpus et anima est. vnde Luc.xxi. In patientia vestra possidebitis aīas vr̄as. Verus ergo obediēs nedum alijs: sed et seipso expropriatus est. vnde nec animā habet: nec corpus quodāmodo: quia prelati sunt ad vtendū. xij.q.j. non dicatis. ex̄ de elec. si religiosus. li.vi. Sexto reddit hominem maledictum. Deutero.xxviij. Si audire nolueris vocē dñi dei tui: vt custodias ꝛ facias mandata eius: venient super te maledictiones iste: ꝛ apprehendent te. maledictus eris in ciuitate ꝛc. Septimo idololatriaꝫ efficit. j. Reg.xv. Quasi peccatum ariolandi est repugnare: et scelus idololatrie nolle acquiescere. vbi dicit expositor. Idolum hominis est quicquid plus ꝙ deū colit ac diligit. Filijs ergo inobedientie volūtas sua idolum est: cui⁹ nutus contempta dei voluntate sequūtur. et quicquid ipsa iusserit: quasi sacrosanctū adorant. ad hoc. lxxxi. dist. si qui. xxxij. dist. §. verū. ꝟ. porro. ibi ait em̄ samuel. Et de hoc etiam. s. glos. sola est obedientia que fidei meritū possidet: sine qua infidelis quisqꝫ cōuincitur: etsi fidelis esse dicatur. Inobediēs negat deum inquantū dñs est. Grego. in moral. Contra deum superbire est: precepta eius peccādo transcēdere: q: quasi iugum a se dnationis excutit: cui per inobedientiā subesse cōtēnit. Octauo hominē a dignitate eijcit: vt patet in Saul. cui dicit samuel. j. Reg.xv. Quia proiecisti sermonē dei: proiecit te dominus ne sis rex super israel. facit. xix. distin. nulli fas. Nono aduersarium suscitat. iij. Reg.xj. fecit salomō quod non placuerat dño: ꝛ suscitauit dñs aduersariū salomoni. Decimo hominē cōfundit. Osee.x. Confundetur israel in voluntate sua. Esa.xlv. Confundantur oēs q̄ repugnant ei. In hoc confunditur qui in religione ppriā voluntatem sequit: quia cōtrarium accidit ei illius quod intendit. querit alicubi consolationem: et ex hoc post habet maiorem desolationem: vel in remissione conscientie: vel impugnatione penitentie: vel infirmitatem que quandoqꝫ ex hoc sequit. Qui plus vult facere in religione voluntatem suam: plus cogitur facere cōtra eam. multa non conceduntur sibi que conceduntur vero obedienti. Jonas fugere voluit voluntatem dei: ꝛ tn̄ impleuit eam inuitus. Jone.iij. Grego. Ecce ionam fugitiuū dei potestas inuenit. sors ligat. mare recipit. et q: authoris voci obedire renuit: ad locuꝫ quo missus fuerat: suo reus carcere portatur. Undecimo hominem affligit. Unde saul inobedientem malignus spiritus exagitat. j. Reg.xvj. Homo proprie voluntatis in religione animū habet inordinatum: et ideo affligitur. Aug⁹. in. j. li. cōfessi. Iussisti dñe: ꝛ sic est: vt pena sit vnicuiqꝫ ois animus inordinatus. Duodecimo hoīeꝫ morte tēporali ꝛ eterna dignū efficit. Deutero.xvij. Qui superbierit nolēs obedire sacerdotis imperio: moriatur. ex̄ qui fi. sint leg. per venerabilem. §. rationib⁹. et de ma. et obe. c.ij. Deutero.xxj. Si genuerit homo filiuꝫ cōtumacem: qui non audiat patris aut matris imperiū: ꝛ coercitus obedire cōtēpserit: lapidib⁹ eū obruet ppl̄s. Josue.j. Qui cōtradixerit ori tuo (ꝛ sequit) moriat. iij. Reg.xiij. Vir dei q̄ inobediēs fuerit ori dñi: percussus est a leone: ꝛ tn̄ alter pphā deceperat eū: dicēs ꝙ angel⁹ dixerat ei vt inuitaret eū. Bern. Quid odit de⁹: aut qd̄ punit: pter volūtatem ppriā? cesset em̄ ppria volūtas et infernus nō erit. ¶ Quidā heretici (sicut i actis reperi) dixit ꝙ nihil aliud erat infernus: nisi nō facere ppriā volūtatē. sup quo vide qd̄ scripsi. s. in. §. rursus ꝙ dicitur. in illo. ꝟ. in ar.lij. ¶ Obedientia quadruplex.

Sciendum insuper est ꝙ est quadruplex obedientia. Una que obedit inspirationibus sanctis dei. de qua ps̄. lxxxiiij.

Audiam quid loquatur in me dominus deus. huic inspirationi obediuit illa mulier Sareptana de qua dicit dñs: iij. Reg. xvij. Precepi mulieri vidue vt pascat te. Hoc preceptum. sm Aug. non fuit vocale: sed in mente inspiratio. de qua etiam obedientia potest intelligi illud ps. xvij. In auditu auris/ scilicet interioris/ obediuit mihi. De interiori etiam locutione. Job. iiij. c. Ad me dictum est verbum absconditum. i. carnalibus ignotũ: et quasi furtiue. i. latẽter suscepit auris mea/ scz cordis venas susurrij ei9. Uene susurrij sunt modi qb9 ad intelligẽtiã nr̃am venit inspiratio dei. vide. s̃. e. ar. §. et sm eorũ. ꝟ. sz nunqd. Scd̃a obediẽtia est/ que fit legi dei et ecclesie. ex̃ de ma. ꝛ obe. c. j. ꝛ. ij. Thessa. ij. Siquis non obedierit verbo meo: per epistolam ꝛc. Tertia que fit rectoribus et prelatis. de qua plene. s̃. dictum est. Quarta que fit priuato homini propter deum. de qua Petrus. j. Per. ij. et ex̃ de ma. et obe. solite. j. respõso. ꝛ illud pauli/ ad Ephe. v. Subiecti inuicem in timore christi. Tres prime sunt necessarie ad salutẽ: quarta de bene esse est et perfectorũ. Quinta potest addi: vt qs obediat proprie rationi sequens eam. de qua dicit dñs Samaritane. Uade voca virum tuum. i. intellectum et rationem. sm Aug. pugnantem cõtra sensualitatem. Joã. iiij. Leo. Tunc est vera pax hominis: et vera libertas: quãdo et caro iudice regitur: ꝛ animus deo perfide gubernatur. Quãtum obediens est spiritus deo: tantum et caro spiritui. sm Hugo. sancti victoris. ꝛ quãtum deo spiritus recalcitrat: tantũ sibi caro. ¶ De errore vero illorum qui dicũt deo/ ꝛ nõ homini obediendum: plene. s̃. scripsi inter errores beghardorum. et ꝙ plurimis authoritatib9 ꝛ testimonijs noui et veteris testamenti/ ꝛ iure canonico ꝛ ciuili probatum est/ non solum deo: sed etiam hominib9 necessario obediendum esse. vnde hic nõ repeto: sed ibi vide in ista scd̃a parte istius operis. in. §. tertius error. i ar. lij. ¶ Sed adhuc de virtute obedientie instruat nos ille humilis et obedientissimus sacer Franciscus in suis legendis. Legitur ꝙ quodã tẽpore sedens ipse inter fratres/ tale quoddam emisit suspirium dicẽs. Uix aliquis religiosus est in toto mũdo: qui perfecte obediat prelato suo. permoti fratres et timore percussi: dixerunt ei. dic nobis pater q̃ sit perfecta obediẽtia. At ille verum describens obedientem sub figura corporis mortui. Coll. iij. xvj. q. j. placuit. ij. respõso. tolle inquit corpus exanime: et vbi placuerit pone. videbis non repugnare motum. non murmurare situm. quod si statuatur in cathedra: nõ alta: sed ima petit. Hec est humilitas sine qua nullus obediens est. vt. s̃. dictum est. ps. cxij. Humilia respicit. si collocetur in purpura duplo pallescit. Hic ait verus obediens est: qui cum moueatur: non dijudicat. vbi locetur: non curat. vt transmutetur: nõ supplicat: nec instat. euectus ad officium solitam tenet humilitatem. xcv. dist. episcopus in ecclesia. c. dist. cõtra morem. plus honoratus plus reputat se indignum. ¶ Alia vice de hoc loquẽs. cõcessas post petitionem proprie licentias/ dixit. iniunctas vero nec postulatas sacras obedientias nominauit. vocauit autẽ obedientiã tutiorem ꝙ licentiã: q2 in ista prima volũtas regnat: et ideo non est pura obediẽtia. xij. q. j. nolo. ꝛ. c. non dicatis. Summã vero obediẽtiam/ ꝛ in qua. ex̃ de sacra vnc. c. vnico. §. ad exhibendum. ibi. vt cortina cortinã trahat. nihil habet caro et sanguis. illam esse credebat qua diuina inspiratione. xix. q. ij. due. ex̃ de regu. licet. inter infideles itur. siue ob proximorum lucrũ: siue ob martyrij desiderium. hãc vero petere multũ deo dijudicabat acceptũ. per obedientiã vero raro precipiendum censuit. nec primo iaculum fulminanduz: quod debet esse extremum. Uide quod no. xxxv. dist. c. j. glos. fi. ꝛ quod no. s̃. in isto ar. in. §. cõmendabilis. ꝟ. valet etiam. Ad ensem inquit nõ cito manus mittenda est. ensem vocabat obedientiam. sicut vocatur excõmunicatio. xvj. q. ij. visis. Quum vero qui precepto obedientie obedire non festinaret: nec deum timere: nec hominem censuit reuereri. Nam quid in temerario preceptore authoritas imperandi: nisi gladius in manu furiosi? quid vero desperatius religioso obedientiã contẽnente? Tã vberem asserebat obediẽtie sancte fructũ: vt eis qui iugo eius colla summitterent: nil tẽporis sine fructu transiret. quere. s̃. in isto ar. Et dicebat in prelatione casus. xl. dist. ante oĩa. xiij. dist. nerui. in laude precipitium vane glorie. vi. q. j. sunt plurimi. xj. q. iij. inter. in humilitate subditi anime lucrũ est. q2 in vero obediẽte nihil tẽporis sine lucro transit: vt preti. dicit. s̃. cur ergo periculis plus ꝙ lucris attendimus: quũ tẽpus ad lucrandum acceperimus? Gala. vj. Dum tẽpus habemus operemur bonũ. Grego. Omne tẽpus tibi impensum/ requiretur a te qualiter fuerit expensuz. dñs eñ non venit ministrari: sed ministrare. ꝛ dixit: Quicũqz inter vos voluerit maior fieri: erit vester minister. et quicũqz voluerit primus fieri: erit vester seruus. Luce. xxij. Mat. xx. dist. xl. quicũqz. Abhorrebat quippe sanctus Frãciscus superbiã oim malorũ originẽ: et inobedientiã pessimã ei9 prolẽ. Tob. iiij. Nam inobediẽtis fratris capitiũ in mediũ flammarũ fecit proijci vt oẽs aduerterent quãta/ qualiqz vindicta sit offensa inobediẽtie percellenda. Dicebat etiã charissimi fratres primo verbo preceptum implere: nec expectetis iterandum. Idem posui. s̃. in pn. istius ar. in. §. j. qd̃ dicit. Nihil etiam impossibilitatis causemini: qm̃ et si supra vires ipse mandarem: merito obediẽtia non careret. Ipse etiã in quodã capitulo sancte marie de portiuncula resignauit officium ministri generalis: et promisit obediẽtiam fratri Petro cathanij/ sicut generali. ac deinde vsqz ad mortem semp remansit subditus quasi vnus de alijs fratribus. immo non solum generali ministro et prouinciali subditus esse voluit: qm̃ in quacũqz prouincia morabatur vel iret ad predicandum obediebat ministro illius prouincie. sed etiam propter maiorem perfectionem ꝛ humilitatem longo tẽpore ante mortem suam. Quadã vice dixit generali ministro. Uolo vt cõmittas vicem tuam de me semp vni de socijs meis cui obediam vice tua: quoniã propter bonum et virtutem obediẽtie in vita et in morte semp volo ꝙ maneas mecum. Et exinde vsqz ad mortem semp habuit vnũ de socijs suis guardianum/ cui obediẽtiã promittebat et seruabat vice generalis ministri. Dixit etiam quadã vice socijs suis. inter alias hanc gratiam cõtulit mihi altissimus: ꝙ ita libenter obedirem fratri nouitio qui intraret hodie in religionẽ: si esset meus guardianus: sicut ille qui esset sanctus et antiquus in religione: qm̃ subditus suum prelatum non hominẽ debet cõsiderare: sed deũ. p cui9 ar. Luc. x. Qui vos audit ꝛc. xxj. di. in nouo. ꝛ. viij. q. j. qui vos. ij. q. vij. accusatio. amore sibi subditus est. Et quãto prelatus vilior est et simplicior: tanto ei obediens propter deuz maius meritũ hz: q2 humilius agit. ar. j. q. j. non quales. subditus eñ prelatum suũ vice dei supra caput suum posuit. xix. q. iij. statuimus. ex̃ de elec. si religiosus. li. vj. xvij. q. iij. §. j. in fi. ps. lxv. posuisti homines super capita nostra. Similiter dixit. non est prelatus in toto mũdo: qui tãtũ timeatur potius ametur. di. xcv. esto. a subditis et a fratribus suis: quantũ dñs faceret me timeri a fratribus meis si vellem. sed hanc gratiam cõtulit mihi altissimus: ꝙ volo esse cõtentus oibus et cõmunis sicut qui minor est in religione. vnde quũ alij fratres non satisfacerent sibi in necessitatibus suis: vel dicerent ei aliqd̃ verbũ per quod solet homo moueri ad scandalũ: statim ibat ad orationem: ꝛ in reuersione sua nolebat recordari: dicens talis frater mihi nõ satisfecit: vel dixit tale verbum: q2 charitas oĩa sustinet. j. Cor. xiij. mihi. immo quodã tpe sue infirmitatis/ oẽs suos socios resignauit generali ministro dicens. nolo habere socium specialem: sed propter amorem dñi dei fratres de loco ad locũ mihi prouideant ꝛ me associent. sicut dñs inspirauerit eis. Et ait. vidi iam cecum q̃ non habebat nisi caniculã pro duce itineris sui. Dixit etiã semel socio suo. non videor mihi frater minor esse: nisi fuero in statu quem tibi describam: Ecce prelatus fratrũ existens: vado ad capitulũ predico et cõmoneo fratres ꝛ in

Ane dicit supra me.nō cōuenis nobis q: illiteratus.xxxvi. dist.illiteratos.es elinguis:idiota et simplex.xxxix.dist.petrus.tandem eiicio:vilipensus/cum opprobrio ab omnibus.Dico tibi nisi eodem vultu.eadem mentis letitia.et eodem sanctitatis proposito/hec verba audiero que audiui quū factus fui prelatus ⁊ a fratribus laudatus:vere mortuus erat mūdo.Col.iij.frater minor nō sum.et ideo:quia humillimus et obedientissimus fuit:obediat ei dominus ad votum et creature.vt.s.in isto ar.dixi in.§.ad cōmendationē.v.j.vt apparet in sua legenda.Exponebat etiam illud Luce.xiiij.⁊ Joā.xij.Qui non renuntiat omnibus que possidet:non potest me⁹ esse discipulus.Mat.x.Et qui voluerit animā suam saluam facere:perdet eam. Ille homo relinquit omnia que possidet:et perdit corp⁹ suum:qui semetipsum totum prebet ad obediendum in manibus sui prelati.Et quicquid facit aut dicit quod ipse sciat ꝙ non sit cōtra voluntatem eius:dummodo bonuz est qđ facit aut dicit:vera obediētia est.Et si quādo subditus viderit meliora anime sue/ꝙ̄ ea que prelatus sibi precipit:suam voluntatem deo sacrificet:que autē sunt prelati studeat adimplere.Nam hoc charitatiua.j.Pet.j.obedientia est que deo et proximo satisfacit.Si vero prelat⁹ precipit aliquid cōtra animā suam subdito:licet ei nō obediat:vt plene dictuz est in prin.istius ar.in.§.j.tamē ipsum prelatū non dimittat.viij.q.iiij.nonne.Et si ab aliquo inde persecutionē sustineret:magis eos diligat ꝑpter deū Matth.v.nam prius sustineat:ꝙ̄ velit a suis fratribus separari.ad hoc.xxiij.q.iiij.c.j.cum.vij.se.c.vij.q.j.§.hoc tm̄.v.cum autē.viij.q.iiij.nonne.Talis non recedens:nec peccato obediens/vere permanet in perfecta obedientia:q: ponit aīam suam pro fratribus suis.Joā.x.Unde et dicebat.sunt multi religiosi/quibus sua meliora videntur:ꝙ̄ que sui prelati precipiunt.Luce.ix.⁊ tales retro.de pe.di.ij.pēnata.aspiciunt:⁊ ad vomitum proprie voluntatis redeunt.ij.Pet.ij.hi homicide sunt.⁊ ꝑpter mala sua exempla multos animas suas perdere faciūt.xj.q.iij.precipue. Exponebat etiam verbum illud domini.Non veni ministrari:sed ministrare.Matth.xx.Illi qui sunt super alios cōstituti prelati/tantū de illa prelatione glorientur:quātum si essent ad abluendum pedes fratrum in officio.Et quātum magis turbantur de ablata sibi prelatione/ꝙ̄ de pedum officio:tanto magis loculos ad periculum aīe cōponunt:quia ambitiosi.j.q.vj.sicut.Et dicebat.beatus ille prelatus/q̇ inuentus est ita humilis inter subditos suos:sicut qn̄ est inter dn̄os suos.Et beatus ille seruus q̇ semꝑ est sub virga correctionis et obedientie.talis enim purgatur:quia obedientia purgatorium vt dixi.s.in isto ar.⁊ purgat a malo crescit in bono in virtute proficiendo.de pe.dist.ij.dum sanctam.

Dicebat beatus egi

dius beati Francisci socius:et erat laicus:quātomagis est cōstrictus religiosus amore dei sub iugo obedientie:tāto maiorem reddit fructum.Et quātomagis est religiosus obediēs ⁊ subiectus prelato suo propter honorez dei:tāto magis est verus pauper carens sensu proprio/pauper spū.Matth.v.idest humilis et timens deū ḃm Aug.⁊ mūdus a peccato suo purgatus in camino paupertatis/vincens cor suū de sensu ꝑprio:quod est difficillimū.Esa.xlviij.Elegi te in
Religiosus obediēs cui cōparet. camino paupertatis.l.dist.⁊ purgabit.Pre ceteris hoib⁹ huius mūdi religiosus bene obediēs similis est militi bene armato sedenti suꝑ bonum equum:qui transit securus inter hostes:et nemo pōt offendere eum.Religiosus autē obediens cū murmure/similis est militi insidenti equo malo:qui transiens inter hostes cadit:et ab inimicis capitur/vulneratur ⁊ vinculatur:et in carcere mittitur:⁊ quādoq; occiditur.Religiosus qui in propria vult viuere voluntate:ad ignem inferni vult ire per propriam voluntatem.ḃm Bern̄.⁊ dixi.s.eo.ar.§.multa.in fi.Et ꝙ̄diu bos tenet caput sub iugo implet horreū frumēto.xiij.q.j.§.his ita.Bos autem non tenens caput sub iugo:sed vagando discurrens:sibi ipsi magnus dn̄s videt̄:sed frumento horrea non implentur.Magni sapientes ponunt caput sub iugo obediētie humiliter.stulti de iugo obedientie caput abstrahūt.Religio scil; mater qn̄q; filium sc; religiosum exaltat:q̇ postꝙ̄ magnus effectus est:matri ꝑpter suā superbiam non obedit:sed eam deridet et spernit.imo mater lacrat.ij.q.vj.ad romanā.ī.filium.⁊ ipse in sinu ei⁹ egerit.ar.ex̄ de iude.et si iudeos.Magis reputo obedire prelato homini ꝑpter deū:ꝙ̄ obedire creatori ipsi ꝑ seipsum mandāti:q: maior fides et reuerentia.Videtur autē mihi/ꝙ siquis esset in tanta gratia/ꝙ cum angelis loqueret̄:si vocaretur ab hoīe cui promisit obedientiā:deberet colloquium angelorū dimittere:⁊ hoī cui promisit obedientiā obedire:q: dū subditus est in hoc mūdo/tenetur obedire prelato creature/cui subiectus est ꝑpter creatorem ⁊ hoc signum:q: dn̄s Samueli nō manifestauit voluntatē suā anteꝙ̄ licētiam habuissent ab Heli.j.Reg.iij.Qui caput posuit sub iugo obedientie:et postea vt viā sequat̄ ꝑfectionis extrahit caput de sub iugo obediētie:hoc est signum superbie magne:q: vult viuere in sensu ꝑprio:qđ est ꝑpriū superborum.Immo abbas Joānes probatissimus anachorita dimisso eremo venit ad cenobiū sub abbatis obediētia moraturus asserens maiorem fructum assequi de obedientia ꝙ̄ de anachoresi.vt narrat Joā cassi.in li.coll.in coll.de fine cenobite et anachorite. ¶ Dicebat quidam sanctus frater minor laicus florētinus Guido noie/ꝙ si angelus de celo descenderet et predicaret in platea florentina:ꝙ non peteret licentiam a prelato audiendi eum.Renuebat cū dauid ps.lxxvj.cōsolari in anima sua:vt se in vera obediētia abnegaret.Matth.xiiij.⁊ magis meretur renuntiās dei cōsolationi propter deum:quod perfectorū est in cruce gloriantium:nō hic consolationem querentium.Gala.vj.Et nunꝙ̄ reperitur/ꝙ in vita sua licentiam aliquā petiuisset a prelato pro re aliqua:nisi ꝙ semel petijt se remoueri ꝑ custodiam de officio porte:q: tēpore hyemali prohibitus fuit a guardiano intromittere intra portam loci in vestibulo pauperes:qui expectantes eleemosynam extra portam frigore cruciabātur:non potuit pati videre tantā crudelitatez.Quū sanctus Franciscus cōsiderans sanctitatem fratris Egidij/dixisset ei vt pergeret quo vellet.Respōdit frater Egidius ꝙ in tā libera obediētia ire et viuere nolebat. ¶ De obediētia aūt fratrū minorū sic ait frater Joānes de pechano magister in theologia suꝑ regulam eorū.Primam virtutem prefert regula obediētiā.non qualemcūq;:s; que illā dn̄i nostri emuletur:vt humana fragilitas patitur:qui vsq; ad mortem patri humiliter obediuit.Phil.ij.Quū igitur obediētes religiosi alij soleant obediētiā promittere salua stabilitate ad locū.ex̄ de iureiuran.sicut ex lr̄is.⁊ non supra regulam quam vouerūt:sciat frater minor nullum ius sibi esse in loco:nec sibi in aliquo loci ambitu obediētiam coarctari:aut etiā terminari.Sciat etiam nihil intolerabile posse supra ius obediētie esse asserere:nisi cōtrariū sit regule vel saluti generaliter vel ex euidenti causa aliqua speciali.de hoc etiā.s.in hoc ar.in.§.cōmendabilis.v.obediētia vero.⁊ in.§.sed iterū.v.religiosi.Sciat etiā quo est asperius humilius carni horribilius/qđ sibi cōtinget obediētaliter imponi:eo ad id debet esse paratior:ex aio.viij.q.j.sciendū.Obediētia vero fauorabiles ꝑ viribus declinare.hoc est em̄ obediēdo sc̄m euangeliū obseruare.Sicq; sibi ꝑspiciat:vt q̄cq̄d facit per superiores obediētiā faciat:vt dū bona facit ex charitatis ⁊ obie radice:ex cursu harū duarū v̄tutū semꝑ meritū duplicet̄. ¶ S

Ad commēdationem

Obediētie commendatio. huius alme virtutis obediētie/scale celi/extirpatricis superbie/filie humilitatis/singularis dei mendacultricis/exterminatricis casus/filie ꝑmogenite fidei/ma

tris castratis/pacificatricis fratrū et ꝑlatorū/mortue in aīa ⁊ in corpore/nutricis vite/et reductricis protoplastorū et ꝓpaginis eorū in paradisum non terrestrem: sed dei viuentis celestem. ⁊ pro expeditione eius aliqua iungam originalia preter superius allegata. ¶ Ualde iniquū est velle sibi obtēperari a minorib⁹ et nolle obtēperare maioribus. glos. j. ad Cor. xj. facit. ij. q. vj. qui se scit. Qui se scit alijs esse ꝓpositū: nō moleste ferat aliquē sibi esse ꝑlatū. Redde reuerētiam ⁊ obediētiā prelato. quarū altera cordis est: altera corporis. Nec em̄ sufficit exterius obtēperare maioribus nostris: nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Bern. in sermonib⁹. Bene ita regi est cum timore honorem impendere. glos. ad Hebre. xij. Tanto citius quisqꝫ deum placat: quāto ante ei⁹ oculos repressa arbitrij sui superbia/gladio precepti se immolat. viij. q. j. sciendum. Greg. in moral. li. xxxv. ¶ Ad obedien‑

Ad obediētiā requisita.

tiā requirūtur. Rectū: q: non est obediendū cōtra deum. xj. q. iij. si is. Uoluntarium: q: quod ex necessitate fit: non est bonū. ex̄ de re. iu. qui ex timore. xv. q. j. non est. Purū: vt intentio sit pura: q: si oculus simplex est: totum corpus lucidum est. Luc. xj. Mat. v. ⁊ xviij. Discretū: ne quid nimis. qui em̄ ratione offert: si non ratione diuidat: peccat. de cō. dist. ij. si credis. de off. cust. c. j. Firmū. i. perseuerans. perseuerantia em̄ oīa claudit/⁊ tenet. nullum bonum sine perseuerantia est. vij. q. j. suggestum. vt aūt perseuerantiā habeat manus obediētie inherere sibi debent propugnacula patientie. Bern. in sermonib⁹. Sic multorū vsqꝫ hodie pusillanimitas et peruersitas exigit: vt ab eis queri oporteat a prelatis/quid vis vt faciam tibi? Luc. xviij. non ipsi querere/dn̄e quid vis me facere. Act. ix. Tales cōsiderāt quid sibi precipi velint: non que sit voluntas preceptoris. qui aperte vel occulte satagit: vt quid vult ipse. hoc enim prelatus iniungat. ipse se seducit et frustra sibi de obediētia blanditur. non em̄ in ea re ipse prelato: sed magis ei ꝑlatus obedit. Ber. in sermonibus. ⁊ de hoc etiam. s. Qui importabilib⁹. ex̄ de pac. c. si. exceptis partē acerbissimam seruitutis elegit. scꝫ facere qꝺ velit. nō qui iussus facit miser est: sed qui inuitus facit. Seneca in epl̄is. Dixit dn̄s ad adā Gen̄. ij. xj. q. iij. q̇d ergo. de oī ligno paradisi comede: de ligno aūt sciētie boni et mali nō comedas. De oī ligno paradisi poterat comedere: q: dū non venit cōtra obediētiam nō peccauit: ille em̄ comedit de ligno scientie boni: q̇ voluntatē suā sibi appropriat: et se exaltat de bonis que dn̄s dedit: ⁊ opatur per eum ⁊ per suggestionem diaboli et transgressionem mandati. factū est ei pomū sciētie mali. vnde oportet ꝙ sustineat penā. ¶ Franciscus. obedientia est mater quodāmodo custosqꝫ oīm virtutum. Aug. in li. xiiij. de ciui. dei. c. xv. Sicut abrae non immerito magna obediētia ꝑdicatur: cui vt occideret filium res difficillima est īperata. Gen̄. xxij. xxij. q. ij. ꝓphetauit. de quo plene. s. e. ar. Ita in paradiso tanto maior inobediētia fuit: quāto id quod preceptum est nullius difficultatis fuit. Magna em̄ est hoīs miseria aduersus eum ipsum inobediētia ei⁹ ipsius. qm̄ nec voluit quod potuit: quod non potest velit. ex̄ de off. deleg. qm̄. in paradiso em̄. etiam si nō omnia potuit ante peccatum: quicquid tn̄ nō poterat non volebat. et etiam poterat oīa que volebat. Nunc aūt ꝑs. cxliij. homo similis factus est vanitati. Quis enumeret ꝙ multa q̄ non potest: velit: dum voluntati sue ipse animus: eoqꝫ inferior caro non obtēperet. Rom̄. viij. xxxij. q. v. si paulus. Ipso nāqꝫ inuito et animus plerūqꝫ turbatur: ⁊ caro dolet et veterascit et morit̄. Aug. de ciui. dei. li. xv. diuino intonante ꝑcepto obediēdum est. xiiij. q. j. quod precipitur. non disputandum. Aug⁹. li. quo. s. Diuinis imperijs cedēdū est obtēperādo: nō resistendū disputando. Aug. ꝯtra Faustū. Ut sciremus non dei creaturam esse culpabilem: sed inobediētiā cōtumacem ⁊ cupiditatem inordinatam: non ꝓpter porcum: sed ꝓpter pomum/primus homo inuenit mortem. Et esau primatus suos non ꝓpter gallinā sed ꝓpter lenticulā perdidit. Gen̄. xxv. Aug. super Ioan.

homil. xix. facit. xlj. di. q̇squis. ⁊ c. delicie. ⁊ xiiij. q. vlt. c. vlt. Qui se sibi magistrū cōstituit: stulto se discipulum subdit. et em̄ quid alij de se sentiant ignoro: ego de me expertus sum quod dico: et facili⁹ imperare ⁊ securius preesse alijs multis ꝙ mihi. Bern. in epl̄a ad odonem. Quicquid nobis a senioribus fuerit imperatū/sit tāꝙ si de celo sit ore dei prolatum. nihil reprehēdas nihil despicias: in nullo penitus murmurare presumas: q: in monasterio seruire venisti: non imperare. obedire: non iubere. totum sanctū. totum vtile iudica: quicquid aut tibi aut alijs videris imperari. Cesarius in sermone. Obediētia in omni rationali creatura est oīs iustitie origo atqꝫ ꝑfectio. Unde ꝑ obedientiā ⁊ inobedientiā distinguit̄ christus ab adā. Unde apl̄s ad Rom̄. vj. Sicut ꝑ vnius hoīs inobedientiam ⁊c. Aug. sup questiones. lxxj. Prepositū monasterij timeas: vt dn̄m diligas: vt patrē credas tibi salutare quicquid ille ꝑcipit: nec de maioris sentētia iudices: cui⁹ est officiū obedire: et q̄ iubent̄ implere. Hiero. in epl̄a ad Rusticū. Didicit ex his q̄ passus est obediētiam. ad Heb. v. Hoc dupliciter pōt intelligi. aut em̄ dictū est/didicit q̄ alios discere fecit: aut q: experimēto didicit quod per scientiam nō ignorauit. Anselm⁹ in li. Cur deus homo. c. xj. Aliqn̄ precipitur bene ⁊ obedit̄ bene: vt quū precipit̄ seruari castitas. aliqn̄ precipit̄ male ⁊ obedit̄ male: vt quū alicui ꝑcipitur furari aliqn̄ ꝑcipitur bene ⁊ obedit̄ male: vt cum alicui captiuo dicit̄/fuge ⁊ ero ꝓ te in vinculis et penam pro te accipiā: vt fecit Sacculus pro diacono capto a longobardo: vt narrat Greg. in. iij. li. dialogorū. Bona quidē est talis ꝑceptio: q: ex perfecta charitate: sꝫ mala obediētia: q: obuiat charitati. Aliqn̄ precipitur male et obedit̄ bene: vt quum prelatus sibi ꝑcipit afferri a subdito q̇d qꝺ sine periculo esse non potest: vt dauid qui precepit sibi aquā deferri de cisterna bethleē cum periculo missi: quā ꝓpterea effudit ⁊ dn̄o libauit. Anselmus de similitudinib⁹. ij. Reg. xxiij. xlj. dist. delicie. Omnis virtus ab obediētia incipit: quēadmodū omne vitiū ab inobediētia processit. Frustra nāqꝫ vel inobediētia rebelli vel cōtumaci doctrina: vel non intelligenti preceptū daretur. Hugo de similitudinibus. j. parte. xiiij. c. iiij. Obediētia ad omne quod iniungit̄ spontaneo vigore: aliterqꝫ animo fertur: modū non cōsiderans in infinitum libertate extenditur. Unde etiam si impossibilia iniunguntur: ꝯfidens de dei bonitate/obedit ex charitate. Bern. de ꝑcepto. Obediētie limes s̄m tp̄s est ipsa tēporis extremitas: vt sit terminus obediētie/qui ⁊ vite: quod nobis maxime cōmendat vnigeniti dei exemplum: qui fact⁹ est patri obediens vsqꝫ ad mortē. Phil. ij. Bern. de precepto. Obediētia nō seruili metu: sꝫ charitatis affectu seruanda est. nō timore pene: sꝫ amore iustitie. Greg. in mora. sed a timore incipit ⁊ in charitatem ꝑficit. de pe. dist. ij. sicut seta. ¶ Bonus obediētie gradus si ꝓpter metū gehenne: siue ꝓpter factam professionē/quā professus est: quisqꝫ obediat. Melior aūt cū dei amore obedit. illa quippe obediētia necessitatis: ista charitatis est. Ille aūt optimus est obediētie gradus: quū eo aīo opus iniunctū recipit̄: quo et precipitur. Greg. ibidē. Imperfecti cordis/et infirme volūtatis indiciū est statuta seniorꝫ studiosius discutere: rationem ad oīa que iniunguntur exigere. de q̄busqꝫ male suspicari. de oī ꝑcepto (cui⁹ causa latuit) nec vnq̄ libēter obedire: nisi ⁊ audire cōtigerit/qꝺ forte libuerit: aut qꝺ nō aliter licere vł expedire mōstrauerit: vel apta rō: vel indubitata authoritas. Greg. ibidē. Etsi oīs inobediētia inexcusabiliter sit culpabilis: nulla tn̄ eternaliter est dānabilis: nisi quā remedium penitētie non sanat. nulla est letaliter criminalis: nisi que cōtemptum sup̄bie non euitat. Un̄ si iubente seniore vt sileam: verbum mihi forte per obliuionem elabitur: reum me fateor inobediētie: sed venialiter. Sed si ex contēptu. xj. q. iij. §. premissis et. §. cum ergo. in si. xxiiij. q. iij. notandum. in si. ex̄ de cleri. ex. mi. si celebrat. in si. sciens et deliberans in verba prorumpi: et silentium rumpo: preuaricatorem me constituo ⁊ cri

minaliter peccoꝛ et si impenitēs vsq; ad moꝛtem perseue-
ro: dānoꝛ. Grego. ibidē. Adolescens sine obedientia inter
seculi abusiua est. obediētia mater oīm disciplinarum est.
Cypꝛianus de. xij. abusiuis. vide. s̄. e. §. cōsequēter. ꝟ. inter
xij. abusiua. in ar. xviij. qui obedit pꝛelatis: h; sibi coꝛpus
obediens. Bern̄. in sermo. festi/ Erat subdit⁹ illis. Luc. ij.
Quis? quibus? deus hoibus. deus cui angeli subditi sunt
erat subditus marie. nec tm̄ marie sed etiam Joseph pꝛo-
pter mariam. Mirare ergo vtrūq;: et elige quod ampli⁹
mireris. filij benignissimā dignationem: an matris excel-
lentissimā dignitatem. vtrūq; stupoꝛ. vtrūq; miraculum.
et q deus femine obtēperet: humilitas sine exemplo. ⁊ q
femina deo pꝛecipiat: sublimitas sine socio. In laudibus
virginum. Apocal. xiiij. dicitur singulariter. q sequuntur
agnum quocūq; ierit. Quibus ergo laudibus indicas di-
gnam: que etiam pꝛeit? Addisce homo obedire. cerra sub-
di. disce obtēperare. De authoꝛe nostro et pꝛeceptoꝛe dici-
tur: Et erat subditus illis. Erubesce superbe cinis. dn̄s se
humiliat: et tu te exaltas. deus se humilibus subdit: et tu
te pꝛeponis authoꝛi. Quoties em̄ pꝛeesse desidero: toties
deum meum pꝛeire cōtendo. Si hominis o homo imitari
dedignaris exemplū: certe non erit tibi indignum imitari
authoꝛem tuū. Bern̄. super Missus. Homo subdere ei q̄
supꝛa te est. ⁊ infra te erunt illa quib⁹ ꝑpositus es. Quia
em̄ homo deseruit eum sub quo esse debuit: ideo subdit⁹
est eis supꝛa q̄ esse debuit. Supꝛa te deus est: sub te peco-
ra. agnosce eum q̄ supꝛa te est: vt agnoscant te que infra te
sunt. Ideoq; quū Daniel cognouisset supꝛa se deū: agno-
uerūt illum supꝛa se leones. Daniel. vi. Si autem superio-
rem contēnis: subderis inferioꝛib⁹. ꝑpterea superbia egy-
ptioꝛū de ranis. Exod. viij. ⁊ muscis cōdēnata est. poterat
deus leones mittere: s; aliquis magnus leone terrendus
est. quāto illi erant supioꝛes: tāto de rebus cōtemptibili-
bus ⁊ abiectis fracta est eoꝛū ceruix mala. Aug. super epi-
stolā Joā. homil. viij. Non erit caro subiecta anime: nec vi-
tia rationi sucumbent: si animus nō est subditus authoꝛi
suo. Tunc aūt rationi subijciuntur nobis omnia que no-
bis sunt: si nos subijcimur ei a q̄ nobis illa subiecta sunt.
Nam que videntur subiecta ei esse qui deo subiectus non
est: non sunt vere subiecta ei: sed ille potius subijcit eis
qui suam voluntatē subiugabit eis. Isidoꝛus de summo
bono. li. j. Dei pꝛouidentia regens ministris suis vniuer-
sam creaturam naturas et volūtates. Naturas vt sint. vo-
luntes autem vt nec infructuose bone: nec impunite sint
male subdidit. Pꝛimus subdidit oīa: deinde creaturā coꝛ-
poꝛalem creature spūali. irrationalem rationali. terrestrē
celesti. femineam masculine. minus valentem valentioꝛi.
indigentem copiosioꝛi. Aug. super Gen̄. li. viij. Puer pa-
rentibus subditus erat. Luc. ij. doctrina em̄ deus appare-
bat ⁊ actib⁹ hō. Aug. de vera religione. c. xx. Oīs creatura
velit nolit subest creatoꝛi. Sed a creatura rōnali volūta-
ria subiectio tripliciter esse debet. vt q certū est deū velle
id qd̄ nos velimus. ⁊ id quod certum est eum nolle id exe-
cremur. quod autē incertū est vtrū velit an nolit: neq; ve-
limus ex toto: neq; penitus non velimus. Bern̄. Quidā
amant subesse vt possint pꝛeesse. honoꝛes fugiūt vt hono-
ribus obuient. Hugo de claustro. li. iij. Et de hoc. s̄. in hac
ij. parte. in. §. poꝛro. ꝟ. quidam amant. in ar. xxiij. Bonum
est obedire maioꝛib⁹: parere perfectis: ⁊ post regulas scri-
pturarū vite sue tramitem ab alijs discere: nec pꝛeceptoꝛe
vti pessimo. sc; pꝛesumptiōe sua. Hiero. in epl̄is. Seruias
fratribus: hospitum pedes laua: passus iniuriam taceas:
pꝛepositum monasterij timeas vt dn̄m: dilige vt patrem:
credas tibi salutare quicquid ille pꝛecipit: nec de maioꝛū
sentētia iudices: cuius officiū est obedire/ et implere q̄ ius-
sa sunt. Hiero. ibidem. ⁊ de hoc etiam. s̄. in ar. xxij. §. poꝛro.
Quedā sunt pura bona: quedam pura mala. in his nulla
debetur hoibus obedientia. qm̄ nec illa omittenda sunt/
etiam quū pꝛohibentur. nec ista etiam quū iubentur sunt
cōmittēda. Poꝛro inter hec sunt media qdā: que pꝛo mo-
do loco et tēpoꝛe iudicio et persona ⁊ mala possunt esse
et bona. Et in his lex posita est obediētie tāq; in ligno scie-
tie boni. Gen̄. ij. vide. s̄. eo. ꝟ. dix. ⁊ mali. qd̄ erat in medio
paradisi. in his omnino pꝛelatoꝛū/ nec iussioꝛ nec pꝛohibi-
tio est contēnenda. Bern̄. in epl̄. s. Monachū obedien-
dissimū dico: cui ex quibuslibet senioꝛū verbulis/ ne vnū
quidē iota pꝛeteruolat. Math. v. nec attendit quale sit
quod pꝛecipitur. ⁊ fit obediētia sine moꝛa. Bern̄. ibidem.
Quū semel vicarius beati Francisci teneret capitulū: et
ipse in cella sua oꝛaret: vnus ex fratrib⁹ defensionis quo-
dam cōtectus palliolo non se discipline subdebat. vidēs
hoc vir sanctus absens in spū/ vocauit quēdam de fratri-
bus et dixit ad eum: vidi frater diabolum super illius fra-
tris inobedientis doꝛsum/ collū eius tenentē adstrictum:
qui tali sessoꝛi subiectus/ obediētie freno spꝛeto instinct⁹
eius sequebatur habenas. ⁊ cū rogarem deum pꝛo fratre
subito ꝯfusus demon abscessit. vade igitur et dic fratri vt
obediētie sancte iugo collū sine moꝛa summittaat. moni-
tus per internuntium frater statimq; cōuersus ad deum/
ad pedes vicarij humiliter se ꝓiecit. In legēda beati Fra-
cisci/ in titulo de intelligentia scripturarū/ ⁊ spū ꝓphetie.

¶ Articulus. lxx. A

Contra sanctā obe-

dientiam/ aut ei⁹ puritatē supꝛa copiosissime
appꝛobatam cōmendatam et descriptā/ mul-
tipliciter fit a religiosis istius tpis hypocrita-
lis: qui ei capita summiserunt. ¶ Et pꝛimo et grauius: q; Religiosoꝝ tatatur inobediētia
multi ex eis nedum non obediunt simpliciter: s; pꝛecipiē-
tibus eis pꝛelatis multas verbales inferūt iniurias. ⁊ ali-
quoties (qd̄ est desperatius) manus mittunt in chꝛistum
dn̄i pꝛelatum suū. cōtra illud. j. Reg. xxiiij. ⁊. ij. Reg. j. ij. q.
vij. §. de his etiam illud. ꝟ. Itē in libꝛo regū. ex de sen. ex.
cum illoꝛū. ¶ Scdo/ q; etsi non iniuriantur ꝑlatis: sicut se-
pe eis iniuriantur: vt vidi fieri dicentibus subditis: tantū
tibi obedirē: quātum cani vel asino. non tm̄ obediunt: sed
inflati tacēt vel recedūt a facie eius: sicut cayn a facie dn̄i.
Gen̄. iiij. et de pe. dist. j. ⁊ venit. Vidi quēdam fratrem. et
vtinam solus esset. in eremitoꝛio chiboroli in custodia pe-
rusina in pꝛouincia beati Francisci: vbi eram de familia:
qui in mea pꝛesentia: quū pꝛecepisset ei gardianus/ q red-
deret mantellos superfluos quos habebat in cella ꝑ fo-
rensibus fratribus/ q̄ venerant: noluit reddere. et quū fra-
ter fugeret ad cellam recedens a facie Gardiani/ cucur-
rit post eum gardianus dāculo: et ego cum eo. et retroue-
niens mandauit ei iterū per obedientiā/ q redderet mā-
tellos. ille nunc nolens audire obediētiam quam ante ta-
men audierat: cum ambab⁹ manibus clausit aures suas:
et sicut serpens obturauit aures suas. ad literā ne vocem
incantatoꝛis. i. pꝛeceptoꝛis audiret: ⁊ cellā suam sic intra-
uit. ps̄. lvij. Cōtra tales Hieremias. Hiere. xxij. Locutus
sum ad te in abundantia tua. i. superbia vel auaritia. que
vtraq; fuit in isto fratre. et dixisti nō audiam. ⁊ Ezech. iij.
Domus israel nolūt audire te: q; nolūt audire me. Oīs
quippe domus israel attrita fronte est et coꝛde duro. Itē
cōtra tales Act. vij. Dura ceruice et incircūcisis coꝛdibus
et auribus ⁊c. Contra tales etiā dicit Job. xix. Seruum
meum vocaui: et nō rn̄dit mihi. Contra tales etiam dicit
Esa. xxx. Aures tue audient post tergū monētis te. Zach.
vij. Auerterūt scapulas ⁊ aures aggregauerūt/ ne audi-
rēt. Esa. xlvj. Audite me duro coꝛde qui longe estis a iusti-
tia. Esa. xxx. Ad vocem clamoꝛis tui statim vt audierit re-
spōdebit tibi. ¶ Tertio/ aliquoties respondēt suis pꝛela-
tis quū pꝛecipitur eis aliquid. faciatis vos. accipiūt perso-
nam pꝛelatoꝛū: quū sint subditi. cōtra illud. lxxxix. dist. ad
hoc. xxi. dist. inferioꝛ. cum. ij. c. seq. ¶ Quarto/ quidam se
excusant et falso cōmuniter. cōtra id ps̄. cxl. Non declines
coꝛ meum in verba malitie/ ad excusandas excusationes
in peccatis. Deutero. xxx. Mandatum quod dedi tibi: nō
est supꝛa te. ex de cōsue. quanto. xvj. q. j. ꝑdicatoꝛ. ¶ Quin-

to/et si aliquoties obediūt: cum murmuratiōe tñ ⁊ displicentia et tristitia. Exod. xvj. Non est dicit moyses: murmur vestrū cōtra nos: sꝫ cōtra dñm. nos enī quid sumus? cōtra murmuratores. xc. dist. alienus. ij. q. vij. §. de his. v. item obijcitur. Quum semel murmuraret coraꝫ fratre Egidio socio beati francisci quidam frater de obediētia sibi data: dixit ei frater Egidi⁹. Amice mi/quāto plus murmuras: plus te oneras. et quāto humilius et deuotius summiseris caput obediētie: tanto leuior et suauior tibi erit. vince temetipsuꝫ: ⁊ vinces oīa. q: parū est homini vt trahat animas ad deum nisi semetipsum vincat. Et dicebat beatus Frāciscus/ꝙ victoria mundi a sui͡ꝑsi⁹ est victoria inchoāda. ¶ Sexto/tarde obediunt. cōtra id Mat. iiij. ibi. Illi aūt statim ⁊c. ⁊. s̄. dixi. ¶ Septimo/non cōplete obediūt: vel amplius ꝙ̄ eis fuerit imperatum faciunt. Contra primū ex̄ de regu. iur. defleat peccator. de pe. dist. v. c. j. Exod. xix. Oia que preceperis nobis faciemus. Contra scdm est q: idem est facere plus in talibus: ꝙ̄ minus. ex̄ de off. cust. c. j. cū ijs que ibi no. et de hoc. s̄. in. lxix. ar. in. §. cōmendabilis. v. quartus gradus. ¶ Octauo/frequēter audiunt vocantes prelatos eos: et non respōdent ex superbia vel impatiētia vel acidia vt preceptum subterfugiāt. Non sic samuel dicens heli. Ecce ego. vocasti enī me. ⁊ tamē non vocauerat. j. Regū. ij. ¶ Nono/abscondunt se ne a prelatis inueniantur: et ne eis precipiat̄. Isti vere cōtumaces obediētie sunt. ex̄ de alie. iudi. mu. c. j. ibi. vel malitiose se duxerint absentandos. ex̄ de off. deleg. consultationibus. in fi. ibi. Nisi is qui possidet se pro cōtumacia absentasset. ex̄ vt lit. non cō. qm̄ frequēter. §. porro. ibi. Siue q: malitiose seipsum occultat. siue ꝙ impedit ne possit ad eum citatio ꝑuenire. ex̄ de cle. nō resi. ex tue. ibi. Qui se fraudulēter absentant. v. q. v. quidā. ibi. q̊ si non exierint. faciunt que no. ex̄ de do. ⁊ cō. c. ij. in glos. cōtumacia. ¶ Decimo/faciunt se timeri a prelatis verbis et signis et factis et iniurijs ⁊ minis: ne eis aliquid precipiant. ita ꝙ prelati non audēt cōmuniter hodie aliquid precipere eis magis timētes subditos tales ꝙ̄ ipsi eos: ⁊ quia nolūt scandalizari in se passiue nec in subditis. Tales subditi filij mortis sunt: q: nihil possunt aut audēt eis prelati ꝑcipere: nec in subiectione viuunt: sꝫ in supbia et elatione et rebellione. Tales ꝓprie filij belial sunt. i. absqꝫ iugo. sic enī interpretat̄ belial. ita vt nemo maxime prelati possint eis loqui. j. Reg. xxv. ¶ Undecimo/obediunt ex timore seruili non amore: et ideo meritum obediētie ꝑdunt. ex̄ de reg. iu. qui ex timore. q: timor non est in charitate. j. Ioā. iiij. xxiiij. q. vj. §. ex his. et de hoc etiam loquit̄. viij. q. j. sciendum. ⁊. j. Per. j. Castificantes aīas in obediētia charitatis. ¶ Duodecimo/quū vtcūqꝫ obediunt: mercedem tēporalem ⁊ cōsolationē expectant ⁊ recipiunt. vnde meritum obediētie ꝑdunt: quia sub ista spe obediunt: ⁊ sic mercedem suā recipiūt. Mat. vj. ⁊ op. ar. xvij. q. ij. si quilibet. vbi obstetrices pro reseruatione puerorū domos tēporales receperunt. tales miseri stulti mercatores sunt: q̊ bonū opus obediētie vñ possunt habere vitā eternā: vendūt ꝓ vili pictantia: vel vili tunica: vel vili munusculo: vel aliq̄ alia cōsolatione tꝑali. ꝯtra quos Grego. Quū pro opere recto laus transitoria aut premiū queritur: eterna retributiōe res digna vili precio venditur. ¶ Decimotertio: quū obediunt. et iterū de eadem materia. vt de eundo pro pane: vel facere hebdomadam: vel associando fratrem: vel cōsimili: vel alia eis a ꝑlatis precipitur: improperant/et referunt q̄stiones eis. toties iui pro pane/vel simile. quasi obedientia sit terminis cōclusa: vel limitata vicibus: et nō ꝑpetua ⁊ vsqꝫ ad mortem vt christi. Phil. ij. ⁊ de hoc satis. s̄. in. lxix. ar. in. §. commēdabilis. ad fi. v. obediētia vero. ¶ Decimoquarto: instant cum prelatis precipientib⁹ precibus ⁊ frequēter minis: vt reuocent obediētias eis datas: vel per superiores prelatos: et frequēter per seculares eas faciunt reuocari. qꝺ idē est in effectu: et pessimo et cōtumaci affectu. ac si dicerent. nolo facere quod vis prelate. Ista autem reuocatio. etsi exterius in foro contentioso excusare videatur vt inobediens non iudicetur: nec vt inobediens non puniatur: in foro tamē cōscientie non excusat. Nec credo eos excusari a mortali: q: reuera inobedientes sunt. ex̄ de ma. et obe. si quis. quia prelati tunc obediunt: et subditi ꝑcipiūt. qꝺ est ordo retrogradus s̄m vnum intellectum. xxxiij. q. v. est ordo. quū cōtrariū debeat esse. xcv. di. esto a subdiacono. et tales ꝓprietarij sunt ꝓprie voluntatis: ⁊ in suo proprio pessimo corde viuūt. ex̄ de sepul. c. vlt. li. vj. ⁊ de testa. c. vlti. li. vj. ¶ Decimoquinto/accipiunt vnam licentiā vel obedientiā eundi ad vnum locum: et vadunt ad alia ⁊ ad personas alias. Et proprie tales cōtra obedientiā vel licētiā faciunt: q: formā obediētie eis traditam non seruant: que est exacta diligētia obseruanda. ex̄ de rescrip. cum dilecta. vbi de hoc. ⁊ de off. deleg. venerabili. ibi. cōtra mādati nostri tenorem. ex̄ de rest. spo. c. vlti. ff. māda. diligenter. Uel vltra terminū eis datum in obedientia stant: quū tamē dies assignata ꝓ prelato interpellet. ar. ex̄ de loca. posuit. Non enī possunt subditi sine voluntate ꝑlati sibi terminū obediētie prorogare. ar. op. ex̄ de off. dele. de causis. Et vt narrat climacus senior sanctissimus missus alexandriam ab abbate pro necessarijs: q: non venit in termino prefixo: ꝙ̄ꝙ̄ fuerit legitime impeditus: ⁊ vtiliter egit agēda monasterij: publicam nihilominus coram fratrib⁹ penitētiam fecit impositam per abbatem. Et in lxix. ar. §. cōmendabilis. v. cum iulius. s̄. dictū est de Iulio cui honor solitus redeunti negatus fuit a senatu: q: vltra terminuꝫ quinqꝫ annorum sibi assignatum tardauit: ꝙ̄ꝙ̄ cum maxima victoria redijsset. ¶ Decimosexto/q: raro per obediētiā vadunt: sed per licentias procuratas: ne dicam extortas. et frequēter cum minis ⁊ subsannationib⁹ expetitas: procurātes cum talibus licentijs suas consolationes corporales et tēporales eundi parisius/standi cum cardinalibus/regibus/⁊ episcopis/⁊ alijs dñis mundi/visitandi cōsanguineos ⁊ amicos. eorū maledictas deuotas in monasterijs pellicientes. vide qꝺ legit̄ ⁊ no. xxiij. dist. laici. ⁊ de pe. dist. ij. si enī. vltra. v. colum. v. petrus. ibi. pelliciunt. ⁊ in glos. i. alliciunt. bibendi/discurrendi/⁊ per peregrinationes vagādi potius ꝙ̄ plorandi. cōtra illud. viij. q. j. sciēdum. ex̄ de off. or. quāto. xvj. q. j. monachi vagantes. xviij. q. ij. quidā monachorū. ¶ Decimoseptimo/q: licētias tales quas ꝓcurant faciunt eas per prelatos in litteris eis datis ad eorū quasi excusationem et vanam gloriam obediētias appellari: quū tamē ꝓprie non possit dici obediētia: nisi quam prelatus subdito suo motu suo sine requisitione eius imponit ⁊ voluntate. al's potius obedit prelatus ⁊ satisfacit misere cōsolationi subditi/ꝙ̄ ecōtra. vt. s̄. e. ar. §. sciendum. v. alia vice dictū est. Est autē differentia inter licentiā ⁊ obediētiā que est quodāmodo inter ꝑmittere et precipere et velle. quod autem permittimus inuiti toleramus. xxxj. q. j. hac ratione. iiij. dist. deniqꝫ. Permittere autem tribus modis accipitur. vt no. iiij. di. c. vlt. quod autē precipimus volumus. xiiij. q. j. qꝺ precipitur. Uñ ⁊ tales dupliciter offendūt. ⁊ q: ꝓcurāt ⁊ extorquēt tales carnales licētias. ⁊ q: fingūt eas obediētias. qꝺ est quoddā tacitum mendacium et hypocrisis. xxij. q. v. cauete. xij. q. j. nolo. ¶ Decimooctauo aliquoties non obediūt sub specie spiritus. quando eis aliquod consolabile pro corpore vel pro anima a prelatis iniungitur: vel vt vadant ad hospitium vel forestariam ad comedendum: vel ꝙ sedeant in loco superiori: vel ꝙ non veniant ad chorum: vel ꝙ vadant ad orandum quū alij laborant: vel ꝙ dimittant abstinentiam specialem. et hoc sub specie humilitatis/quasi vel austeritatis. sꝫ ista superbia occulta est. ar. xxij. q. ij. cuꝫ humilitatis. q: vera humilitas. vere obediēs est in omnibus/nihil habens de suo. xij. q. j. non dicatis. ⁊ talis austeritas voluntaria fructu caret. Esa. lviij. In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. et de hoc. s̄. in. §. multa. v. tertio. in. lxix. ar. Et idem genus inobedientie est vel pro refectione; vel pro ieiunio; vel pro orando; vel ꝓ dormien

Inter licentiā et obedientiam discrimen.

do seniorꝭ violare mandatū. ſm Danielē in coll. iiij. ⁊ de
hoc supra etiā. Posset tñ subditus in tali cōsolatiua obe-
dientia dicere prelato suo: Si placeret vobis pater/refu-
gerem istam consolationem. ſin autem: fiat voluntas ve-
stra. et sic intelligitur. viij. q. j. sciendū. perfectius est tñ sim
pliciter obedire ⁊ nihil prelato dicere. Et de tali obedien
tia dico/ꝙ benedicta sit talis obediētia: que corpus ⁊ ani
mā cōsolatur: q: aliquā similitudinē habet cum illa quam
sunt sancti in patria habituri in duplici stola/corporis et
anime. Apocal. vj. Esdre. ij. ¶ Decimonono/sciūt frequē
ter voluntatem prelati: licꝫ eis nihil dicant timore: aut ne
eos tribulent: ⁊ non faciunt. cōtra tales dicit Luc. xij. Ser
uus sciēs voluntatem dñi/ et non faciens/vapulabit pla-
gis multis. xxxviij. dist. §. vt itaqꝫ. religiosus autem seruus
est. liiij. dist. multos. ¶ Uigesimo obediētias impositas ꝑ
cōstitutiones vel ordinationes prelatorū cōmuniter non
seruāt: dicentes/non seruāt prelati: nō seruemus nos. cō-
tra tales dicit dñs Matth. xxiij. Oia quecūqꝫ dixerint vo
bis: seruate et facite: ſm opera vero eorum nolite facere.
xix. dist. ſm. j. q. j. non quales. Nam et si cōstituentes prela
ti seruare debeāt que cōstituerūt: vt. ix. dist. iustum est. Et
qḋ quisqꝫ iuris statuit: ipse debeat vti eo. ex̄ de consti. cum
oēs. ff. qḋ quisqꝫ iuris. l. j. ⁊ in prin. decretorū/humanum.
nec debēt alijs legem imponere: quā ipsi negligunt obser
uare. ex̄ de preben. pro illorū. si tñ non seruant: seruare te
nentur subditi. j. q. j. oia sacramēta. et. c. significasti. ⁊. c. nō
quales. j. q. vij. siquis omnem. C. de legi. et cōsti. l. leges. ex̄
de cōsti. c. j. ⁊. c. vlti. xix. dist. romanorū. ¶ Oēs aūt predi-
cti articuli obediētie et puritatis eiꝰ infectiui: et siqui alij
inueniri possunt: per originalia superius allegata/referē-
do singula singulis ⁊ adaptando ſm prudentiam legen-
tium: que hic causa breuitatis non repeto: ostendunt cla
re et legitime refelluntur. Et hucusqꝫ de obedientia et
multiplici eius commendatione et transgressione dixisse
plenissime sufficiat.

¶ Articulus. lxxj. De disciplina. A

Sed q: dictum est de
obedientia/qua reddit quod debet superiori:
Cōgruum est vt dicamus de disciplina/q red
ditur quod debetur inferiori. ¶ Primo igit
Disciplī ne acce- ptiones. ponam diuersas acceptiones huius nois disciplina. Di-
sciplina igit quādoqꝫ dicit desiderium corrigendi inferio
res: ⁊ sic videt pars iustitie. Quādoqꝫ dicit disciplina id
quod adhibetur ad correctionē aliorum. sic sumitur Heb.
xij. Fili mi noli negligere disciplinam. in eodem. In disci-
plina perseuerantes ⁊c. Itē si extra disciplinam estis ⁊c.
sic etiam sumitur. xlv. dist. disciplina. Quādoqꝫ disciplina
dicit effectꝰ discipline sumpte scḋo modo. et sic videt eam
describere Cyprianus dicens: Disciplina est morū ordina
ta correctio: et maiorū precedentium patrū regularū ob-
natio. Itē magister Hugo de sancto victore. Disciplina in
quit/est conuersatio bona ⁊ honesta: cui parū est non ma
lum facere: si non studet in his que bene agit per cuncta
irreprehensibilis apparere. ps̄. xxxiij. ⁊. xxxvj. ⁊. j. Per. iij.
Declina a malo ⁊ fac bonum. Bern. in epistolis. Discipli-
na ceruicem summitit. deponit supercilia: q: verecunda ⁊
pudorata. lxxxvj. dist. non satis. xxvj. dist. in scripturis. com
ponit vultū. ligat oculos. xxxij. q. v. nec solo. cachinnos. v.
q. iiij. in loco. cohibet. moderat linguā. v. q. iiij. in loco. gu-
lam frenat. xlj. dist. c. j. cum seq. ritam. xc. dist. per totum. se-
dat. format incessum. xlj. dist. §. sicut ergo. xlj. dist. §. si. Itē
magister hugo de sancto victore. Disciplina est omniū mē
brorū motus ordinatus: et dispositio decens in omni ha-
bitu et actione. ¶ B Disciplina primo modo sumpta/
idem potest esse quod zelus. de quo in ps̄. lxviij. ⁊ Ioā. ij.
Zelus q̇d sit. Zelꝰ domꝰ tue/comedit me. ⁊ ex̄ de custo. eucha. c. ij. Qui
zelus sic ab Aug. describitur in loco predicto. Bonꝰ zelus
est feruor animi quo mens abiecto timore humano/ꝓ vir
tutis defensione accenditur/⁊ comceditur/q quelibet pra-
ua que viderit corrigere satagit: si nequit tolerat ⁊ gemit.
hoc probatur. vij. q. j. ois qui. ⁊. c. aduersitas. §. hoc etiam.
ꝟ. hinc etiā Augꝰ. ibi. Irascit iustus peccatis palearū ⁊c.
⁊. j. ibi. non clamat. glos. alte: sed intus gemit dicēs. Quia
defecit in dolore vita mea: ⁊ anni mei in gemitibus. ⁊. ꝟ.
hic idem. columba a molestijs querit auolare: sed dilectio
nē non amittit: sed semꝑ gemit. facit. xj. q. iij. qñ. xxiij. q. iiij.
q̇sq̇s. c. recedite. c. quidā. ibi. Cum vero eis per quos eccle
sia regitur: adest salua pace potestas discipline ⁊c. ¶ Ad
Ad zelū que spe- ctent. zelum autem primo videtur pertinere dolor de dei contu
melia. qui est quasi scissura cordis: quam interdū indicat
scissura corporis vel vestis. Iohel. j. de pe. dist. j. §. hoc idē.
ꝟ. hinc etiam. Secūdo tabescentia: que est quū dolor ve
hementior aut diuturnior fuerit. ps̄. cxviij. Super inimi
cos tuos tabescebam. Et idem. ps̄. lxij. zelaui super iniq̇s.
Tertio ira per zelum: que est appetitus vlciscendi dei of-
fensam: que ira est odium cōtra vitium. ps̄. cxxxviij. Non-
ne qui oderunt te dñe oderam. vij. q. j. §. hoc etiam tūc. ꝟ.
hic idē in ps̄. irascit iustus pctis palearū. lxxxvj. dist. odio.
xxij. q. iiij. duo ista. in iudice quū oē signū ire maxime in fe-
rēda sentētia cauēdū est. xj. q. iij. §. si ergo. ꝟ. ira eñ viri. ⁊. c.
illa. ⁊. c. ira. ⁊. c. cū apḋ. Itē ps̄. cxxxviij. Perfecto odio ode
rā illos. Perfectuꝫ odiū est quo inimicos dei vsqꝫ ad dile-
ctionem persequimur: nō habentes pacem cum eis: ꝙ diu
sunt dei inimici. q: ſm Grego. dei se amicum denegat: qui
eius placet inimicis. De isto bono odio loquitur. xxiij. q. v.
non est innocentie. Uel perfectum odium dicitur omniū
perfectorum: quo peccata hominum non homines odio
habentur. vt pre. c. odio. ⁊. c. duo. Ambro. Qui habent ze-
lum dei omnes inimicos putant suos qui sunt hostes dei:
ꝙuis patrem fratrem sororē. de omnibus dicunt. ps̄. pre.
Et inimici facti sunt mihi. De isto zelo. xxiij. q. v. si audie-
ris. ⁊. q. iiij. ꝙ christus. xlv. distin. disciplina. xxiij. q. viij. le-
gi. ⁊. c. petrus. xij. q. j. dilectissimis. Idem. Nemo grauior
hostis omnium/ꝙ qui omnium ledit authorem. Augu.
Unumquēqꝫ christianū zelus domus dei comedit. Non
eñ est magis domꝰ tua/ꝙ illa vbi habes salutē eternā. si
ergo in domo (ne q̇d ꝑuersum fiat) satagis: in domo dñi/
vbi salus est ꝓposita ⁊ requies sine fine non debes pati/
quātū in te est: siq̇d peruersum forte videris. ¶ Notādū
etiam ꝙ non videtur omnino idem esse zelus et ira per
zelum. Bonus zelus est. vt ait glos. Aug. super illud Ioā.
ij. c. zelus domus tue ⁊c. feruor animi ⁊c. vt proxi. ꝟ. disci-
plina. s. Ira vero per zelum est ira iusta. de qua glos. sup
illud Matth. v. Omnis qui irascitur. Iusta ira est mater
discipline. Et super illud Iob. v. Uirum stultum interfi-
cit ira. dicit Greg. Est ira per zelum qua irasci sicut nobis
nostris primis errātibus debemus. de hac ira dicit glos.
super illud Eccl's. vij. Melior est ira risu ⁊c. Hec est ira q̄
vitijs irascimur. Item notandū ꝙ super illud Ezech. iiij.
Sume tibi sartaginem ferream. dicit glos. Grego. Nullū
maius sacrificiū deo est/ꝙ zelus aiarū. dei gloriā in hoc mū
do defendit. Zelus carbo est quē vnꝰ de seraphin accepit
de altari celesti: ⁊ tetigit labia Esa. eiusdē. vj. viij. q. j. i scri
pturis. Nam non sunt digna predicare labia illa verbum
dei: que hic carbo non tetigerit. ps̄. lviij. Mors in labijs
eorū. vbi litera cōmunis hꝫ: gladius in labijs eorū. In la
bijs quorūdam verbū dei/qḋ dicit et esse spūs et vita. de
pe. dist. iiij. si ex bono. mors est. ꝓpter defectum enim zeli
verbum dei ita frigide annūtiant aliqui/ꝙ auditores eo
rū inde potius frigescunt ꝙ accendantur. Grego. Pectꝰ
frigidū verba ignita ꝓferre nō pōt. ꝓpter ignem istum di
ctum est de helia. Eccli. xlviij. Surrexit helias ꝓpheta q̄si
ignis. Prouer. xx. Ois sermo dei ignitꝰ ⁊c. Zach. xij. Po
nā duces iuda sicut caminum ignis in lignis. ¶ C

Ad cor- rectionē faciēdā incitan- tia. Sequitur de his que
possunt incitare ad correctionem faciendam.
¶ Et primo incitare potest frequens admoni-
tio sacre scripture. Matth. xviij. Si peccauerit in te fra

ter tuus: corripe eum inter te et ipsum solum. ij.q.j.si pec-
cauerit. vbi de hoc. xlv. dist. sed illud. vbi de hoc. xxiij.q.iiij.
ita plane. ⁊.c. duo ista. vbi de hoc. ex de iudic. nouit. vbi de
hoc. ex de hereti. cum ex iniuncto. §. ne quisq. vbi de hoc.
Gala. vj. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto:
vos qui spūales estis/instruite hmōi in spū lenitatis. j. ad
Thessalo. iiij. Rogamus vos fratres corripere inquietos.
Prouer. xxiij. Noli subtrahere a prauo disciplinam. Eccli.
vij. Filij tibi sunt erudi illos: et curua illos a pueritia eorū.
Eiusdem. xxx. Tunde latera eius dum infans est: ne forte
induret et nō credat tibi. Ibidem. Doce filiū tuū: ⁊ opera
re in illum: ne in turpitudinem illius offendas. Ephe. vj.
Educate filios vestros in disciplina et correctione dñi. ij.
ad Timoth. iiij. Argue obsecra increpa ⁊c. xlv. dist. c. j. ⁊. c.
cū beatus. ij. ad Timoth. iij. Oīs scriptura diuinitus inspi
rata vtilis est ad docendū: ad arguendum: ad corripien-
dum ⁊c. ps. xcviij. Deus tu propitius fuisti eis et vlciscens
in omnes adinuētiones eorū. vbi dicit expositor. nō odij:
sz pacis est talis vltio qua flagellat pater filiū ne pereat.
necse dñs iudicem exhibet sed amicum. Esa. ix. Zelus dñi
exercituū faciet hoc. dum in virga et verberibus iniquita
tes visitat ⁊ peccata. Apocal. iij. Ego quos amo arguo et
castigo. Amos. iij. Tantūmodo vos cognoui ex oībus co
gnationibus terre: idcirco visitabo sup vos omnes iniqui
tates vestras. de hoc. xlv. distin. quasi per totum. et maxi-
me in pre. c. cum paulus. et. §. salomon. c. licet. c. disciplina
et. c. licet. ij. xxiij. q. iiij. ipsa pietas. c. quid faciet. c. nimium
sunt inquieti. c. displicet. c. qui peccat. c. si ecclesia. v. q. v. nō
omnis. c. non osculat. ex de off. or. licet. c. irrefragabili. ex
de accusa. qualiter. ij. de simo. licet heli. de sta. mo. in singu
lis. ⁊. c. ea que. cum multis. ¶ Secundo incitat ad corre-
ctionem faciendam/exemplū maxime christi. de cuius zelo
habes Matth. xxj. Ioā. ij. Mar. xj. et Luce. xix. ps. lxviij.
Zelus dom⁹ tue comedit me ⁊c. ex de custo. eu. c. ij. j. q. iij.
vendētes. c. saluator. xxiij. q. iiij. qui peccat. lxxxviij. dist. eij-
ciens. xvj. q. vij. et hoc diximus. Esa. lix. Opertus est domi
nus pallio zeli. Canti. ij. En ipse stat post parietem. ad mo
dum scilz zelantis et auscultantis. Exemplum zeli habes
Exod. xxxij. in moyse ⁊ leuitis vindictam sumentibus de
idololatria ppli iudaici. et pre. c. disciplina. dist. xlv. Num.
xxv. in phinee qui occidit filium israelitam coeuntem cum
madianita. de quo dñs ad moysen: Phinees filius eleaza
ri auertit irā meā a filijs israel. quia zelo meo cōtra eos cō
motus est. de hoc. xxiij. q. viij. legi. cum. c. seq. ij. q. vij. §. item
cum balaam. ℣. tunc phinees. ⁊. xxiij. q. iiij. ꝙ christus. Itē
in helia. iiij. Regū. x. qui interfecit prophetas baal: et fecit
descendere ignē super duos quinquagenarios. iiij. Reg.
j. et pre. c. ꝙ christus. Item in matathia. j. Machab. ij. qui
trucidauit iudeum sacrificantem idolis. et pre. c. ꝙ christ⁹.
Item in petro animaduertente in ananiam ⁊ saphyram.
Act. v. xxiij. q. viij. legi. et. c. petrus. Item in paulo occecā-
te Elimam magum. Act. xiij. xlv. distin. §. salomon. de isto
zelo est quarta beatitudo/Beati qui esuriunt et sitiūt iu-
stitiam. ¶ Tertio vtilitas ex correctione prouenies. virga
enī correctionis fructifera est. ps. xxij. Virga tua et bacu-
lus tuus ⁊c. Grego. Virga percutimur. baculo sustenta-
mur. xlv. dist. disciplina. vnde significata est per virgam il
lam. que protulit flores et amygdala. Num. xvij. ¶ Utili
tatem correctionis in multis locis insinuat sacra scriptu-
ra. Prouer. xxvij. Melior est manifesta correctio ꝙ amor
absconditus. et in eodem. Meliora sunt vulnera diligen
tis ꝙ fraudulenta oscula odientis. v. q. v. non omnis. ⁊. c.
nō osculatur. xxiij. q. iiij. nimiū. et. c. xxviij. Qui corripit ho
minem: gratiam postea inueniet apud eum/magis ꝙ qui
per blandimēta lingue decipit. eiusdem. xxix. Virga atq
correctio tribuit sapientiam. Eccles. vij. Melius est a sa-
piente corripi: ꝙ stultorum adulatione decipi. Eccli. xxx.
Qui diligit filium assiduat illi flagella: vt letetur in no-
uissimo suo. facit. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Item in eodem.
Qui docet filium suum: laudabitur in illo. Augu. ad Vin

cētium. Non omnis qui parcit amicus est. nec omnis qui
verberat inimicus. Melius est cū seueritate diligere: ꝙ
cū lenitate decipere. vtilius esurienti panis tollit: si de ci
bo securus iustitiā negligat: ꝙ esurienti panis frangit: vt
iniustitie seductus acquiescat. et qui phreneticum ligat:
et qui lethargicum excitat/ambobus molestus/ambos
amat. hec verba ponuntur in pre. c. nimium. xxiij. q. iiij. et
c. ipsa pietas. ⁊. c. quid faciet. ¶ Item Augu. Quis nos
potest amplius amare ꝙ deus? et tamen nos non solum
docere suauitatem: verum etiā salubriter terrere non ces-
sat. ¶ Quarto damnum proueniens ex defectu correctio
nis. quod in multis scripturis insinuatur. j. Regū. iij. Su
scitabo aduersus heli oīa que locutus sum sup domū ei⁹:
eo ꝙ nouerit indigne agere filios suos: et tamen non cor
ripuit eos. vnde et voce diuina dicitur ei. Honorasti fi-
lios tuos magis ꝙ me. de hoc. xlvij. dist. §. necesse. iij. Re-
gū. j. Adonias eleuabatur. dicens: Ego regnabo. ⁊. j. nec
corripuit eum pater eius aliquando. quem hac occasione
postea salomon frater eius fecit occidi. Unde et gratia-
nus. Hinc etiam dauid erga filios bonitatem non disci-
pline seueritatem exercens/eorū iuuentutē experimento
didicit perniciosam: quorum pueritiam vaga licētia per-
misit esse voluptuosam. Unus quippe eorū sororem suā
stupro corrumpens. ij. Regū. xiij. a fratre eius absolone
scz/inter epulas quas fratribus suis fraudulenter para-
uerat: obtruncatus est. Absolon postꝙ veniam a patre
obtinuit: de regno illum expulit: et ad concubinas eius
ingressus est: demum per inuia deserti patrem persequēs
querat in he[illegible]r. xlvij. distin. pre. §. necesse. Item Prouerb.
xiij. Qui parcit virge: odit filium. qui autem diligit instan
ter erudit. facit. xxiij. q. iiij. displicet. ℣. quare mouetur pa-
ter. Prouer. xxix. Puer qui dimittitur voluntati sue: con-
fundit matrem suam. Eccli. xxij. Confusio patris est de fi-
lio indisciplinato. eiusdem. xlj. De patre impio querun-
tur filij: quoniā propter eum sunt in tormento. ij. q. vij. q̄ri
tur. Esa. xiiij. Preparate filios eius occisioni in iniquita-
te patrum eorum. ¶ D Sequitur de impedimētis cor- Corre
rectionis. Notandum igitur ꝙ octo sunt que solent impe ctione i
dire ne correctio debito modo fiat. ¶ Primum est indi- pedictia
screta humilitas. Augu. loquens prelatis. Quando ne-
cessitas discipline in moribus coercendis dare vos dura
verba compellit: si etiam vos excessisse modum sentitis:
non a vobis exigitur vt a subditis veniam postuleris: ne
apud eos quos oportet esse subiectos: dum nimium ser-
uatur humilitas regendi frangatur authoritas: et tamē
petenda est venia ab omniū domino qui nouit eos quos
plus iusto forte corripitis: quanta beniuolentia diliga-
tis. lxxxvj. di. quādo. vbi no. ꝙ authoritas illa: Vade prius
reconciliari fratri tuo. Matth. v. de prelatis non intelli-
gitur: nisi quando ex odio corrigunt. Item Eccli. xiij. No-
li esse humilis in sapiētia tua. ad Titū. ij. Hec loq̄re et ex-
hortare et argue cum omni imperio. ¶ Scdm est timor
scandali. sed veritas vite doctrine vel iudicij/propter scā
dalū dimittenda non est. ex de reg. iur. q̄ scandalizauerit.
vbi de hoc no. xj. q. iij. inter verba. et vide quod no. ex de
renunti. nisi cum pridem. §. pro graui. ex de no. op. nun. c.
cum ex iniuncto. Item Galat. ij. dicit paulus. Quum ve
nisset petrus antiochiam: in faciē restiti ei quia reprehen
sibilis erat. ij. q. vij. paulus. Matth. xv. quum dicerēt chri
sto. Scis quia pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt.
ipse respondit. Omnis plantatio quā non plantauit pa-
ter meus eradicabitur. sinite eos quia ceci sunt ⁊ duces ce
corum. pre. c. inter verba. ¶ Tertium est timor humanus
vel mūdanus. cōtra quod legitur de helia Eccli. xlv. Non
pertimuit principem. nec superauit eum verbum aliquod
et. iij. Regū. xviij. dixit helias ad achab regem. Non con-
turbo ego israel: sed tu et dom⁹ patris tui. et Ioānes he-
rodem arguebat dicens. Non licet tibi habere vxorem fra
tris tui. Mar. vj. xj. q. iij. vnusquisq. Facile enim a iusti
tia deuiat: qui hominem timet. sic pilatus timore dominū

iesum christum morti adiudicauit. Joan. xix. xi. q. iij. quastio. ⁊. c. quisquis. ¶ Quartum est remissio. de qua exemplum habetur in heli. j. Regũ. ij. qui remisse arguebat filios suos dicens. Quare facitis res huiusmodi quas ego audio. xlvij. dist. §. necesse. Non sic paulus. xliij. dist. ephesis. non moyses. xlv. distin. disciplina. De negligentia maxime in corrigendo prelatorum: que est in eis peccatum mortale. lxxxiij. dist. in pmis. v. c. vsqꝫ ad. §. sicut autẽ. et ex de of. archid. ea q. legitur ⁊ no. ex de of. or. irrefragabili. vbi de hoc legitur et no. in glos. j. ¶ Quintum et sextum sunt austeritas ⁊ indiscretio. contra que duo sunt in arca testamenti cum virga et manna. Heb. ix. In virga correctio. in manna mansuetudo. cõtra austeritatem. xlv. distin. disciplina. cõtra austeritatem dicitur Gala. vj. Uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Contra indiscretionem dicitur Prouerb. xiiij. In ore stulti virga superbie. Faciendum est ergo tẽperamentũ quoddam inter rigorem ⁊ desidiam. vt pre. c. disciplina. ⁊. e. dist. oẽs qui. Et leniter castigatus reuerentiam exhibet castiganti asperitatis autem nimie increpatione nec correctionem recipit: nec salutem. xlv. dist. cum beatus. Item rectorẽ subditis pietas matrẽ: disciplina vero patrem exhibeat. xlv. dist. sed illud. et in. §. seq. hinc etiam. ¶ Septimum est ira vel odium. Prouer. xviij. Spiritũ ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Eccli. xix. Est correctio mendax in ira contumeliosi. videtur esse correctio: quod potius est corruptio vel conuiciatio. xi. q. iij. ira. j. ⁊. c. ira. ij. ⁊. c. illa. et pre. c. quatuor. ¶ In vitis patrum legitur, ꝙ discipulus Macharij ipsum precedens in via, inueniens presbyterũ idolorum: dixit ei. quo vadis demon? quem ipse presbyter percussit vsqꝫ ad mortem. Macharius sequens discipulum: et obuians eidem presbytero: dixit ei. salueris. ex quo verbo conuersus fuit presbyter. vnde Hierony. Uide quid benignitas sermonis: quid austeritas fecerit. Sapiens ecclesiasticus. Eccli. vj. Uerbum dulce multiplicat amicos: et mitigat inimicos. ¶ Octauum est amor terrenorũ. Genes. iiij. dixit cayn. Num custos fratris mei sum ego? de pe. di. j. serpens. Cayn interpretatur possessio. Amator possessionum, custodiã fratrum negligit. cõtra illud. Eccli. xxix. Perde pecuniã propter fratrem. Malus autẽ prelatus dicit verbum cayn: qui magis curat de pecunia ꝙ de anima. ꝓpter quam christus Apocal. j. Ephe. v. mortuus est. Bern. Cadit asina: et est qui subleuet. perit anima: et non est qui adiuuet. Idem. Uenient ante tribunal christi: et audietur populorum querela grauis: et accusatio dura: quorũ vixere stipendijs et non diluerũt peccata. ad hoc. j. q. j. ipsi sacerdotes. iij. q. j. placuit. l. di. siqs diaconus. expressum. ¶ Nonũ est timor detractionis vel appetitus adulationis. Prelati enĩ timentes asperitatem lingue subditorũ: aut falsa blandimenta: ⁊ periculosas adulationes libenter accipientes, ꝑmittũt eos in peccatis iacere. et isti añ tribunal christi accusaturi sunt tales ꝑlatos in die iudicij: vt dicit papa hormisda. l. di. siquis diaconus aut presbyter. ⁊ Hiero. xlv. dist. sꝫ illud. propter easdẽ adulationes iustitia deserit. j. q. j. sunt nonnulli. ¶

Corrigẽdi modus.

Sequitur de modo faciendi correctionem.

Attendẽdum ergo ꝙ correctio procedere debet ex amore. Apoc. iij. Ego quos amo corrigo. arguo ⁊ castigo. xlv. di. licet. j. ⁊. ij. Sed sunt aliqui qui illos maxime corrigunt: quos nõ amant: quorum ab his quibus adhibetur non reputatur correctio: sed hostilis persecutio. Esaie. xj. Egredietur virga de radice iesse. Iesse interpretatur incendium. et debet ex incendio amoris, egredi virga correctionis. ij. Thessa. vlti. cap. Nolite quasi inimicum existimare illum: sed corripite vt fratrem. Quod autem ex amore correctio facienda est: est expressum. xxiij. q. iiij. ira plane. ibi. Et hec omnia cum dilectione corrigendi: non cũ odio persequendi faciat. ⁊. c. nimium. vltra medium ibi. Illi seuientes cupiditate: isti charitate. ⁊. c. ea vindicta. Ea vindicta que valet ad correctionem nõ prohibetur. ⁊. j. Sed huic vindicte inferende non est idoneus: nisi qui odium quo flagrare homines solent: qui se vindicare desiderãt: dilectione et mãsuetudine superauerint. ⁊. j. Quem enim diligit dominus: corrigit: flagellat autem omnem filium quẽ recipit. Prouer. iij. ⁊ Hebre. xij. ⁊. j. Animaduertẽtes eos non amare correctionem: sed odio desiderare vindictam. Item correctio debet fieri cum compassione. Aug. Duo ista nomina quũ dicimus, homo, peccator: nõ vtiqꝫ frustra dicuntur: quia peccator est corripe: et quia homo, miserere: nec omnino liberabis hominem: nisi quũ persecutus fueris peccatorem. xxiij. q. iiij. duo ista. ps. cxl. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me. sicut dicit glos. super illud Matth. v. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. iustitie lumen est misericordia. Jacobi. ij. Iustitia sine misericordia, cecus furor. zelus absqꝫ misericordia est vt cecus sagittarius qui intendens occidere feram: occidit hominem: sicut lamech: qui intendens sagittare ferã: sagittauit Cayn. Gen. iiij. xxxj. q. j. quomodo. ignis zeli ardere. xlv. distin. disciplina. debet in oleo misericordie. Grego. super Ezech. Zeli sacri districtio de virtute misericordie necesse est vt ardeat. ad hoc. xlv. distin. disciplina. Ideo necesse est eũ qui alios habet corrigere: iugiter meditari in seipso ꝓpriam infirmitatem: vt sciat quid alij portare possunt. l. distin. considerandum nobis est. viij. q. j. demens. Contra quod aliqui prelati faciunt. xxvj. q. vij. alligant. ps. ix. Sciant gentes quoniam homines sunt. Gal. vj. Considerans temetipsum: ne et tu tẽteris. Ecclesiastici. xxxj. Intellige que sunt proximi tui ex teipso. Grego. Omnipotens deus idcirco principem apostolorum permisit cadere: vt in culpa sua disceret qualiter alijs misereri debuisset. vt pre. c. considerandum. Et de christo legitur Esaie. liij. Uirum dolorum et scientem infirmitatem. ad Hebre. iiij. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tẽtatum autem per omnia ꝓ similitudine absqꝫ peccato. qui non didicit pati disciplinã nescit eam in alijs. ar. j. c. cõsiderandum. exercere. ¶ Quidam religiosi habentes abbatem torrorem crudelissimũ inexpertem discipline: quam volebat in alios exercere: coegerunt eum sedere per mensem inter fratres: et gerere se tãꝙ simplicem fratrem: quem quotidie perclamantes et egregie verberantes: tandem restituerunt eum sedi sue: dicentes. Ecce per mensem fuisti in scholis discipline: et non solum audisti doctrinam discipline: sed etiam sensisti. non erat mirum si nesciebas quod non didiceras sis memor eorum que didicisti: alioquin rememorationẽ faciemus tibi. vbi Heb. iiij. Esa. liij. Eius qui didicit ex his que passus est disciplinã. Unde dicit sapiens. Ecclesiastici. xxxiiij. sententialiter. Inexpertus q̇d nouit? et Greg. ix. Cum in magistrum sumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit: nec sit preficiendus qui preesse non nouit. ex de elec. cum in magistrum. facit. lxj. distin. miserũ xvj. q. j. si clericatus. Sunt multi qui alios dure volunt corrigere: se tamen nolentes corrigi. Contra quos Bern. super illo verbo. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Matth. v. Sunt multi qui zelũ iustitie videntur habere sed si verũ haberẽt zelũ se festinarẽt corrigere et correctionẽ recipere: sed qr hoc nolũt verũ zelũ nõ habẽt. Cõtra tales dicit dñs Mat. vij. et Luce. vj. Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo: ⁊ tunc perspicies vt educas festucã de oculo fratris tui. Inter alia signa que ponit Aug. quo modo cognoscatur hypocrita est vnum: quia hypocrite faciles sunt ad reprehendendũ: vt videantur habere zelũ. Talium qui nolunt corrigi: est ille qui dicitur. Noli me tangere. tales a solo deo sunt curabiles: quũ omnem humanum tactũ fugiunt. ꝓ qb' dicitur a dño in ps. lxxxij. Imple facies eorũ ignominia: ⁊ querent nomẽ tuũ dñe. Supbi et pestilentes nolunt corrigi. Prouerb. xv. Non amat pestilens qui se corripit. et Sap. ij. Dixerunt impij non recte cogi-

tantes &c.et.j. Improperat nobis peccata legis: et diffamat in nobis peccata discipline. Prouerb.xv. Qui increpationes odit morietur. Incorrigibilis characterẽ habet bestie.i. diaboli/ qui est incorrigibilis. Apocal.xix. Unde iudeis incorrigibilibus ait dñs Joan.viij. Vos ex patre diabolo estis.⁊ talis incorrigibilis a domino maledicit Deuterono.xxviij. Sit celum quod supra te est eneum: et terra quã calcas ferrea. Tũc ergo fit celum eneũ: quando orãs nõ habet deuotionẽ.terra fit ferrea qñ ceci ducunt et obstinatis nullũ fructũ affert impatiẽtia. Luce.xviij. Esa.xlviij. Scio q: durus es tu:⁊ neruus ferreus ceruix tua: et frons tua enea. verbũ corrigentis. Esa.xlv. Audite me duro corde. Prouer.xviij. Peccator quũ in profundum malorũ venerit: cõtẽnit/scz correctionem.xvij. dist.nec licuit. vbi ponũtur hec verba. Et sequit ibi. Ira obstinati et contumaces extiterunt vt doceri non velint.⁊ ex̃ de iudic. cũ nõ ab homine.ps̃.xciiij. Nolite obdurare corda vestra. ¶ Itẽ correctio debet fieri cũ mansuetudine.ps̃.lxxxix. Superuenit mansuetudo ⁊ corripiemur. Seneca. Vitium animi sicut vitia corporis leniter tractãda sunt. Ambro.sup Lucã. Plus proficit amica correctio: q̃ accusatio turbulenta.illa pudorẽ incutit: hec indignationẽ mouet. Gal.vj. Vos qui spũales estis: instruite hmõi in spũ lenitatis.l.dist.põderet.faciũt sepe all.c.xlv.dist.licet.j.⁊.ij.⁊.c.disciplina. zelus sedet in fornace vel iuxta fornacem.scz vim irascibilẽ. vnde de facili emicant scintille ire: quib⁹ turbatur oculus mẽtis.ps̃.xxx. Cõturbatus est in ira oculus (.i.ratio) me⁹ et illud Cato. Impedit ira animũ ne possit cernere verũ. Et sup illud Job.v. Virũ stultum interficit iracundia. dicit Grego. Ira per zelũ turbat. Ipse nãq; zelus rectitudinis dũ aciem mentis agitat: turbat. Ideo sancti viri impetum ire sentientes/supersedent correctioni donec ira cessauerit: et tranquillitas in mente facta sit: imitari volentes illum cui dicit. Sap.xij. Tu dñator virtutis cum tranquillitate iudicas. Aug⁹. Non cõcupiscit deus reorũ vindictam tãq̃ saturari desiderans: sed quod iustum est cum trãquillitate discernit: ⁊ recta voluntate disponit: vt etiaz mali sint inordinati. Grego. Ira dei non est vt hois pturbatio cõcitati animi: sed tranquilla iusti iudicij cõstitutio. de pe.dist.iij.productior.neq; em̃ deus hoibus: sed vitijs irascitur.dicit Hiero.de pe.dist.j.q̃obrem. Jaco.j. Ira viri iustitiam dei non operatur.vj.q.iij.ira.j.⁊.ij.cũ.c.seq. Diogenes philosophus quũ esset iratus seruo suo ait: Iam te nisi essem iratus verberib⁹ enecassem. xj.q.iij.cũ apud. Cassianus in.viij.li.de spiritu ire ait. Ira em̃ in nr̃is cordibus insidente: et oculum mentis nostris tenebris excecante: nec iudicium recte discretionis acquirere: nec cõtẽplationis intuitum: nec maturitatem cõsilij possidere: nec vite participes: nec iustitie tenaces: sed nec spũalis quidez ac materia luminis capaces poterimus existere: q: turbatus est inq̃t ps̃.xxx.pre ira oculus scilz ipsa mens. ⁊ Eccl̃s vij. Ira in corde insipientiũ requiescit.et ira q̃ pdidit prudentes.⁊ vir iracũdus inhonestus est.⁊ iracũdia agit sine cõsilio.⁊ Prouer.xxix.ƀm aliam translationem.sz sentẽtia vna. Prouer.xxvj. Homo iracũdus suscitat rixas. eiusdẽ.xxix. Vir iracũdus prouocat rixas.et Eccli.xxviij. Homo iracũdus incẽdit litem. Vir autẽ iracũdus effodit peccata. In oĩbus aũt iracundis non exilit scintilla de fornace vis irascibilis: sed flamma totum vorans.⁊ qđ zelo sctõ ceperint: furore ɔsumunt. In eis opus sanctũ quod zelus sanctus tenebat: ira rapit et sibi vendicat. scintilla vero ire: etsi aliquid turbationis oculo mentis ingerat: non tamẽ opus sciẽtie zelo inceptum sibi vendicat. Grego. Illa prepositorũ solicitudo est vtilis.illa est cautela laudabilis/in qua totum ratio agit: et furor sibi nihil vendicat. Restringenda est sub ratione potestas. nec est q̇d agendũ prius q̃ cõcitata ad trãquillitatẽ mens redeat. Nã cõmotionis tpe iustũ putat esse oẽ quod fecerit.xj.q.iij.illa. Simile inuenitur in viro/q̇ ex iustitia reddere vult debitũ vxori: cui⁹ opi dupliciter se põt ingerere voluptas. Vel sic vt opus iustitie non auferat: vel ita vt in totũ sibi rapiat/vt scilz solo voluptatis amore cõsumetur. Gala.iij. Sic stulti estis: vt cũ spiritu ceperitis: nunc carne cõsumemini. Hiero. Adulter est in suam vxorẽ amator ardentior.xxxij.q.iiij. origo. et vide.xxxiij.q.v.c.j.⁊.xiij.dist.nerui.in fi. Simile accidit in illo qui ex charitate vult dare eleemosynam: cui vana gloria dupliciter se potest ingerere.aut per modum titillationis vel tẽtationis: aut per modum cõsensus deliberati.de qua incipit quis tabescere et cõtabescere/exinaniri et inflari.et se hoibus appetit innotescere: non dei gloriam querens: sed suam vt ab hoibus videatur.ƀm Aug. in sermone de cõfessore non pontifice. Prima periculosa non est: q: omne bonum opus gloriam secum portat/⁊ letitiam: que non homini: sed deo assignanda est: vt de⁹ glorificetur: et proximus vt edificetur. Matth.v. Luceat lux vestra &c. Secunda periculosa.de qua legit et no.j.q.j.vide.in glos.j. Simile etiam accidit in eo qui ex deuotione inchoat iter hierosolymitanum: ⁊ intrat in cor eius cogitatio de negotiatiõe ibi exercẽda. que cogitatio dupliciter se potest ingerere vt pˀus/et tunc piculosa: vel vt posterius et tunc non: quia principalis est intentio attendẽda/ƀm Aug.in primo sermone.et ar.xxiij.q.v. de occidendis. ¶ Item correctio occulte et secreto facienda est/si occulta sit culpa. Matth.xviij.si peccauerit in te &c.ij.q.j. si peccauerit: ⁊ ex̃ de iudic. nouit. vbi de hoc.⁊ ex̃ de here. cũ ex iniuncto.§.nec quisq̃.vbi de hoc. Si vero culpa sit manifesta: manifeste facienda est.j.ad Timoth.v. Peccãtes corã omnibus argue: vt ceteri timorem habeant.xlv.di. sed illud Isido. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purgãda. q̇ palã nocent: palam corrigantur: vt dũ aperta obiurgatione sanantur: hi qui imitando eos deliquerunt corrigantur. dum vnus corripitur plurimi emendantur: necesse est: vt pro multorum saluatione vnus condẽnetur: q̃ per vnius licentiam multi periclitentur. Aug. Ira erga delinquentem sermo est proferendus: sicut eius qui corripitur expostulat salus. de hoc legitur et no.ex̃ de pe.⁊ re.c.j. ¶ Item in correctione attendendus est stat⁹ personarum que corriguntur: quia non sanat oculum: qđ sanat calcaneum.ad hoc op.ar.eorum que leguntur ⁊ no. xxiiij.q.j.qui cõtra.xl.dist.homo christianus.ex̃ de iureiur. quidam medicus imperitus vno collyrio omniũ oculos vult curare.xxix.dist.sciendum. Seneca. Cum veteranis parcius est agendum.j.ad Timoth.iiij. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem.⁊.lxxxvj. distin. tanta ibi.canis tuis parcimus.quod qualiter intelligendum sit habetur.ij.q.vij.paulus. ¶ In correctione etiam seruanda est modestia.tenendum enim est medium inter remissionem et discretũ zelũ.ij.ad Timoth.ij. Seruũ dñi oportet esse patientem: cum modestia corripientem.de hoc satis.s̃.maxime.xlv.dist.q̃si p totũ. Qui nõ possunt benignitate corrigi: terrore sunt corrigendi.optime facit.xxix.dist. sciendũ.l.dist.vt cõstitueret.ibi. Cogũt em̃ multas inuenire medicinas/multorum experimenta morborum.⁊ ex̃ de vi.⁊ ho.cleric.vt clericorũ.ibi.vt quos diuinus timor a malo non reuocat: tẽporalis saltẽ pena cohibeat a peccato. vbi de hoc plures sunt concordantie. Aug.ad bonifaciũ. Quidam dixit pudore et libertate liberos retinere satius esse credo/q̃ metu. Et subdit Aug⁹. Hoc quidem verũ est. Sed sicut meliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor. Roboã fili⁹ Salomonis/credens consilio iuniorũ/terrens pplm et cõminationibus vrens decem tribus perdidit. iij. Regũ.xij.vij.q.j.deniq;. Isidorus. Qui blãdo verbo castigatus non corrigit: alicui⁹ acrius necesse est vt arguat. Cũ dolore em̃ abscindenda sunt q̃ leniter sanari nõ pñt. Syrici⁹ papa. Ferro necesse est vt abscindantur vulnera: que fomentorũ non senserint medicinam.lxxxij.dist.plurimos.in fi. Idẽ dicit Symmachus.xvj.q.j.in canonibus. Bern.super Canti. Zelum inquit tm̃ inflammet charitas: informet sciẽtia: firmet cõstantia: sit feruidus: sit circumspectus: sit inuictus. Idem

Correctio q̃na pacto sit exercenda.

quasi amēs. ⁊ stupidus circumuagatur. Melius nāq; est manere in domo ⁊ vacare orationibus: ꝙ si putet honorare festiuitates: et cum inimicis confideat. facit optime qd̓ legitur ⁊ no. xxiiii. q. i. odi. in glo. ar. contra. ¶ Itē Nilus. Fuge cōfabulationes mulierū si castus esse volueris: ⁊ ne tribuas eis fiduciam aliquando audere in tuis conspectibus comparere. Religionem in initiis aut habent aut simulant: postea audebunt oia procaciter. Prima cōfabulatione obtutum hn̄t deorsum: loquuntur mitius: ⁊ compatiendo lachrymas fundunt: habitum preferunt honestatis: ⁊ ingemiscūt amariter. sciscitant̄ de pudicitia: ⁊ cum deuotione auscultāt. Scd̓o iuisti ⁊ vidisti: ⁊ pusillo innuunt. Rursum tertio: ⁊ incendunt procaciter. Subrisisti: ⁊ ille ꝓfuse risere. Exornantur deinde ⁊ euidēter se tibi ostendunt. obtutum componunt vt annuntient passionem. supercilia extendunt ⁊ palpebras subuertunt. denudant ceruices. ⁊ toto corpore franguntur. verba loquuntur quibus passio emollitur: ⁊ loquelā studēt seductionis, vt auditum permulceant. ⁊ in oibus his aiam tuam inpugnant. Hec autem efficiuntur tibi hami inescantes ad mortem: ⁊ velut nebula multimoda trahēs in perditionem. Non te decipiant verbis cum modestia abutentes. Absconsum namq; in eis est venenum bestiarꝫ nequissimum. Magis appropinqua igni ardenti ꝙ mulieri nouelle: quūz ipe maxime sis iuuenis. Igni namq; accedēs quum dolueris cito exilies. mulieris vero sermonibꝰ emollitus, non facile valebis abscedere. Germinat herba que secus aquam cōstiterit: ⁊ passio libidinis in cōfabulatione mulieris. Fluctus maris cōminatur periculum. forma mulieris parturit perniciēz. Forme pulchritudo peius ꝙ procella. cōsurgunt procelle: sed quidē ob vite desideriū inter eas possumus tranare. species autem mulieris si semel deceperit: etiam ipsam vitam contemnere facit. Exo. iii. Rubus solitudinis flammā ignis effugit illesus. ⁊ pudicus remotus a mulieribus non est inflammatus libidinis vitio. Sicut ignis memoria non comburit mentem: sic nec passio preualet si non fuerit p̄sens materia. Si misertus fueris hostis erit tibi inimicus. Seneca. Caue tibi de inimico recōciliato. Et si pepceris passiōi: insurget super te libidinosa illecebra. Ad voluptatem pertrahit facies mulieris impudice. castum vero cōmouet ad glorificationem dei. Si quieuerit passio in confabulationibus mulierū: ne credideris ei quasi impassibilitatem tibi promittat. Nam canis qn̄ cōmouerit caudam: cōgaudet. siquidē si capiat̄ a turba. foris autem progrediēs ꝓpriam ostēdit nequitiā. Qn̄ mulieris memoria impassibilis efficitur: ⁊ phantasia eius nō cōmouet passionem: tunc existimato fines conscendere castitatis. qn̄ aūt figmentū eius te ad contemplationem suscitat: ⁊ membra eius pōt comparare virtutibus: tunc cōfide in natura esse virtutis. Sed nec sic velis remorari in eius cogitationibus. neq; multū voluas in mente tua formā mulieris. est enim passio que facile in aliud transfert̄. ⁊ periculum hꝫ in proximo. ⁊ res de facili ad suam naturā reuertit̄. ff. de pac. si vnꝰ. ar. xxxv. di. ab exordio. Natura castissima corrumpitur: si diutius phantasie mulierū in animo immorentur. In paleis si retardet ignis: excitat flammam. sic memoria mulieris succendit cōcupiscentiam. hucusq; Nilus. ¶ Itez Io. cassianus in. vi. li. de spiritu fornicationis ait. Humani generis conditor opificii sui naturā pre omnibus emendationēq; cognoscens, illic curam adhibuit medicine vnde causas morbi principaliter nouerat emanare: inquiens. Mat. v. Qui viderit mulierem ad cōcupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. xxxii. q. v. qui viderit. Petulātes oculos notans, nō tam eos arguit ꝙ illū interiorē sensum qui officio eorum male vtitur ad videndum. ¶ Super verbo aūt illo decalogi, Nō mechaberis ⁊c̄. dicit Augu. Non mechaberis. id est non ibis ad aliquam aliaz preter vxorem tuam. Tobie. iiii. Attende tibi fili ab omni fornicatione: ⁊ preter vxorem tuam nunꝙ patiaris crimen scire. Tu enim hoc exigis ab vxore: ⁊ non vis hoc reddere vxori: quū debeas in v̓tute p̄cedere vxorē. xxxii. q. v. nō mechaberis. ⁊ q. vi. nō mechaberiꝫ. Turpe est aūt vt vir dicat nō posse fieri qd̓ femina facit. vir nō pōt. Noli aūt dicere, vxorē nō habeo. ad meretricē pgo. nec hoc p̄ceptū violo quo dicitur, non mechaberis. Iam em̄ nosti preciū tuum. iam nosti quid māduces: qd̓ bibas. imo quē māduces quē bibas. Abstine ergo te a fornicationibus. Quum em̄ imaginem dei quod es tu corrumpis per fornicatiōes ⁊ defluētias libidinis: ipse etiā dominus q̇ scit quid tibi vtile sit, hoc precipit: ne per illicitas voluptates corruat templuꝫ eius quod esse cepisti. ad hec. xxxiiii. di. audite charissimi. q̄ est palea. de pe. di. i. agite. xxxii. q. iiii. meretrices. Itē Hieronỹ. sup p̄dicto verbo, Qui viderit mulierem ⁊c̄. Inter passionem ⁊ ꝓpassionem hoc interest: ꝙ passio reputat̄ pro vitio. ꝓpassio licet vitii culpam habeat: nō tn̄ erit in crimine. Ergo qui viderit mulierem ⁊ aia eius fuerit titillata: hic ꝓpassione ꝑcussus est. Si ergo consenserit: de ꝓpassione transiuit ad passionem. ⁊ huic non voluntas peccandi deest: sed occasio. Quicumq; ergo viderit ad concupiscendum: si sic aspexit vt concupiscat ⁊ facere disponat: iste recte mechatus dicitur in corde suo. ¶ Itē Aug. Nam tria sunt quibus impletur peccatuꝫ. di. vi. in palea. sed pensandum. de pe. di. ii. sicut tribus. scꝫ suggestio: que per memoriam fit siue per corporis sensus. Que si frui delectauerit: delectatio illicita refrenāda est. Si autem cōsensio facta fuerit: plenum peccatum erit. Uerum tamen delectatio ante consuetudinem vel nulla est vel tenuis: cui consentire peccatum est. Si autem ⁊ in factum processerit: videtur satiari ⁊ extingui cupiditas. Sed postea quū suggestio repetitur: maior attenditur delectatio. que adhuc minor est ꝙ illa que in cōsuetudinē vertitur. quā vincere difficile est. Adde hic q̄ scripsi ⁊ additionaui. s̄. in. ii. parte. in. iii. c. Hiere. in lra Ayn. in verbo Oculus meus. in ar. vi. ⁊ in ar. lii. §. septimꝰ. in prin. Grego. in. xxi. moral. Quisquis vero incaute exterius respicit: plurimum in delectatione peccati cadit: atq; obligatus desideriis incipit velle quod noluit. Ualde namq; caro deorsum trahit. ex. de renun. c. i. ⁊ semel species forme cordi p oculos illigata, vix magni luctaminis manu soluitur. Prouidendum ergo nobis est. q: intueri nō debet qd̓ nō licet concupisci. Ut em̄ munda mens in cogitatione seruet̄: a lasciuia voluptatis sue deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. De aspectu mulierum. i. e. ar. ib. est etiam religiosis. ⁊ ibi etiam sequitur de collocutiōe mulierum. ¶ Itē ibi Chryso. Si ergo velis continue pulchris faciebus oculos infigere: capieris omnino: etsi bis vel ter forsan possis continere. non em̄ es extra humanam naturā. Qui autem flammam semel accendit visa muliere, etiā ea absente format apud se imagines turpium actionum: a quibus multoties proceditur ad opus. Que si aliqua se ornando oculos hoim ad se attraxerit etiam si nulli plagam intulerit: penam patietur extremam. q: nocere temptauit. de pe. di. i. in prin. in ll. ibi canonizatis. ⁊ causam mali dedit quātū in se fuit. ex. de homic. de cetero. vbi de hoc. ⁊ de iniuriis. c. si. Uenenum enim confecit: etsi nullus q̄ bibat inuentus est. Quod autem viris dicit: hoc ⁊ ad feminas loquitur. i. viro. xxxii. q. v. cum caput. capiti enim loquens ⁊ corpori persuadet. Item Io. cassianus in. vi. li. de spiritu fornicationis. Purgationis fornicationis prima est custodia, vt memoriā sexus feminei ꝙcitissime de cordis nostri recessibus extrudere festinemꝰ. ne talis memoria morosa precipitet mentem: ⁊ cogitationes noxias possit inserere. ¶ Itē Ioā. Climacꝰ in. xv. gradu de castitate ait. Quidam monachi plerumq; degentes cum femina ex hoc in concupiscentia omnino non impugnantur: nec in temptationem inducuntur cogitationum. qua ex re beatificauerunt seipsos miserabiles. ignorātes quia vbi maior interitus, ibi opus minoris custodie non exist̄. Nam propterea hostis callidus eos tunc nō impugnat: vt fidu

tiam ⁊ libertatem cum mulieribus conuersandi accipien
tes turpius corruant. Item idem ibidem. Vidi deliciãtes
⁊ cõuiuantes: ⁊ ad tempus non statim inquinatos. Vidi
quoq cum mulieribus comedentes ⁊ cõmorãtes: ⁊ nullã
tunc ad presens meditationem aut intẽtionem malignã
habentes vel cogitantes. Hinc quidẽ igitur ipsi seducti/
cõfidentes ⁊ pariter suiipsorum curam ⁊ vigilãtiã exuen
tes/ quando putabant pacem habere: ⁊ in suis cellis secu
ritatem ⁊ quietem certam possidere: sunt passi extermini
um ⁊ interitum repentinum. Idem in eodem. Quidã pa
trũ expertus dolum demonis narrauit, qm̃ plerumq de
mon fornicationis perfecte se subtrahit: ⁊ summã religio
sitatem reuerentiam ⁊ honestatẽ monacho/ ⁊ ẽm tẽpus
lachrymarũ fontem submittit ⁊ ingerit. Quũ vero ei sug
gesserit cum mulieribus familiariter loqui ⁊ residere: et
admonere eas ad castitatis honestatem ⁊ continentiam
⁊ memoriam mortis ⁊ eterni iudicij: vt propter sermonẽ
⁊ fictam religiositatem preoccurrãt lupo miserabiles sine
pastori: ⁊ de cetero consuetudine ⁊ familiaritate contra
cta ⁊ securitate ⁊ confidentia facta tunc lapsum ⁊ ruinã
miserrimus ipse sustineat. Fugientes fugiamus: vt fructũ
non videamus nec audeamus de quo nunq gustare or
dinati ⁊ cõstituti sumus. Miror em̃ si dauid propheta. ij.
Re. xi. de pe. di. i. §. ex his itaq. §. dicendũ quoq. ⁊ de pe.
di. ij. §. opponitur vrias. §. vnde quid. §. ⁊ tñ nosipsos for
tiores reputamus. quod nature impossibile est. hucusq
Ioã. Cli. ¶ Dixit Abraam discipulus abbatis. Sisoy ad
eum. Pater senuisti. eamus parum iuxta mundum. Dixit
ei sisoy. Vbi non est mulier illo eamus. Dixit ei abraas. Et
vbi est locus qui non habeat mulierem: nisi forte in solitu
dine? Dixit ei senex. Ergo in solitudinem me tolle. ¶ Cui
dam seni seruiebat quidam frater ⁊ quedam virgo. acci
dit vna die q vterq sibi ad senem venientes occurrerunt
in via. Quumq sero facto ad sua remeare nõ possent: im
prudenter egit: ⁊ causam crimini prestitit. lxxxiij. di. error.
facit quod legit ⁊ no. ex̃ de iude. ita. ⁊ i glos. ar. posuit mat
tam senior inter vtrosq vt dormirent. Frater ille carnis
sue pugnam non ferens/ miserandã virginem stuprauit.
quod peccatum ex occasione perpetratum est. ex̃ de eo q cõ
gno. consan. vxo. veniens. ij. ibi. Et qñ se opportunitas in
gerebat cognoscebat vtramq. ¶ Quidã senex egrotãs
videns laborem fratrum sibi seruientium: dimisso deser
to iuit in Egyptũ. cui tñ dixit abbas Moyses q nõ iret:
q: in fornicationẽ caderet. cui senex cõtristatus ait. Mor
tuum est corpus meum: ⁊ tu mihi ista dicis? Quum ergo
abijsset in Egyptum: virgo quedam fidelis obtulit se in
eius obsequiũ. Et post aliquãtulũ temporis quum pau
lulũ cõualuisset: incurrit in eam. ⁊ cõcepit. Et interroga
ta a vicinis a quo: dixit q a sene. Illis vero nõ credẽtibus/
dixit senex. ego h feci. Sancta verecũdia ⁊ cõfessio. de pe.
di. iij. ille rex. ⁊ distin. i. quẽ peniret. sꝫ custodite mihi infan
tulũ quem pepererit. Ablactatum autem eum tulit senex
in humeris suis. ⁊ die q erat festiuitas in scythia itrauit
ad multitudinem fratrũ. Illi aũt videntes fleuerũt. ⁊ di
xit senex. Videtis infantem hunc: filius est inobedientie.
Cauete ergo vos. q: in senectute hoc feci. ⁊ orate pro me
Quia iste sibi non pepercit: deus sibi pepercit. ignouit ei
christus: q: etiam ipse peccatum suum publice agnouit.
de pe. di. i. veritas. cum. §. pre. quecũq. al's sunt. §. sub. c. qs
aliqñ. Vbi etiam dicitur per Aug. in persona peccatoris.
Tu ne punias q: ego punio. Et ignosce q: ego cognosco.
pergens ad cellam suam ad initium prime conuersionis
sue reuersus est. ¶ Item quidam frater iter faciens secũ
suam matrem habebat iam vetulam. qui quum venissent
ad quemdam fluuium: non poterat illa transire. ⁊ tulit fi
lius suus frater ille pallium suum: ⁊ inuoluit manus suas
ne aliquo modo tangeret corpus eius. ⁊ ita portãs eam
transiuit fluuium. Dixit autem mater ei. vt quid operuisti
manus tuas fili? Respõdit. Quia corpus mulieris ignis
est. xxxij. dist. hospitiolũ. cum. c. sequenti. Hiero. Quid ar
denti corpusculo oleum adijcimus: facit. xxxiij. q. iiij. vir cũ
propria. ibi. Qui in igne positus nescit ardere. ¶ Greg.
in. iiij. li. dialogorũ. ⁊ est. xxxij. di. presbyter. Quidam gre
cus presbyteram suam a tempore accepti sacri ordinis vt
sororem diligebat. sed quasi hostem cauebat. ⁊ ad se nun
q pꝛopius accedere sinebat. Tandem ad extrema dedu
ctus est post longam etatem. Quẽ quum presbytera sua
conspiceret si quod ei adhuc vitale spiramen inesset. nari
bus eius apposita curauit aure cognoscere. Quod ille sen
tiens quantum a visu potuit/ se recolligens ait. Recede
a me mulier. adhuc igniculus viget. paleã tolle. Ad quẽ
statim apostoli Petrus ⁊ Paulus venerũt. quos vidẽs
ait. Ecce venio. gratias ago. ⁊ inter hec verba aĩam reddi
dit. Grego. iij. libro dialogorum sic ait. Quid diuina mi
sericordia circa Andreã Fundane ciuitatis episcopũ fece
rit: quatenus legentes vt videant exhortor. qui corpus
suum continentie dedicant: habitare cum feminis non p
sumant. ne ruina menti tanto magis repentina subrepat:
quãto plus ad hoc quod male concupiscitur in presentia
concupite forme famulatur. Hic nempe vir venerabilis
plenus virtutibus quamdam sanctimonialem certus de
sua eiusq continentia secum habitare permisit. Ex qua
re actum est vt antiquus hostis apud eum aditum tenta
tionis inueniret. Nam cepit speciem illius oculis mentis
imprimere: vt illectus nefanda cogitaret. Nam ⁊ vnus ma
lignus spiritus animam eius per speciem illius sanctimo
nialis in tentationem carnis commouit. adeo vt in tergũ
illius sanctimonialis episcopus blãdiens alapam daret.
Quam tentationem episcopus per quemdam iudeum q
hoc audierat in conuentu demonum/ sciens: ⁊ orationi
se dans: non solum illam sed omnem quoq feminam de
suo habitaculo expulit. atq omni illa tentatione funditus
caruit. xxxij. di. hospitiolum. ¶ Item in vitis patrum legi
tur q quidam frater multum tentabatur de quadam pul
chra muliere nupta: quam viderat in seculo. que tandem
mortua fuit. quod ille frater audiens iuit de nocte ad se
pulcrum eius: ⁊ fodiens extraxit de putredine corporis eius:
⁊ portauit in cellam. ⁊ ponẽs frequẽter ante se ⁊ os suum/
dicebat sibi. Ecce quod desiderabas. satiare ex eo. ⁊ sic fa
ciebat donec satietate fetoris morerẽtur cõcupiscẽtie eius.
bonus medicus fetore fetorẽ expellẽs. ar. ex̃ de re. iur. ois res.
Item dixit senex. Cum muliere non comedas: etiam si
sit mater vel soror: que pugnam augent. ¶ Item Ioan.
cas. in coll. Serapionis de octo vitijs ait. Puritati studẽ
tibus plurimũ confert vt carnaliũ passionum ipsas mate
rias sibi primitus et penitus subtrahant: quibus potest
vel occasio vel recordatio earũdem passionum egrotan
tium adhuc aĩe generari. Necesse est enim vt morbo du
plici duplex adhibeatur curatio. Nam corpori (ne carna
lis concupiscẽtia in effectũ tentet prorũpere) necessario
effigies et materia illiciens subtrahenda est. et anime ni
hilominus ne eam contagionẽ concipiat/ attentio et me
ditatio scripturarũ et solicitudo peruigil ac remotio so
litudinis vtiliter apponenda. ¶ Item Ioan. cass. in coll.
Sereni de mobilitate aĩe dicit de abbate Paulo/ q quum
ad visitandum quẽdam fratrem eunti mulier occurrisset
offensus occursu eius tanta fuga ad monasterium est re
uersus/ pretermisso quod arripuerat visitationis officio
quanta nullus a facie leonis aufugeret. quod licꝫ castita
tis et puritatis ardore fecisset: tamen quia nõ habuit sciẽ
tiam (non enim solã familiaritatẽ que vere est noxia fe
minarum: sed ipsam quoq figuram sexus illius credidit
execrandam) tali confestim correptione percussus est: vt
eius vniuersum corpus paralysis valetudine solueretur.
Dicitur paralysis a para quod est dis et lysis quod est so
lutio quasi corporis dissolutio. Est autem paralysis lesio
partis cum priuatione siue diminutione sensus vel motus
vel vtriusq. Eo autem redactus est: vt infirmitati eius nul
lo modo virorum diligentia deseruire sufficeret: nisi sola
ci in quodam cenobio virginum per annos fere quatuor

idest vsq̃ ad vite sue terminum muliebris sedulitas ministrasset. a quo tamen tanta virtutum gratia procedebat vt quum de oleo quod cadauer suum potius q̃ corp⁹ contigisset vngerentur infirmi: confestim cunctis valitudinibus curarentur. ¶ Item in vitis patrum quidam frater in templo idolorum vidit sathanam sedentē et omnē militiam adstantem ei. et quum multi spiritus narrarent ei mala que fecerant: ⁊ hec ei pauca et parua viderentur ei: iussit eos flagellari . Alius vero demon adueniens adorauit et ait. In cremo fui.xl.annis impugnās quemdam monachum: ⁊ hac nocte preualui vt facerem euȝ fornicari. Quod diabolus audiens/ surgens osculatus est eum. ⁊ tollēs coronam quam in suo habebat capite: fecit eum sedere prope se coronans eum illa corona dicēs. Magnā rem fortiter egisti. Et propter hoc ille frater fact⁹ est monachus. ¶ Item narrat Ioan.cass. in dicta coll. Sereni ꝙ quum[1] quidā ex fratribus in quodam antro quadam nocte mansisset: cepit subito cateruas demonum intueri. inter quas vnus magnitudine cunctis procerior: ⁊ vultu terribilior aduenit. qui vniuscuiusq̃ actus cepit discutere. ⁊ eos qui eorum emulos homines necdum potuissent circūuenire/ velut pro mercede a conspectu suo iubebat expelli. illos vero qui nuntiabāt sibimet cōsignatos decepisse/ summis laudibus attollebat. In quorū numero quum quidam nequissimus spūs terior aduenisset: asseruit quemdam monachum post.xv.annos quibus cū iugiter obsedisset: ipsa nocte ruina fornicationis turpiter elisisse. super quo magnis preconijs a principe tenebrarum coronatus abscessit. Frater autem visionem videns/ accedēs ad locum vbi ille habitabat monachus: inuenit ꝙ ille monachus monasterio derelicto/ cum quadā puella casu miserabili corruisset. ¶ Item Io.cas.in coll.abbatis Ioannis de fine cenobite sic ait. Quemadmoduȝ corpori vsus libidinis carnisq̃ vicinitas: ita etiam menti memoria eius penitus est subtrahenda. satis em̄ pniciosum est adhuc infirmis pectoribus vel remissam recordationem huius passionis admittere. ita vt nonnunq̃ eis sub recordatione sanctarū feminarum velut sub sacre lectionis historia noxie titillationis stimulus excitetur. cuius causa seniores nostri huiusmodi lectiones sub presentia minorum solent consultissime preterire. Sane perfectissimis quibusq̃ ⁊ summo affectu iam castimonie confirmatis pbationes quibus se examinare valeant deesse non possunt: quibus perfectissima mētis integritas ⁊ cordis incorrupta conscientie iudicio comprobetur. Erit enim cōsummatissimo viro probatio sui: scȝ qui radicem morbi huius luxurie penitus iam se extirpasse cognouerit: explorande gratia castitatis interdum etiā aliquā exploratione sui imaginationem femineam possit admittere. Ceterum ab ijs qui minus firmi sunt: hanc examinationem nullatenus conuenit vsurpari. vt coniunctionem femineam ⁊ palpationem quodāmodo teneram ac mollem corde pertractent. erit enim eis noxia: nō salubris. Quū ergo perfectissima quis virtute fundatus/ ad illecebram blandientium cogitationum nullum mentis assensum. nullā cōmotionem carnis in se deprehenderit excitari: certissime puritatis sue capiat documēta. ita vt ad hanc se firmitate puritatis exercens/ castitatis atq̃ incorruptiōis bonū non solum mente possideat: sȝ etiam si corporalē femine attactum causa cuiusuis vt adsolet necessitatis attulerit: passionis sensum penitus ignoret. ¶ Item Io.cass.in coll.abbatis Pinusij de fine penitentie sic ait. Solet etiā frequenter accidere vt dum vel suos vel aliorū lapsus imperitorum quispiam miserātis retractat affectu: ipse etiā subtilissimi teli voluptario perstrigatur assensu. ⁊ initiuȝ sub specie pietatis exortū obsceno ⁊ noxio fine cōcludat. ⁊ quod erat ad remediū: tendat ad noxam.xlv.di. licet.ij. ⁊ ex̄ de excep.pia.j.rn̄.li.vj. ¶ Itē in vitis patrū quum abbas Arsenius sederet in canopo: q̄dā virgo Romana prepotēs ⁊ diues venit ad cellā eius. ⁊ contigit ꝙ tunc extra

ambularet Arsenius. quem vt illa vidit: ante pedes eius se in faciem pna pstrauit. quā ille cū festinatione suscitās ita cōpellabat. Si faciē meā tm̄ peruidere desiderasti: intuere. Illa vero pre verecundia oculos suos nō audebat attollere. sed ait. Exoro vt pro me ores: ⁊ me in memoria habere digneris. Cui Arsenius. Oro deū meū vt deleat tuā ex corde meo memoriā. Quo verbo illa infirmata est pre tristitia. quā archiepiscopus Alexāder cōfortās ait. Numquid nescis te esse feminā: ⁊ q: per feminas solet inimic⁹ hoiem impugnare: ideo vultum tuū de corde suo deleri dixit. Nam pro aīa tua dn̄m deprecatur. Quibus verbis recreata recessit. ¶ Itē in vitis patrū quedā mulier inhonesta submissa a iuuenibus/ venit in desertuȝ sero ad quēdā solitarium nominatū. que quū pulsasset ostium celle/ dicens se a via errasse: petebat ingressum. quā ille ex̄ turbatus introduxit in atriū celle sue. ipse vero clauso ostio intrauit cellam. Illa vero nocte clamabat. Abba: fere me comedunt. Ille vero turbatus est timens iudiciū dei: dicebatq̃/ Unde venit mihi fera hec? ⁊ aperiens ostium introduxit eam intus. Cepit autem diabolus cor eius sagittare. Quod senex cognoscens dixit in se. Uie inimici tenebre sunt. Ro.xiij. Filius aūt dei lux est. Io. viij. Accendit ḡ lucernā. ⁊ quuȝ iustāmaretur dicebat. Qui talia agūt: in tormentis vadūt.j.Thessal.iiij.ij.Pet.ij. ibi.nouit de⁹ Et mittens singulatim oēs digitos in lucernā/ nō sentiebat ppter flāmā libidinis. ⁊ sic faciens vsq̃ mane eos cōbussit. Quod videns illa velut lapidea effecta est. Mane venientes qui eā submiserāt: eā mortuā inuenerunt. Senex vero ostendens digitos ait. Ecce quid fecit mihi ista filia diaboli. ⁊ narrauit eis tētationē suā. ⁊ ait. Non reddamus malum pmalo.j.Pe.ij.Ro.xij.xxiij.q.iiij.cū in lege. ⁊ resuscitauit eā. Illa vero postmodū in penitētia mansit. ¶ In vitis patrū quidam magnus senex versabatur cum quadā virgine sacra: que ei sepe arridebat: ⁊ cum eo iocabat. Ad vltimū cōceperūt dolorē ⁊ pepererūt iniqtatē.ps.vij. ⁊ māsit cū ea mēsib⁹ sex. qua derelicta a deo cōpūctus intrans eremū ⁊ nudus coopert⁹ capillis penitētiam fecit: hn̄s palmam que quolibet mense vnū botryonem dabat: qui ei sufficiebat per totuȝ mensem. ¶ Itē in vitis patrum dixit senex. Nō habeas amicitiā cum muliere/ neq̃ cum puero/ neq̃ cum hereticis. ⁊ erit mēs tua pacifica. ¶ Itē in vita Captiui monachi dicitur ꝙ cuȝ quadam muliere captiuus esset. ⁊ quum eorum dn̄i cogerent eos ad matrimonium: simulauerunt nuptias. ⁊ quū soli habitarēt ⁊ pascerent pecora: nunq̄ tm̄ nudū corpus mulieris vidit monachus nunq̄ eius carnem tetigit: timens in pace perdere qd̄ in prelio seruauerat. diligēs eā vt sororem: non tm̄ se ei credens vt sorori. ¶ Item in vitis patrum quidā duxit secum in desertum Scythie filiū lactantem vbera. qui in monasterio nutrit⁹ nesciebat quid essent mulieres. qui quum factus esset maior: ostenderūt ei demones de nocte habituȝ mulierum. ⁊ mirabatur pater. cui hoc filius reuelauit. Semel etiā cū patre suo ascendit in egyptum. ⁊ videns mulieres dixit patri suo. Abba: ecce isti q̇ veniebāt ad me ī Scythia nocte. ⁊ dixit ei pater Isti sunt de sclo monachi fili. alio habitu vtunt isti . alio eremite. Et mirat⁹ est senex quomō ⁊ ī Scythia ondērūt demones imagines mulierū. ⁊ statim reuerti in cellā suā. ¶ Item in legenda Balaam legitur ꝙ magus quidam consuluit regi patri Iosaphat conuersi a Balaā ꝙ a filio suo cunctos remoueret: et puellas decoras ⁊ honoratas introduci preciperet. vt semp cuȝ eo essent: sibiq̃ ministrarent. nihil enim sic potest iuuenes seducere sicut facies mulieris. Nam rex quidam quū filium habuisset: dixerūt ei peritissimi medici ꝙ si intra decem annos solem videret: oculorū lumine priuaretur. Rex ergo in quadam spelunca toto illo tempore filium esse fecit. Quo finito/ iussit rex vt omniū rerum genera ante eū adducerētur. vt oīm nomina et notitiaȝ habere posset. Adductis ergo ante eū auro/ argento/ lapidibus preciosis/ vestimētis preciosis/

et equis/mulieribus ⁊ alijs omnibus/puer de quolibet
per ſe quid eſſet querebat. et miniſtri ſibi omnia ꝑ ſua no
mina indicabant. Quū autem nomē mulierū anxie que⸗
reret diſcere: ſpatari⁹ regis ludēdo dixit. Demones ſunt
qui ſeducunt homines. Rege ergo querente a filio quid
ſibi de oībus amplius placuiſſet: ait: Demones qui ſedu⸗
cunt homines mihi ſuper omnia placuerunt. in nullo eñ
vt ijs anxia facta eſt anima mea. ¶ Legitur etiā in legen
da beati Andree ꝙ diabolus ſe transformauit in ſpeciem
cuiuſdam pulcherrime mulieris ad decipiendum quēdā
ſanctum epiſcopū deuotum beato Andree. quam quum
epiſcopus ad prandiū inuitaſſet: epiſcopus et illa ex op⸗
poſito conſederunt. intendebat autē in eam crebro epus:
eiuſqꝫ faciem non deſinebat intueri et pulchritudinē ad⸗
mirari. Sicqꝫ duꝫ oculus figitur: animus ſautiatur. xxxij.
q. v. nec ſolo. Et dum eius faciem nō deſinit intueri: et pul
chritudinem admirari: antiquus hoſtis cor eius graui ia
culo vulnerauit. quem tamen demonē transfiguratū bea
tus Andreas in forma peregrini ad oſtium epiſcopi ve⸗
niens effugauit. ¶ Legitur etiam in legenda almi Fran
ciſci ꝙ ipſe mulierū familiaritates colloquia ⁊ aſpectus/
que multis occaſio ſunt ruine/ſolicitius euitari iubebat:
aſſerens per huiuſmodi debilem frangi/et fortē ſepe ſpiri
tu infirmari. Harum contagionem euadere conuerſantē
cum eis tam facile dixit ꝙ iuxta ſcripturā in igne ambula
re ⁊ nō comburere plātas. Eſa. xliij. Quuꝫ ambulaueris
per ignem non combureris. Siquidem ipſe adeo auerte⸗
rat oculos ſuos ne huiuſmodi vanitatē videret. pš. cxviij.
Auerte oculos meos ne vid. vani. Quod ſicut aliquādo
ſocio dixit/quaſi nullam recognoſcebat in facie. nō enim
ſecurum eſſe putabat earum formaruꝫ introrſus haurire
imagines. q̄ poſſunt aut edomite carnis reſuſcitare igni⸗
culū: aut pudice mentis maculare nitorem. Aſſerebat etiā
friuolum mulieris eſſe colloquium: excepta ſola cōfeſſiōe
vel inſtructiōe leuiſſima. xviij. q. ij. in decima. i ſi. iuxta qđ
et ſaluti expedit ⁊ cōgruit honeſtati. Que ſunt inquit re
ligioſo cum muliere tractāda negotia: niſi quum ſanctaꝫ
penitentiam vel melioris vite conſiliū religioſa petitiōe
depoſcit. Utinam nunꝙ hodie cōmuniter fratres confeſ⸗
ſiones mulierū etiā religioſarum audirēt: nec tali audiē⸗
di confeſſiones priuilegio vterentur. q: quod ꝓuiſum eſt
ad ſalutem confitentium: tendit ad noxam confeſſiones
mulierū audientiuꝫ. xlv. diſ. ſed illud. Ex nimia ſecuritate
minus cauetur hoſtis. Diabolus ſi de ſuo capillum habe⸗
re poteſt in homie: cito excreſcere facit in trabē. Hac etiaꝫ
ratione precepit in ſua regula ꝙ fratres nos haberent ſu
ſpecta conſortia vel conſilia mulierum. ¶ Sanctus etiā
Lodoicus epiſcopus toloſanus frater minor filius regis
Sicilie dñi Caroli quum ſemel aliunde veniens Neapo
lim acceſſiſſet: regina mater eius occurrēs amplexata eſt
eum. et more gallicorum et prouincialiū voluit eum oſcu
lari. ſed pudicus iuuenis faciē ſuaꝫ ab ea auertit: ne oſcu
laretur eum. Cui quum mater diceret. Numquid nō ego
mater veſtra ſum? et oſculari poſſum? Reſpondit virgīna
lis et tantus iuuenis. Mater quidem eſtis: et femina. qđ
verbum de corde mundiſſimo emanauit. Dicebat etiam
frater Iacob⁹ benedicti Tuderti frater minor perfect⁹.
Ego tñ curarem ſi viderem pulchram faciem mulieris:
quātum ſi viderem caput aſini. ſed iſte modus nō eſt tu⸗
tus neqꝫ pro omnibus. ¶ Quando ſanctus Franciſcus
cum femina loquebatur: ſonora vt ab omnib⁹ poſſet au⸗
diri voce dicēda promebat. Interrogatus a ſocio cur nō
reſpexerit quamdam virginem viſitanteꝫ et corporaliter
ipſum reficientē/rñdit: Quis nō dꝫ timere ſponſam chri
ſti? ꝙ ſi oculis pudicis. ar. xxxij. q. v. nec ſolo. predicatur: et
facie ipſa me viderit: non ego illam. Ordinauit etiā bea⸗
tus Franciſcus propter honeſtatem. et deuotionem loci
ſancte Marie de angelis/ꝙ nulla mulier deberet intra⸗
re clauſtrū illud. ¶ Legit̃ de ſctō Rogerio ꝓuinciali fra⸗
tre minore ſumme cōtēplatiuo/ꝙ quū quadā die iret cum

ſocio ſuo: obuiauit cuidam domine: quam pluries ipſe vi
ſitauerat in domo ſua: et cum qua pluries locut⁹ in porta
ecclie fuerat. Quum igitur eā obuiantem ſalutaſſet: ⁊ ſic
tranſijſſet: interrogauit ſocium an illa erat talis dña. cui
dixit ſocius ꝙ ſic. et adiecit ſocius. Numquid vos nō con⸗
gnoſcitis eam? non (inquit) quia nūꝙ vidi eam in facie.
etiam matrē meā. poſtquā fui frater minor. Tūc soci⁹ qui
ſciebat eū valde ſecurū: dixit ei. Quū ſciatis vos in facto
mulier̄ ſecurū ſic eſſe: vnde eſt ꝙ tātū timeatis eas aſpice
re? Et ipſe reſpōdit. Frater (inqt.) in poteſtate hoīs eſt vi
tare occaſiones peccādi. et iō ꝙdiu homo facit qđ in ſe eſt
et dñs facit quod in ſe eſt: tuendo hoīem a pctō. Impoſſi⸗
bile eſt eñ ꝙ vnꝙ dñs deſerat mentem quaꝫ poſſidet: niſi
homo habeat culpam dum nō vitat omnē occaſionē pec⸗
candi. Ex quo tu exponis te periculo per occaſionē quam
potes vitare: maxime in tali tentatione ad quam multuꝫ
declinat homo ex corruptione nature: cōfidens de virib⁹
tuis: iam tunc dñs non tenetur te defendere: ſed pōt ſine
omni iniuſtitia tuis viribus in q̄bus ꝯfidiſti te dimittere.
Et ideo vulgariter dicit̃/ Qui ſe cuſtodit de⁹ eū cuſtodit
ij. Parali. xv. Dñs vobiſcum: q: fuiſtis cū eo. ſi queſieritis
eum: inuenietis. ſi autem dereliqueritis euꝫ: derelinquet
vos. Et propterea (inquit.) et mens que deum diligit: ita
tarde declinaret ſcienter ad venialiſſimum peccatū ſicut
ad mortaliſſimū. Item Hugo de ſctō victore in libro de
clauſtro aīe. Mulieris vox blanditur auribus: ⁊ facies
oculis. Iſaac de Syria ait. Quādo hō accedit ad deum:
fedus init cum eo non videre faciem mulieris. Iob. xxxj.
nec aſpicere formoſor̄ aſpectus. Nam et quidam de reli⸗
gioſis certatoribus videns quemdā fratrē imberbem ſi⸗
milem mulieribus: reputauit hoc nociuuꝫ menti atqꝫ dā⸗
noſum in pugna ſua. Unde nō acceptauit vt intraret cel⸗
lam eius vt ſalutaret eum. Decreuit eñ prudenter ille ſe⸗
nex. q: ſi cogitauero tñ hac nocte ꝙ hic ſit talis: fiet mihi
iactura non parua. Et quum diſcipulus eius ei diceret.
Nūquid ⁊ tu pater talia times? Rñdit. Ego quidem fili
non timeo. veruntamen nolo mihi inducere pugnam in
vanum. Nā taliū recordatio infructuoſam facit mēti tur⸗
bationem. Ad vnūquodqꝫ membrū corporis hꝫ pugnam
homo. ⁊ debet cuſtodire ſeipſum: ⁊ diminuere pugnā in
ipſis. ꝙꝙ homo ſibi faciat violētiā ad bonū. ꝑciditatur tñ
ſemp. Uidendo atqꝫ cōcupiſcendo quecūqꝫ ferunt nobis
confuſionem in recordatione ſui: expedit nos timere: nec
conculcare. Itē conſcientia maius eſt oībus: vt cauſas pu
gne prolongemus a nobis: ꝙꝙ ex hoc corpus anguſtiaꝫ
patiatur. q: timēdum eſt quum venerit occaſio: ne ruinaꝫ
quis incurrat. ex̄ de eo qui cogno. conſan. vxo. ſue. veniēs
Idem. Qui occaſionem peccati non tollit: inuitus trahit̃
ad peccatū. quia quū rerum opportunitates accipimus:
noſipſos nō poſſumus cōtinere. Idem. Sepe multis ſan
ctorū inimicus illudit phantaſmatibus pulchritudinem
mulierū. Multoties autem ⁊ ad illos qui ſunt in mundo
vel appropinquāt mūdo q̄ſi vno miliario vel duobus vel
vnius diete ſpatio/ipſas mulieres cōuertit adduci. Diſtā
tibus vero a mundo quibus hoc nequit facere: in phātaſ
matibus oſtēdit earū pulchritudinē. quandoqꝫ in ornatu
veſtiū in impudico aſpectu: aliquoties in ſpecie nude mu
lieris ſuperauit eos. Idem in eodem. Non appropies cor
pori alicuius preter neceſſitatis cauſam. nec corpori tuo
permittas aliquā appropiquare: niſi (vt dixi) ex cauſa ra
tionabili. Compulſus loqui cum muliere verte facieꝫ tuā
a viſione: et ſic cum ea loquere. A monialib⁹ fuge ſicut ab
igne et laqueo diaboli. Obuiationem earū et collocutio
nem fuge: ne colorent cor tuū ſordibus vitiorū. Quāuis
ſint ſorores tue ſm carnem. lxxxj. diſ. legitur. ſicut ab extra
neis te cuſtodi. A fiducia iuuenum et locutione ſicut ami⸗
citias diaboli fuge. Melius eſt tibi habitare cuꝫ dracone
mortifero: ꝙ cū muliere comedere. ꝙuis ſit mater vel ſo⸗
ror tua. Meli⁹ eſt habitare cū dracone: ꝙ dormire cū ali⸗
quo: et cooperiri cum eo. ꝙuis ſit tibi frater ſm carnem.

In vitis patrū. Qui cum puero fatue loquitur: iam cū eo mechatur. In vitis patrū. Quum quidā frater iuisset ad quādam sororem suā que erat in monasterio: ꝙ vellet eam visitare. rñdit illa sanctimonialis. Sufficit tibi frater ꝙ videamus nos in alia vita. Item ibi. Monachus occurrit ancillis dei in itinere quodā. quibus visis diuertit extra viam. cui dixit abbatissa. si tu perfect⁹ monachus esses: nō respexisses nos vt agnosceres: q: femine eram⁹.

Itez ibi. Beata Syncletica dixit. Nos qui religioni nos submisimus: castitatem summa debemus diligētia custodire. nam plures seculares videtur castitatez seruare: sed adest eis stultitia: dum per alios omnes sensus peccant. nam et aspiciunt indecenter: et rident inordinate: audiūt turpia et loquuntur: ⁊ cogitant feda. Castus autem sensibus mortuus est. ¶ Alia occasio fornicationis in religiosis est otium et negligentia: cui multū vacant. Pro nihilo habent tēpus perdere in vanis locutionibus et vagationibus et nimio somno multi ex eis. et ꝓpter hoc cadunt in illud peccatū. Ezechi. xvi. Hec fuit iniquitas Sodome sororis tue/supbia/saturitas panis/⁊ abundantia/et otiū ipsius. Ad hoc facit qđ legitur et no. ex̄ de renun. nisi cum pridem. §. verum. in glos. Iuxta illud Ouidiꝗ de remed.

Otium fornicatiōis occasio.

Otia si tollas: periere cupidinis arcus.
Queritur/Egistus quare sit factus adulter:
In promptu causa est. desidiosus erat.

Ad idem qđ legitur ⁊ no. de cōse. dist. v. nunꝗ. in glos. vlti. Vñ et ibi dicit Hierony. Ama scientiā scripturarū: ⁊ carnis vitia nō amabis. Aqua que nō mouetur: generat vermes. ⁊ otium tentationes carnales. Plures fornicatores inueniūtur in ciuitatibus. q: ibi magis vacatur otio: ꝙ in castris vel villis. q: ibi laborant hoies. Qui confessiones audiunt sciunt hoc. Somnus autem nimius inimicus et emulus castitatis est. vnde et ibi plerūq; contingunt religiosis pollutiones nocturne. de qbus. vi. dist. testamētū.

Arrogātia.

¶ Alia occasio luxurie in religiosis maxime est arrogantia ⁊ elatio ⁊ superbia. Vere enim hodie cōiter incōparabiliter arrogātiores sunt secularibus. Prouer. xvi. Contritionem precedit superbia: ⁊ ante ruinam scz fornicatiōis exaltatur spūs. Et iteruz Prouer. xvi. per alia verba. ⁊ est alia translatio. Immundus est apud deuz ois qui exaltat cor suū. de peni. distin. ii. si em̄. vltra mediū. ver. nonne tibi videtur. Unde Climacus in gradu. xv. de castitate ait. Lapsus corporis ex elatiōe alta sapere est sepe. Humiliat em̄ deus cor altum per lapsum carnis. Unde in vitis patrum legitur de quodā eremita: qui quum polleret virtutibus: cepit intra se inaniter gloriari. ad quez nocte venit diabolus in specie mulieris. ⁊ tetigit membra eremite singulatim. et quum latus inclinaret vt cōmisceretur cū ea: euanuit diabolus: et ipse fedatus remansit. ⁊ diabolus cum multitudine demonū deridens eum exclamauit. O monache qui te vsq; ad celos extollebas: quomodo demersus es in infernum disce. Qui se exaltat humiliabit᷑. Luce xiiii. et. xviii. Mat. xxiii. Ille vero se desperās omni se immunditie mancipauit. Item quum vna virgo sanctimonialis elata semel dixisset ꝙ nollet ꝙ esset Magdalena: quasi maius premiū expectaret ꝙ illa que fuit famosa meretrix. Luce. vii. i. q. vii. siquis cōmunem. illa nocte in fornicationē cecidit. Vñ Ioā. cassi. in coll᷑. Theremōis de castitate sic ait. Quantū em̄ qs i leuitate ⁊ patiētia cordis: tantum in corporis puritate proficiet. quātoq; longi⁹ ꝓpulerit iracūdie passionem: tanto tenacius castitatez seruabit. q: beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terrā. Matth. v. scz corpa sua. ne scz germinet eis spinas ⁊ tribulos. carnalium scilicet tentationum ⁊ cogitationuz. Gen. iii. Nulla res sic castitatē conseruat: sicut timere/⁊ humile sapere. ¶ Alia occasio luxurie in religiosis est/q: recipiūt ephebos ⁊ ipuberes ⁊ pueros ad religionē: ⁊ ꝑmittūt eos adinuicem cōuersari: ⁊ cū alijs fratribus indistincte. ex qua familiaritate ⁊ receptione multa in ordinibus sunt flagitia subsecuta. ⁊ multa scādala suscitata: ⁊ multa infamia etiā apud seculares exorta: ⁊ multa apostasia prouenit. q: pauci postꝙ incarcerantur pro tali flagitio: remanent in ordine confusi rubore. Et q: tales in ordine communiter non promouentur: nec ordo de eis confidit: cōsternantur mente ⁊ non contentantur de ordine. ⁊ ex hoc dant in cōmotionem pedes suos. Non em̄ tales dolēt q: deum ⁊ ordinem offenderunt: sed q: hic suam gloriam perdiderūt. ⁊ ideo raro contriti sunt: nec penitētiā dignā agunt. sicut expertus fui sepe in fratribus cadentibus in ordine quū eos ad penitētiam confortarem. Ad hoc de pe. di. i. qs aliquando. post. c. mensurā. Unde Io. cass. in. ii. li. de canonico orationum modo ait. Summa namq; obseruantia custoditur ne quisꝙ cū alio ac precipue iuniores vel ad punctum temporis pariter substitisse aut vspiaz recessisse vel manus suas inuicem tenuisse deprehendantur. Dantur etiam in ordine minorū sub specie cōmunitatis tante carnium ⁊ falernoruz portiones puberibus sicut ⁊ senibus. Plures ex religiosis senes ⁊ iuuenes plus comedunt de carnibus in religione: ꝙ in seculo comedissent. ⁊ plus bibunt de vino: ꝙ bibissent in mundo. ⁊ ideo cōmuniter sunt carnales. q: quod natū/supple ⁊ nutritū/est ex carne caro est. Io. iii. Qui christi sunt: crucifigūt se in carne. Nō saturant se carne. Gala. v. Scđm carnem viuētes morientur. Ro. viii. Unde merito contra tales dispensatores dicitur verbum Hiero. Quid ardenti corpusculo ignē carnis/⁊ per consequēs libidinis adijcimus? De periculo familiaritatis iuuenū. s. prime dixi. ¶ Alia occasio immūditie in religiosis est cōuersatio cum sanctimonialibus. Habent em̄ in monasterijs deuotas suas: cum quibus se ⁊ sepius longe ⁊ longius absq; arbitris colloquūtur extorta potius a prelatis licentia ꝙ obtenta. ibi risus incōditi. ibi reciproci oculi. ibi verba scurrilia ⁊ vana ⁊ carnalia. ibi tactus venerei. ibi corda igne estuantia. ibi omnes fenestre aperte ad mortez q̄ ibi fiunt. Hiere. ix. Alia inhonestū est scribere: sz scelestissimū ē facere. ꝓpter huiusmodi multi incarcerati sunt. multi abierunt retrorsum. Mittuntur ibi ad predicandū ex parte prelatorū: sz ipsi tales potius vadunt ad sic fornicandū. In cōmuni ibi ꝑdicant sed in speciali ⁊ cum speciali se ⁊ ordinē vituperāt. Quod in cōmuni edificat talis ꝑdicator: i speciali destruit. Munuscula sibi dant ⁊ mittunt. ⁊ ignem succendunt. Quicquid misera talis impudica religiosa ⁊ die ac nocte laborauit: totū corruptori suo erogauit. Dicit se talis eleemosynā fratri dedisse. ego dicam eā immūditie pabulū prestitisse. Vix aliqua sanctimonialium sine deuoto carnali stat. vnde ⁊ primā fidem irritā facit christo. xxvii. q. i. hec vero. Talē deuotionem ego appello corruptionem. Cōtra tales deuotiones frequēter in monasterijs ꝑdicaui. ⁊ eorū ⁊ earū odiū incurri. Sciunt hoc abbatisse ⁊ earū prelati. ⁊ murmurant: sed nō corrigunt. q: indignationē eorū et earū timēt. immo (qđ est nefandius) specialē licentiaz habēt ab earū qbusdā plat; ꝓprie ruffianis earū de hmōi deuotionibus. ⁊ qdā earū nō verecundant᷑ inter alias. et derelictā se tenet que talē suū deuotū immo corruptorez non hz. Sciunt hoc seculares ⁊ eorū parentes. ⁊ murmurāt ⁊ scandalizātur ⁊ conqueruntur platis. ⁊ parū proficit. q: ignis carnalis vsq; ad consumptionē deuorās. Iob xxi. accensus est: ⁊ non pōt extingui: quousq; veniat ignis qui deuorat tales qui in tanto ⁊ tā nefando ardent igne. ps. xx. Pones eos vt clibanū ignis. q: in ordinibus maxime mendicantium multi prelati qui deberent alios corrigere/sunt alijs subditis cum deuotionibus eorum mortis occasio ⁊ exemplum. xi. q. iii. precipue. ⁊ ex̄ de vo. ⁊ vo. re. magne. Et adde hic quod no. s. e. §. feminaruz. ar. lxvii. in ar. xlvi. ¶ Totum quod dictum est de ista pestifera deuotione quam habent religiosi cum sanctimonialibus: est cōtra mētē ⁊ verba canonum. xxvii. q. i. c. i. ibi. Quāto magis vidue q̄ dei religiositatē mutauerūt/crimine adulterij notabunt᷑: si deuotionē quā spōte nō coacte deo obtulerunt/libidinosa voluptate corruperint ⁊c̄. et in fi. ca.

Habentes damnationem: q꞉ primam fidem irritam fecerūt. ꝛ. c. viduas. in fi. ibi. Quia nō solū qui faciūt: sed etiā qui consentiunt faciētibus/rei iudicandi sunt. ꝛ. c. nec aliqua. in princi. ibi. Etsi incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte qua mulier pōt esse: poterit tñ ex alia parte idest aia que est pars corporis. fm Hug. corporis: peccasse: que corrumpi potest/et tamen inspici non pōt. xxxij. q. v. magis timeamus. ꝛ. c. seq. Certe ipse cōcubitus non carne: sed cōplacentia ꝛ volūtate/ipse complexus/ipsa cōfabulatio/ꝛ osculatio. et. j. Quantū dedecoris et criminis cōfitentur. et. j. Christus dñs et iudex noster quū virginem suā dicatam sibi et sanctitati sue destinataꝫ iacere cū altero cernit ꝙ. i. quātū indignatur ei et irascit꞉ ꝛc. et. j. Aut si cū eisdē in vna domo et sub eodē tecto ꝛc. et. c. nuptiarū bonum. ibi. Etiā si nō nubat: nubere velle damnabile est. ꝛ ibi. Habentes quidem dānationem: qm̄ primam fidē irritam fecerunt: etsi non nubendo/ tamē volēdo. ꝛ ibi. Damnatur propositi fraus. damnatur fracta fides voti. ꝛ. j. Ut volūtas que a proposito cecidit appareat esse damnāda. xviij. q. ij. peruenit. vbi prohibētur mulieres ad monasteria accedere: ꝛ monachos cōmatres facere. ꝛ. §. non solum. cuꝫ c. seq. vbi prohibet ꝙ non habitēt in vno monasterio monachi ꝛ monache. adulterium enim intercipit cohabitatio si habeat aditum monachus ad monacham vel monacha ad monachū secreto singulariter ad collocutionem. Non cubet monachus in mulierū monasterio: nec cū monacha singulariter conuiuetur. ꝛ. j. Porro si contigerit et aliquā propinquam suaꝫ videre voluerit monachus: in presentia abbatisse huic cōfabuletur permodica et compendiosa verba: ꝛ in breui ab ea discedat. ꝛ. c. in nullo. ꝛ. c. monasteria. ꝛ. c. in decima. ibi. Ea tñ circa monachos cautela seruata: vt remoti ab earuꝫ familiaritate nec vsq꞉ ad vestibulum habeant accedendi familiare p̄missum. Sed nec abbatem vel eum qui preficitur extra eaꝫ que preest loqui virginibus christi aliquid qđ ad earuꝫ institutionē vel administrationē pertinet licebit. nec cum ea sola que preest frequēter eos loqui oportet: sꝫ sub testimonio duarum vel trium sororū. ita vt rara sit accessio et breuis omnino locutio. De prohibita ꝛ periculosa familiaritate mulierū. di. xxxij. hospitiolū. ꝛ. c. presbyter. xxxiiij. dis. c. j. lxxxj. dist. clericus. ꝛ. c. nolumus. cū omnibus. c. vsq꞉ ad fi. distinctionis. ex̄ de cohabi. cleri. ꝛ mu. c. j. ꝛ. ij. ꝛ de vi. ꝛ hone. cle. monasteria. De corruptione mentis sine corruptione corporis. xxxij. q. v. mag꞉. ꝛ. c. sicut. cum. c. seq. vsq꞉ ad. §. ꝙuis.

circūstātie grauiora faciētes religiosoꝝ scelera.

¶ Multa autem sunt que aggrauant peccatum immūditie in religiosis/maxime in sacris ordinibus cōstitutis. Primum est voti fractio. q꞉ castitateꝫ promisit religiosus in professione. xxvij. dist. diaconus. et ordinis susceptione. quā aufert deo quum fornicatur. que res irrecompēsabilis est. quia ois ponderatio non est digna aie continentis Eccli. xxvj. legit̄ et no. ex̄ de sta. mona. cū ad monasteriū. §. fi. Est etiam furtū. q꞉ contrectat rem alienā scꝫ seipsuꝫ qui se deo totaliter dedit: inuito dño. ex̄ de elec. dudum. ij. §. predictis. Committit etiā sacrilegiū de se. q꞉ res oblata deo est ipse. xxiij. q. iiij. quid ergo. xxvij. q. j. sciendū. Itē scandalum ꝛ derisio populi. ex̄ de pur. ca. c. ū. ij. q. j. p̄sbyter ꝛ. c. si mala. Itē quāto sapiētior/tāto magꝭ peccat. xxxvij di. §. fi. Et Grego. Ubi maius donū scientie: transgressor maiori subiacet pene. Item q꞉ est de familia dñi ad eius expensas ꝛ vestes. xij. q. j. clericus. xxj. di. cleros. in prin. ps. liiij. Si inimicus me⁹ maledixisset mihi ꝛc. facit. xciij. dis. si inimicus. Item q꞉ decipiunt populū de cuius eleemosynis viuunt: ꝛ pro quibus tenētur orare. sed quō orabūt in scelere dño displicētes? Ad hoc. j. q. j. ipsi sacerdotes. iij. q. j. nulli. iij. q. vij. in grauibus. Et Bern. Ue qui ambulāt in carne. et placere non p̄nt: ꝛ placare deū velle p̄sumunt. Roma. viij. Et q꞉ si presbyteri sunt: adhuc offendunt amplius. xlix. dis. sacerdotes. j. q. j. sacerdotes. vñ Amb. Qui indigne christū sumit: idē ē ac si iterficiat. Et sup illō Heb. x. Filium dei conculcauerit. Augu. Conculcat christum qui libere peccat et absq꞉ timore: et qui eo indigne participat.

Item quia minister dei est qui debet esse mundior. ps. c. Ambulās i via imaculata h mihi ministrabat. Et. j. Reg. ij. dicitur de Samuele ꝙ puer Samuel ministrabat domino accinctus ephot lineo. i. mundítia castitatis. Augusti. Melius est spūalia penit⁹ omitti: ꝙ indigne tractari vel tangi. In ecclesiasticis beneficijs dñs non frequentiā ministrorū/sed deuotionem probat animorū. ex̄ de eta. et qua. cum sit. in fi. xxiij. dis. tales. Item q꞉ angeli vocātur. Malachi. ij. xliij. dist. sit rector. Immo maiorem dignitatē hñt presbyteri ꝙ angeli: qui non possunt christi corpus conficere: nec habent ordinem talem. Nec angelis d꞉/Quorū remiseritis peccata ꝛc. Joan. vlti. Mat. xviij. de peni. dis. j. quē penitet. Item q꞉ vt deus noster in terra. ps. lxxxj. ꝛ Joan. x. Ego dixi dij estis. ꝛ Mat. xvj. ibi. Uos aūt quem me esse dicitis? dicit interlinearꝭ glos. Uos ab illis discreti non hoies sed dij. Unde in Exo. xxij. c. ꝛ ex̄ de hereti. cuꝫ ex iniuncto. Dijs non detrahes. glos. i. sacerdotibus. Et quale est hoc? q꞉ ille amat vt porcus qui est vt deus. Itē quia filius dei est singularius ꝙ alij christiani. Narrat autem Moyses causam diluuij Gen̄. vj. xxxv. q. i. cum igitur et ibi notatū habes. ꝫ. parte prima. ar. xxxvj. litera. F. Quod filij dei. i. de genere Seth qui successit Abel/ filias hominum qui descenderūt de Cayn acceperunt. Quantum ergo credendum est deo displicere: ꝙ filij dei peculiares scꝫ religiosi cum filiabus hominū fornicātur? Item q꞉ cetus religiosoꝝ nobilior pars est sponse christi. scꝫ ecclesie. vñ per faciem intelligitur Can̄. ij. Ostende mihi faciem tuā. Et ideo sponso maxime displicet macula in facie sponse. Unde iudei in faciem christi spuerunt: vt contumelia maior esset. Mat. xiiij. Job. xxx. Esa. l. Sic christo magnā cōtumeliam faciunt: qui faciem sponse/ꝑ qua abluenda faciem suam sputis iudeoꝝ opposuit/maculant in se vel in alijs. Item cōmittit apostasiam. quia rumpit ꝑmissam castitateꝫ. de quo Prouer. vj. Homo apostata vir inutilis quia quicquid facit in claustro remanendo in immūditia nō valet ei ad meritum vite eterne. Quantū placeat diabolo hoc peccatum in religiosis/ ptꝫ per exemplum quod supra dixi de sathana coronante alium demonem qui monachum instigauerat fornicari. ibi. idem narrat. cum ver. prece. ¶ Hoc etiam peccatum in sanctimonialib⁹ non solum est fornicatio et religiosis: sed etiam adulteriū ꝛ incestus et stuprum cōtra naturā peccatum et sacrilegium. Adulterium quidem: quū ibi fit accessio ad sponsam christi. Unde beata Hagne dixit. Ipsi suꝫ despōsata cui angeli seruiūt ꝛc. Et si seruanda est pactio hoibus: quāto magis deo. xxvij. q. j. viduas. ꝛ. c. nec aliqua. ibi. Si superueniēs maritus sponsam suam iacentem cū altero videat: nonne indignat̄ et fremit: et per zeli dolorē portat gladiū in manu sua? Et christ⁹ dñs et iudex noster quū virginē suā dicatam sibi ꝛ sanctitati sue destinatam iacere cū altero cernit: ꝙ indignat̄ et irascitur? ꝛc. et. j. ibi. Que christi adultera est. ꝛ. c. si q̄s episcop⁹. ibi. Quia spōsam christi corrupit et. c. hec vero. ibi. Nā si inter hoies solet bone fidei contractus nulla rōne dissolui: quāto magꝭ ista pollicitatio quā cum deo pepigit/solui sine vindicta non dꝫ? et. c. que christo spālirer nubunt ꝛc. et ibi. Que ante se immortali spōso coniunxerat. ꝛ. c. si qua monacharū. ibi. ad lapsum adulterij deducta fuerit. ꝛ. c. nuptiarū. ibi. Ne ipse christ⁹ (qđ sentire nefas est) adulteriū faciat: cui viuēte marito nubit. ꝛ ibi. Quū christus eis videat̄ quasi scōs marit⁹. ꝛ ibi. Sed plane non dubitauerim dicere lapsus ꝛ ruinas a castitate sanctiori q̄ vouetur deo/adulterijs esse peiores. In tali etiā adulterio ē ꝑditio. sicut dicebat scūs Joseph de vro re dñi sui tentāte eū ad pctm̄. Gen̄. xxix. Quō possuꝫ facere hoc malū? Ita etiā est dilecta ista spōsa deo: ꝙ inducit eā zelans eā. ex̄ de sta. regu. periculoso. lib. vj. Uñ ad hoc adulterium pōt reduci. Prouerbi. vj. Zelus et furor non

est.de qua Genesis.xxxvij.Unde magdalena vidit primo

dñm.q: perseuerauit ad monumētum. Joan.vlti. Unde
Greg. Contigit vt sola eum videret:que remansit vt q̄re-
ret. Quid prodest homini ieiunare/orare/ elemosynas
facere/corp⁹ affligere/sentire quoq̧ de deo magna:et nō
peruenire ad portum salutis? Ecce apparet aliquādo in
mari nauis formosa magna ⁊ noua multo thesauro ple-
na:aliquo sibi occurrente periculo ad portum non perue
nit:sed perit.⁊ quid ꝓfuit omnis multitudo illa? Et iterū
Est in mari quandoq̧ nauis aliqua deformis vet⁹ ⁊ onu
sta multo thesauro:et cum multo labore euadens maris
pericula peruenit ad portū.sola hec cōmendabilis. Simi
le euenit in hominibus huius mūdi. Merito ergo omni
bus est timendum. Quāuis eīm arbor fit nata:non statim
est magna.⁊ si magna:non florida.⁊ si florida:non statim
producit fructus.⁊ si producit:non statim sunt magni.⁊ si
magni:non statim maturi.⁊ si maturi:non statim veniūt
ad os comedentis.sed multi decidūt ⁊ putrescūt:⁊ a por-
cis ⁊ alijs bestijs deuorantur. Ad hec de pe.di.ij.§.hec que
de charitate.cum.c.se. ❡ Dixit quidā fratri Egidio. Deus
bene faciat te finire. Rn̄dit ipse. Quid prodest mihi si re-
gnum celorū manducassem:nisi bene finirem? Sapiens.
Oīs laus in fine canitur. Philosophus. Cuius finis bo-
nus est:ipsum quoq̧ bonū est. Sapiens. Oīa in fine ↄser-
Remis- uantur.⁊ iterū. Finis non palma coronat. Multi currunt
sio. sed vnus accipit brauium.j.Cor.ix. ❡ Sequitur de alia
specie acidie que est remissio.quo vitio laborat:qui quoti
die deterior efficitur. Unde primo incipit strenue.secūdo
die min⁹.tertio nihil. Eccl'i.xxij. Filia fatua i deminoratio
ne.q: anima fatua semper decrescit:sicut iustorum semita
crescit. Prouer.iiij. Egestatez operata est manus remissa
manus autem fortium diuitias parat. Prouer.x. Itē Pro
uer.xij. Manus fortiū dominabitur.que autem remissa
est:tributis seruiet. Hebre.xij. Remissas manus ⁊ dissolu
Dissolu- ta genua erigite.xlix.dis.j.℣.claudus. De prelato remisso
tio. ex̄ de sta.mo.cum admonasterium.§.penul. ❡ Sequit̄ de
dissolutione alia filia acidie.qua laborat qui inueniēs dif
ficultatē in sui regimine/dimittit se omnino absq̧ guber-
natione. Prouer.xxij. Eris sicut dormiens in medio mari
⁊ quasi sopit⁹ gubernator amisso clauo. Prouer.xix. Ani-
ma dissoluta esuriet. Hiere.xxxj. Usqueq̄ delicijs dissolue-
ris filia vaga? Talis dissolutio dissoluit hominē a vincu-
lis diuine legis. Et est dissolutus ille demoniacus:de quo
legitur Luc.viij.ꝙ ruptis vinculis agebatur a demonio
in deserto. Eccl'i.ij. Ue dissolutis corde. Talis est ille para
lytic⁹:de quo Mat.ix. Dicitur eīm paralysis a para quod
est dis/et lysis quod est solutio/quasi dissolutio. Uide in
additione.s̄.e.§.nunc de imūditia.℣. Item Jo.cass.in ar.
lxxiij.q: peccatum dissoluit hominē a lege charitatis que
operari facit.q: amor otiosus non est s̄m Greg.in homil.
penteco. Et tales dissoluti paralytici efficiuntur insensibi
les in anima.de qua insensibilitate Prouer.xxiij. Traxe-
runt me:⁊ ego non sensi. Prouer.xviij. Qui mollis ⁊ disso
lutus est in opere suo:frater est sua opera dissipantis. Ex
hac surgit pessima paupertas ⁊ penuria bonorū spiritua
lium. Prouer.xxviij. Qui sectatur otium:replebitur ege-
state. Apocal.iij. Dicis ꝙ diues sum ⁊c. Et nescis ꝙ tu es
ignauia pauper ⁊ nudus. ❡ Sequit̄ de ignauia.qua laborat ille
qui potius eligit in magna miseria permanere:q̄ aliquā-
tulum laboris subire. Eccl's.iiij. Stultus ↄplicat man⁹ su
as.⁊ comedit carnes suas dicēs. Melior est pugillus cū
requie:q̄ plena vtraq̧ manus cū labore ⁊ afflictione ani-
mi. ❡ Sequit̄ de alia filia scʒ de indeuotione.que est que
Indeuo dam ariditas spiritualis.ps̄.cxlij. Aīa mea sicut terra sine
tio. aqua tibi.⁊ alibi.xxxiiij. Sterilitatē aīe mee. Et Numeri.
xi. Anima nostra arida est. Bern̄.loquens in persona illi⁹
qui deuotionē amisit occasione superbie. Ab heri ⁊ nudi-
ustertius inuasit me languor aīe.hebetudo insolita.que-
dam inertia spūs et superbia inuenta est in me. Non sapit
psallere.non legere libros.non orare delectat.meditatio-
nes solitas non inuenio. Ideoq̧ ad opus manuum piger
ad vigilias somnolentus:ad iram preceps:ad odiū perti
nax:lingue ⁊ gule indulgentie securior:⁊ obtusior ad pre
dicationem. Heu oēs montes in circūitu visitat domin⁹.
ij.Reg.j.ad me autem non appropinquat.ps̄.cj. Aruit cor
meum. Prouerbio.xiij. Uult ⁊ non vult piger. ❡ Scd̄m
Joā.cassia.in colla.iiij. Danielis de ↄcupiscentia carnis ac
spiritus/Mētis sterilitas triplicī ratione prouenit. Aut
eīm de negligentia nostra/aut de impugnatione diaboli
aut de dispensatione dn̄i ac ꝓbatione descendit. Et de ne-
gligentia quidē:quum vitio nostro torpore precedēte cir
cumspecte nosmetipsos ⁊ remissius exhibētes/⁊ per igna
uiam ⁊ desidiam de noxijs cogitationibus pascentes ter
ram cordis nostri/spinas ⁊ tribulos facimus germinare.
Gen̄.ij.quibus in ea pullulātibus cōsequenter efficimur
steriles:atq̧ ab omni spirituali contemplatione ieiuni.
De impugnatione vero diaboli:quū etiā bonis nōnunq̄
studijs dediti/callida subtilitate mentem nostram aduer
sario penetrante/vel ignorantes ab optimis intentioni-
bus abstrahimur vel inuiti. De dispensatione autē ac pro-
batione dei:vt paulisper a domino derelicti/⁊ mentis no
stre infirmitatem humiliter intuentes/suppendente puri
tate cordis que nobis est illius visitatione donata, nulla-
tenus extollamur.probātesq̧ nos ab eo quodāmodo de-
relictos/gemitibus nostris ⁊ industria illū letitie ac pu-
ritatis statū recuperare nō posse intelligamus.⁊ preteri-
tam cordis alacritatē nō nostro studio sed illius nobis di
gnatione collatā:⁊ presentē de ipsius rursuʒ gratia ⁊ illu-
minatiōe esse poscendā. Bonū est ergo nobis a dn̄o sub-
derelinqui:sed nō totaliter derelinqui. Unde Dauid.ps̄.
cxviij. Nō me derelinquas vsqueq̧. Quarta ratio est isti⁹
sterilitatis superbia ⁊ ingratitudo.q: cōsolationes quas
deus facit:imputat elatus laboribus suis et bonitati sue.
⁊ iō a deo deserit̄.vt a deo eas eē cognoscat.ps̄.xciij. Secū
dum multitudinē dolorum meorū in corde meo consola-
tiones tue letificauerunt animā meam. Et hāc rationem
tangit Bern̄.s̄.proxime. ❡ Sequit̄ de alia profana filia tristitia.
acidie/que est tristitia.que impedit leticiā spiritualem.ij.
ad Cor.ix. Hilarē datorē diligit deus.ex̄ de donat.c.j.ps̄.
cxxxvij. Et cātēt in vijs dn̄i:qm̄ magna est gl'ia dn̄i. Eccl'i.
xxx. Tristitiam longe expelle a te. Eccl'i.xxxvij. Cor prauū
dabit tristitiam. Et tristitia cordis flectit ceruicem. Eccl'i.
xxxviij. Et ibidem. Ne dederis in tristitia cor tuū. Et ibidē
A tristitia eīm festinat mors. ❡ Est autē triplex tristitia scʒ tristitia
tristitia peccati/tristitia peccatū/tristitia de peccato. Tri triplex.
stitia peccati est amaritudo cōscientie que semꝑ est in pu-
ro opere.de qua Eccl'i.xiiij. Beat⁹ qui non est stimulatus
in tristitia delicti. Isi. Uis nunq̄ esse tristis:bene viue.re⁹
omniū nunq̄ securus est. Tristitia peccatum est dolor im-
moderatus pro amissione tēporalis rei:vel cōsanguineo
rum:vel amicorum.vel ex eo ꝙ quis nō habet quod tēpo
raliter desiderat.xiij.q.ij.q̄ preposterū.c.habent.cum.c.se.
ij.Cor.vij. Tristitia seculi mortē operatur scilicet aīe ⁊ fre
quēter corporis. Eccl'i.xxx. Multos occidit tristitia:⁊ nō
est vtilitas in ea. Tristitia de peccato est dolor penitentia
lis.de qua.ij.Cor.vij. Que s̄m deum tristitia est:peniten-
tiam in salutē stabileʒ operatur. Eccl's.vij. Cor sapiētum
vbi tristitia est. Tristitia est demoniū vespertinum.q: tūc
incipit homines vexare:quum dies prosperitatis incipit
declinare. Uexat eīm in amissione temporaliū:in inflictio-
ne flagellorum:⁊ in amissione consanguineorum. Cōtra
primuʒ Esa.xv. Aque dybon (quod interpretatur fluxus
eorum) scilicet lachryme illorū qui plorant pro fluxu rerū
temporalium.replete sunt sanguine.q: fedant non mun-
dant.vnde sequitur. Ponā super dybon additamētum
scilicet de lachrymis ad lachrymas.de laboribus transi-
bunt ad labores:⁊ contritione duplici contereentur.ex̄ de
iudi.cū non ab homine. Hiere.xvij. Cōtra secundū Pro-
uer.iij. Disciplinā domini fili mi ne abijcias. Cōtra tertiū
j.ad Thessal.iiij. Non contristemini sicut ⁊ ceteri qui spē
non habent.xij.q.vlti.habent.cum.c.seq̄uē. ❡ Quidam

frater requisiuit abbatē Pemē dicens: Quid faciam: qm̄
turbor tristitia. Dixit ei senex. Neminē pro nihilo aspicias
ij.q.i.multi. Nullum condēnes. Nulli detrahas.vi.q.i.sum
ma.⁊ dabit tibi deus requiē. Idē requisitus ab altero fra
tre dicente / Si peccauero / etiam in quocūq; iniquo pec-
cato: ⁊ consumat me cogitatio mea ⁊ arguat dicēs.quare
peccasti? ⁊ efficior tabefactus tristitia.quid faciā? Respō-
dit senex. Quacūq; hora ceciderit homo in culpam: et di-
xerit ex corde. Deus tibi peccaui indulge mihi.mox cessa-
bit cogitatio vel tristitia ⁊ illa cōsumptio. ¶ Ioā. cass.in
colla. Serapiōis de.viij. vitijs.in li.colla.ait sic. De ira tri-
stitiam ⁊ acidiam necesse est pullulare.⁊.j. Quāobrem vt
acidia vincatur: ante superanda est tristitia.vt tristitia p-
pellatur: ira prius est extrudēda. Idem in eadē. Tristitie
genera sunt duo. Unū quod iracūdia desinente vel de il-
lato damno ac desiderio precpedito cassatoq; generatur.
Aliud qd̄ de irrationabili mentis anxietate seu despera-
tione descendit.⁊.j.in eadem. De tristitia rancor / pusilla-
nimitas / amaritudo / desperatio. De acidia / otiositas /
somnolētia / importunitas / inquietudo / peruagatio / in-
stabilitas mētis ⁊ corporis / verbositas / curiositas. ¶ Itē
Io.cass.in li.ix.de spiritu tristitie sic ait in prin. Edacis tri-
stitie stimuli retundendi sunt.q̄ si passim per singulos in-
cursus ⁊ incertos ac varios casus obtinendi aiam nostrā
habuerit facultatē: ab omni nos separat diuine ɔtempla
tionis intuitu.ipsamq; mentē ab vniuerso puritatis statu
deiectam funditus labefacit ac deprimit. Non orationes
eam explere cum solita cordis alacritate permittit. Non
sacrarum lectionū sinit remedijs incubare. Trāquillum
quoq; ac mitē fratribus esse nō patitur.⁊ ad cuncta ope-
rationum religionis officia impatientē et asperū reddit.
omniq; perdito salubri cōsilio ⁊ mentis cōstantia pertur-
bata velut amentē facit ⁊ ebriū sensum: frāgitq; ⁊ obruit
desperatione penali. Sicut em̄ tinea vestimēto ⁊ vermis
ligno: ita sm scripturā virus tristitie nocet cordi. Prouer.
xv. Nōnunq̄ autē ire precedentis vitio subsequi seu con-
cupiscentie lucri / vel cuiusdam detrimēti causa generari
solet.quū se harum rerū quadā spe mente concepta quis
viderit excidisse. Interdū etiam nullis existentibus cau-
sis quibus ad hanc labem corruere prouocemur: inimici
subtilis instinctu tanto merore repēte deprimimur: vt ne
charorum quidem aduentū solita suscipere affabilitate pos
simus. ¶ Idem in eadē. Est etiā aliud detestabilius tristi
tie genus: qd̄ non correctionē vite / nec emendationē vi-
tiorum / sed perniciosissimā desperationem anime ingērit
delinquenti. qd̄ nec Cayn fecit post fratricidium penitere.
Gen.iiij.de pe.di.j.§.ex ijs itaq;. Nec Iudā post proditio-
nem ad satisfaciendum festinare permisit: sed ad suspen-
dium desperatione pertraxit. Act.j. Mat.xxvij.de pe.dis.
iij.iudas.⁊.c.nihil iude.cum.c.se. Ideoq; vtilis nobis vna
re tātū tristitia iudicanda est: quū hāc vel penitudine de-
lictorum / vel desiderio perfectionis accensi concipimus.
sed talis tristitia / que sm apostolū.ij. Cor.vij.salutē ope-
ratur / obediens est: affabilis / humilis / mansueta / suauis /
ac patiens vtpote ex dei charitate descendens: ⁊ ad omnē
dolorem corporis ⁊ spiritus cōtritionē infatigabiliter se-
metipsam desiderio perfectionis extendens.⁊ quodāmo
do leta ac spe profectus sui vegetata / cunctam affabilita
tis ⁊ longanimitatis retinet suauitatē: habens in se fru-
ctus spiritussancti. qui sunt sm apostolū charitas ⁊ gau-
dium ⁊c. Gala.v. Hec vero asperrima / impatiens / dura /
plena rancore et merore infructuoso ac desperatione pe-
nali / eum quem amplexa fuerit: ab industria salutari do-
lore frangens ac reuocans: vtpote irrationabilis ⁊ inter
cipiens non solū orationū efficaciam: verū etiam vniuer
sos fructus spiritus. Hanc ergo perniciosissimā passionē
ita de nobis expellere poterimus: vt mentem nostrā spiri-
tuali meditatione occupatā iugiter futura spe ⁊ cōtem-
platione repromisse beatitudinis erigamus. Hoc etiam
modo vniuersa tristitiarū genera siue que ex precedenti
ira descendunt: siue que acquisitione lucri vel detrimenti
illati nobis adueniunt: siue que de illata nobis generant
iniuria: siue que de irrationabili mentis ɔfusione proce-
dunt: seu que letalem nobis desperationem inducunt: va
lebimus superare. quū eternarum rerum intuitus specu-
lantes / semper leti ac imobiles perdurantes / nec casibus
deiecti presentibus / nec prosperis fuerimus elati: vtraq;
velut caduca et mox transeuntia cōtemplantes. hucusq;
Ioan.cass. ¶ Item Nilus in titulo de tristitia. Tristitia
est meror anime: ⁊ insistit cogitationibus ire. Desiderator
namq; est vltionis furor. si vero non adipiscitur vindictā
generabitur tristitia. Tristitia os est leonis ⁊ contristatū
deglutiet facile. Uermis cordis est tristitia. Prouerb.xxv.
Et omnis plaga tristitia cordis est. Eccli.xxv.⁊.xxx. Tristi
tiam longe expelle a te.multos enim occidit tristitia.⁊ nō
est vtilitas in illa. Nescit leticiam spiritualē ⁊ suauitatem
quum fuerit in tristitia monachus. neq; mellis gustum /
qui febribus exuritur vehementer. Omniū bonorum im
pedimentum est meror.s.tristitie. Qui diligit mundū con
tristabitur multum. qui autem cōtemnit que in eo sunt: le
tabit semper. Qui spernit pecunias: sine tristitia est. Cu-
pidus in amaritudine est. Amator glorie lugebit quum
ignobilitas venerit. qui autem humilis est quasi cōuiuiū
eam suscipiet. Sensus dei gustus aufert tristitiaz. gustus
seculi parit eam. Qui autem voluptates mundi abiecit:
molestiam non patitur a cogitationibus tristitie. ¶ Dici
tur in legenda beati Antonij egyptij. Una est ratio vincē
di inimicum / leticia spiritualis: ⁊ anime dominū semper
cogitantis iugis recordatio. Et de eo d: ibi ꝙ semper hi-
larem faciem gerens / liquido ostendebat se cogitare de
celestibus. sicut scriptura ait Eccli.xxvi.p alia verba: sed
magis ad literam Prouer.xv.ibi. Cor gaudens exhilara-
uit faciē. merore animi deijcit. Prouer.xvij. Anim⁹ gau-
dens etatem floridam facit. spiritus tristis exiccat ossa.
Corde letante vultus floret. in merore constitutus trista-
tur. ¶ In antiqua legenda beati Francisci legitur sic de
eo. Tantū autem diligebat virū letitia spirituali plenum
ꝙ pro generali cōmonitione in quodam capitulo conscri
bi fecit hec verba. Caueant fratres ne se ostendant extrin
secus nubilosos ⁊ hypocritas tristes. sed ostendāt se gau-
dentes in domino hilares ⁊ iocundos ⁊ cōuenienter gra
tiosos. Item super illud Mat.vj. Nolite fieri sicut hypo-
crite tristes. dicit Chrys. Non autem potest fieri vt sit hila
ris qui ieiunat. ideo non dixit. Nolite esse tristes. sed Noli
te fieri tristes. Qui em̄ per imposturas aliquas pallētes
apparent: illi non sunt tristes: sed fiunt. Qui autem natu
raliter propter assiduum ieiuniū tristis est: non fit tristis:
sed vere est. Hec sancta tristitia vertetur in gaudiū. Ioā.
xvj. ¶ Sequitur de alia specie acidie. que est tedium vite Tedium vite.
que prouenit ex longa tristitia. vt non solum displiceat ei
deo seruire: sed etiam viuere. Quod prouenit ex diuersis
causis. Quandoq; est tedium vite ex amore dei ⁊ deside-
rio vite celestis. Philip.ij. ex de renun. nisi.§.porro. Greg.
Sancti grauiter tolerant quicquid non sonat id quod
amant. Item ex conuersatione malorum mundi.ij. Pe.ij.
ibi. Animam iustam iniquis operibus cruciabant. Item
ex nimia tribulatiōe. Iob.x. Tedet aiam meā vite mee.et
ij.ad Corin.j.ibi. Ut tederet etiam nos viuere.iij. Regū.
xix. de Helia: qui petijt anime sue vt moreret. ⁊ de Saul
ij. Regum.j. Multi desiderant mori vt presentes dolo-
res fugiant. et de doloribus sempiternis non cogitant. cō
tra quos Amos.v. Ue desiderantibus diē domini. ¶ Se Desperatio.
quitur de desperatione alia filia acidie: que solet proue-
nire ex tristitia. Prouerbio.xv. In merore animi deijcitur
spiritus. scilicet in profundum desperationis. Et Prouer
bio.xvij. Spiritus tristis exiccat ossa. quia fortem animū
desiccat ab humore gratie: vt per peccatum desperatio-
nis frangatur. Ecclesiastici.xiiij. in principio. Felix qui
non habuit animi sui tristitiam: et non excidit ab spe
sua. Hieronymus super.viij. Psalmum dicit / ꝙ magis

offendit deū Judas quando se suspendit: q̄ in hoc q̄ eū tradidit. De hoc peccato Jude de pe. dist. iij. iudas. et. c. nihil. et. c. sceleratior. Hoc peccatum virtutem secundā theologicam scȝ spem adnihilat. quum dicat ps̄. xxx. Et spes mea in deo est. et/ In te dn̄e speraui. Et Esa. xl. Qui sperant in dn̄o: habebunt fortitudinem. ps̄. xc. Sperauit in me et liberabo eū. ¶ Contra hoc peccatum est memoria dn̄ice passionis. Bernar. Peccaui peccatum grande: cōscientia mea turbatur: sed non perturbatur. q: vulnerū dn̄i recordabor. Quid tam ad mortem: quod non morte christi soluatur? Si in mentem venerit tam potens tāq̄ efficax medicamentum: nulla iam possuȝ morbi malignitate terreri. August. Nullus de misericordia dei desperet. maior est em̄ ei⁹ misericordia q̄ nostra miseria. Tardius siquidem videtur ei veniam dare: q̄ peccatori accipere. Sic em̄ festinat a tormento conscientie reum absoluere: quasi eum plus cruciet compassio miseri q̄ ipsum miserū cōpassio sui. ¶ De desperatis dicitur Baruch. iij. Deputatus es cum descendentibus in infernum. Bern̄. Si supra modū peccaui: non despero. q: supra modū doluit in quo respiro. Si exacerbatur pater in inanitate sceleris mei: mitigabitur in dolore filij sui. Item Bern̄. Omnino propter mansuetudinem que in te predicatur currimus post te dn̄e iesu. ps̄. xliiij. Propter veritatem et mansuetudinē &c. Mat. xj. ibi. Quia mitis sum. audientes q̄ nō spernis pauperē peccatorem. ps̄. xxj. Neq̄ despexit deprecationē pauperis. Non horruisti cōfitentem latronem. Luc. xxiij. xxvj. q. vj. agnouimus. de pe. dist. j. importuna. Nec lachrymantem peccatricē. Luc. vij. j. q. vij. si quis. Non supplicantem. Mat. xv. de pe. di. j. importuna. chananeā. Non deprehensam in adulterio. Jo. viij. iij. q. vij. postulatus. Non sedentem in teloneo. Mat. ix. & Luc. v. Non supplicantē publicanum. Luc. xviij. Non negantem discipulū. Luc. xxij. l. di. ponderet. & c. fidelior. Nō crucifixores tuos. Luc. xxiij. Non persequētes discipulos. vij. q. j. §. hoc etiam tunc. In odore ergo vnguentorꝫ tuorum curremus. Cant. j. ex̄ de sacra vnc. c. vnico. §. refert. ꝟ. christ⁹. ¶ Dicebat abbas Pemē de abbate Isidoro q̄ quādo inimic⁹ conturbabat eū & suggerebat ei desperationem & penas: dicens/ Post hec oīa in tormenta iturus es. dicebat ei Isidorus/ Quāuis ego ad tormentum mittar: tamen te subtus me inuenio. ¶ Abbati quoq̄ Moysi frequenter apparuerunt spirit⁹ mali: dicentes/ Euasisti nobis & nihil possum⁹ tibi facere. quoniā quoties te per desperationem humiliare voluerimus: exaltaris. quoties autē exaltare: ita te humilias vt nullus de nobis accedat ad te. ¶ Iterum quidā senex tentabatur a cogitationibus per annos. x. ita etiam vt desperaret: dicens/ Perdidi animā meam. sed quatinus semel perij: reuertar ad seculū. Quum autem proficisceretur: peruenit ad eum vox dicēs illi. Decem anni in quibus depreciatus es/ corone tue erunt. reuertere ergo ad locū tuum & ab omni malo cogitationis tue libero te. Non est ergo bonum quemq̄ desperare propter cogitationes. Ille em̄ magis coronas ꝓuident. vij. q. j. aduersitas. de pe. dis. ij. si em̄. si vtiliter eas pertractantes transierimus sufferētes non consentientes. Jac. j. de pe. di. ij. si em̄. Sed nota q̄ nō bene sperat: qui aliqualiter nō desperat. vt desperationis metu cautior fiat. ꝭm Hiero. de pe. di. ij. si em̄. post tres colum. ꝟ. verū nec Montanus. De desperatione Cayn. Gene. iiij. de pe. di. j. & venit. & c. serpēs. & §. se. ex ijs. ꝟ. deniq̄. Hec desperatio vnū de sex peccatis in spiritumsanctū est Mat. xij. vt legitur & no. de pe di. j. §. potest etiam. in glos. peccatum in spiritū sanctum &c. Est autem nedum desperatio verbalis & mentalis: sed etiam quodāmodo actualis. ar. bonū. xxiiij. q. iij. de illis. licet quis verbo non desperet vel mente. scilicet continue peccare: et nunq̄ penitere Et de talibus dicit Hiero. q̄ assidue peccantiū non miseret. de⁹. xxiij. di. diaconi. v. in fi. Et peccator: quū i ꝓfundū malorum venerit cōtemnit. Prouer. xviij. xvij. di. nec licuit. ex̄ de iudi. cum non ab homine. §. j. De bona temporis occupatione contra acidiam & eius filias maledictas. ex̄ de renun. nisi cum pridē. §. verū. & de con. di. v. nunq̄. Inter alia remedia contra acidiam est consideratio pene future. Hiere. j. Quid tu vides Hieremia? Uirgam vigilantem ego video. Uirga vigilans a somno acidie est consideratio pene eterne & iudicij finalis.

¶ Articulus. lxxvj.

Aliud vitium aliquorum religiosorum istius tēporis qui habent cōmune cū alijs secularibus: et vere plus q̄ alij seculares: est tumida & acephala supbia. (Uerosa religiosorū supbia.) Superbia autē ꝭm Climacū in gradu. xxij. de supbia. est dei negatio: demonū inuentio: despectio hominū: cōdemnationis & iudicij mater: laudū proles: infructificationis argumentum: a dei adiutorio effugatio: non spiritus sed carnis extasis precursor & amentie: lapsuū & ruinarū conciliatrix: defectionis occasio: furoris fons: hypocrisis porta: demonum firmamentum: peccatorū custos: inuisceositatis adiutrix: cōpassionis ignorātia: rationis amarus punitor & exquisitor: exactor crudelis & inhuman⁹: dei luctator cōtrarius: blasphemie radix. Initiū superbie/ finis vane glorie. Mediū/ cōtemptus proximi: & laborum propriorum & dolorū inuerecunda ꝓpalatio: laudis cordialis amor: redargutionis odiū. Finis vero negatio dei adiutorij: & ꝓprie festinātie & solicitudinis extollētia. Mos demoniacus. Altū sapiens monachus cōtradicit vehemēter. humile vero sapiens contradicere nescit. Dedignatur arrogans monachus & superbus corde obedientiam possidere. Uir altus corde desiderat principatū. Superbis deus resistit. Jac. iiij. j. Pe. v. Quis ergo horū valet misereri? Immundus est coram deo omnis arrogans corde. Prouer. xvj. ꝑ alia illa de pe. di. ij. si em̄ vltra. v. colum. ꝟ. petrus. Et q̄s de cetero eos mundare valebit? Correptio et disciplina/ supborū ruina & lapsus. stimulus vero/ demon Derelictio autē extasis mala & amētia. Qui amouet a se redargutionē: passionē significauit. Qui odit correctionem: vestigiū est peccatoris. Eccli. xxj. Accedēs vero a vinculo soluitur scilicet peccato. ps̄. cxv. Dirupisti vincula peccatoris. Superbia est diuitiarū spiritualiū & sudorū perditio. ps̄. xvij. Clamauerunt nec erat q̄ saluos faceret penitus. q: cum superbia clamauerunt ad dn̄m. & nō exaudiuit eos penitus. q: causas contra q̄s orabant non absciderunt. Senex redarguebat superbientē fratrē. ille vero ait. Indulge pater: q: superbus non sum. et senex ad eum Et qualem ait fili euidentiorē ostensionem istius nobis vitij exhibebis: q̄ & dicere/ superbus non sum? Noli arrogans altū sapere: quū sis terrenus. Multi em̄ de celis eiecti sunt quū fuissent imateriales & sancti. Esa. xiiij. de pe. di. ij. principiū. & c. si em̄ inquit. ¶ B Monachus proprie est non elatus oculus/ humilis anime intuitus/ & immotus corporis sensus. Monachus est q̄ impugnatores instar bestiarū aduocat & irritat quū fugiunt ab eo. Monachus est incessabilis excessus & tristitia vite. ij. Cor. vij. Monachus est q̄ ita afficit & qualificatur virtutibus: sic ut alius delectationibus vitiosis & cōcupiscentijs. Monachus est incessabile lumē in oculo cordis. Monachus est abyssus humilitatis. Superbia est nouissima aīe penuria: diuitias scȝ spirituales. i. virtutes phantasticans: & lumen in tenebris videre se arbitrans. Monach⁹ superbus demone non indigebit. ipse em̄ de cetero sibiipsi fact⁹ est demon & impugnator. In cordibus superborum fient verba blasphemie. Progenies superbie sunt spiritualium ruine et lapsus/ ira/ detractio/ amaritudo/ furor/ et clamor/ blasphemia/ hypocrisis/ odium/ inuidia/ contradictio/ volūtatis proprie cōplacētia & regulatio/ impersuasibilitas/ & inobediētia. Nemo potest venire in cognitionem dei nisi per humilitatem. Uia eundi sursum est ire inferius. ¶ Omnia periculosa et omnes casus magni qui acciderunt in mundo; non nisi per eleuationem

capitis acciderūt. ficut apparet in lucifero creato in celo. Esa.xiiij. Luce.x.de pe.di.ij.fi eni.ad fi.x.c.principiū. Et in Adam inobediētē. Gen.iij.xl.di.quelibet.xi.q.iij.qd ergo Et in pharifeo euangelico. Luc.xviij. Et oia bona que facta funt magna:propter inclinationē capitis facta funt. ficut patet in beata vgine. Luc.j.xxvij.q.ij.§.j. Et in publicano. Luc.xviij. Et in latrone fancto. Luc.xxiij.de pe.di.j. inpo:tuna.x pluribus alijs. ¶ Dixit quidā. Nō poffem⁹ nos habere vnam molā grauem:que faceret nos femper caput humiliare?ar. Mat.xviij.ibi. Expedit ei vt fufpendatur mola afinaria in collo eius.ex de renunt.nifi.§.pro graui. Et dixit ei quidam. Quomodo poffemus nos effugere iftam fuperbiā? Rūdit Egidius. Laua tibi inde manus vbi pofueris os:vbi tenes pedes. Si confideres bnficia dei:debes inclinare caput tuū. Si confideres peccata tua:debes inclinare caput. Ue autē illi qui vult honorari de malitia fua.ex de ex.p:e.q̄ graue.lxxxvj.di.donare. Si perfiftas corā dn̄o integre teipfum vituperās x inculpans fuperbiam quafi araneam reputabis.de pe.dif.j.veritas.fub.§.quecunq. Equus vero fuperbie vana gloria eft fuper quē afcendit.fancta vero humilitas feipfam inculpans atq vituperans deridebit equū etiam afcenforē eius.in cantico Moyfi Exo.xv. ¶ E Serapion in colla.de.viij.vitijs. Superbie genera funt duo. Primū carnale fcilicet de gloria mundi et carnis. Secundū fpirituale. quod eft etiā periculofius. Illos namq fpecialius impugnat quos in quibufdam virtutibus profeciffe reperit Abacuc.j. Cibus ei⁹ electus.vbi Hiero. Job fubuertere querit.x deuorato Juda ad turbandos apoftolos expetit poteftatem. Luc.xxij.de pe.difti.ij.fi eni.ad tres colū.ẜ. fruftra. ¶ D Eft fuperbia in religiofis ficut et in alijs. Jn ornatu x habitu delicato. Hefter.xiiij. Tu fcis infirmitatem meā x neceffitatem meam:q: abominer fignū fupbie x glorie mee quod eft fuper caput meū. Jn veftitu ne glorieris vnq̄. Eccli.xj. Et diues ille indutus erat purpura x byffo ad fuam oftentationē. Luc.xvj.de hac.xxj.q.iiij. c.j.x.c.di.contra morem. Jam religiofi irreligiofi contra eorum regulas x ftatuta in veftibus preciofitatē querūt/ fi poffunt/non vtilitatem. Longitudo per terrā ferpit.plicatur cū futuris fubtiliffimis.multe funt.capitia poft nates defcendūt.amplitudo ei⁹ vt tentorium eft. Chordula minorum fubtilis x alba plurimis nodulis terrā tangit. Quod a Frācifco humili pro dedecore datū eft:priuign⁹ eius accipit ad decorē. Crucis habit⁹ crucē cōculcat.quales foris tales intus.xlj.di.§.fi. Uide.j.§.fe.ẜ.contra fuperbiam ornatuū in ifto ar.x in.ẜ.in qua preciofitate.cum.ij. fe. Jtem eft in actu.ps̄.c. Non habitabit in medio domus mee qui facit fuperbiam. Exemplū de Nemroth fuperbo robufto hominū oppreffore. Gene.x.vj.di.§.fi.in fi. Jtē fuperbia in ẜbo.ficut i Antiocho.ij. Macha.ix. Et in Sennacherib x Rapface principe fuo. Efa.xxxvj.x.xxxvij.ps̄.xvj Os eorum locutum eft fuperbiam.xlvj.di.c.j.de pe.di.ij.fi eni.vltra mediū.ẜ.nonne.ibi.loquūtur grandia. Et tot⁹ eorum fermo fuperbia eft. Quod ad literā religiofos precipue tangit.q: x in difputationibus et predicationibus x cōmunibus locutionibus arrogāter x pōpatice loquūtur:x actus x figna fupbie oftendunt:x fe extollunt x laudant:x noua x fubtilia fari geftiūt:x fuas opiniones magnificare:x alioꝶ deprimere x conculcare.nec patiuntur fibi ab aliquo cōtradici.x oftentant que fciunt x nefciunt x que non intelligūt frequenter exponūt x fimulant fe intelligere.qd̄ prohibet Chalcedonenfe conciliū.xviij.q.ij. quidam monachorū. Et contra illud quod dicit Ambro. in li.de officijs:x eft.xj.q.iij.fiquis vero.ibi. Quoniā veritatis ea regula eft:vt nihil facias cōmendandi caufa tui quo minor alius fiat.neq fi aliquid boni operis habeas: id ad deformationem alterius x vituperationē exerceas. Nam x alioꝶ honores non debent effe alijs occafio nocēdi.C.de ftatuis x imagi.l.vlti. Nec aliquis debet appetere per quod honor alioꝶ imminuatur.xcix.di.nullus. Jtem fuperbia in loco.ps̄.lxxiij. Superbia eoꝶ qui te oderunt afcendit femper. Et tales religiofi appetunt ad literā primas cathedras in fynagogis:x primos accubit⁹ in cenis Mat.xxiij.vbi Rabanus. Notandū q̄ non falutari in foro/non primo federe vel difcūbere vetat eos quibus hoc officij ratione competit:fed eos qui hec fiue habita fiue non habita indebite amant:a fidelibus quafi improbos docet eos cauendos. De fupbia pro loco vel in loco.xlviij. di.§.j.cum.ij.c.fe.ẜ.elatio. Et fuperbia ꝓprie diabolo attribuitur. Luc.xiiij. Recūbe in nouiffimo loco. ¶ E Contra hanc quadruplicem fpeciem fuperbie attende chrifti quadruplicem humilitatē. Luc.ij. Jnuenieritis infantem.i. non fantem/contra fuperbiā in verbo. Pānis inuolutum contra fuperbiā in ornatu. Et inuolutū/contra fuperbiā in actu manuum vel inceffu pedum. Pofitum in prefepio contra fuperbiā in loco. ¶ F Jtem Greg. quadruplicē fuperbiam ponit principaliter in moralibus. Una eft quū quis quod habet/a deo fe habere non recognofcit. contra illud Ro.xj. Quis prior dedit illi:x retribuetur ei?quoniā ex ipfo/x per ipfum/x in ipfo funt omnia. Et.j.ad Corin. iiij. Quid habes quod nō accepifti? Si autē accepifti: qd̄ gloriaris quafi non acceperis? Unus magn⁹ gradus humilitatis eft in homine/cognofcere fempfe effe contrariū bono fuo. Ramus humilitatis x donū eft/reddere aliena x non fibi appropriare ea.hoc eft oia bona deo attribuere cuius funt:x fibi mala. Jac.j. Omne donum xc.ij.q.j.q̄ pio. Beatus qui fe habet vilem corā hominibus: ficut fe vilem inuenit coram deo. Beatus qui fe iudicat nunc q: non veniet in aliud iudicium.j. Cor.xj.de pe.di.j. iudicet. Beat⁹ hō q̄ ambulat fideliter ad iudicium x ad obedientiā alterius. Hoc eni fecerunt apoftoli etiā repleti iam fpiritu fancto.xxj.di.in nouo.xciij.di.qui cathedram. Qui vult pacem x trāquillitatem habere:omnem hominem reputet fuperiorem fuū x dominum. Luc.xxij. Qui maior eft in vobis fiat ficut minor. Jdem Matthei.xx. Beat⁹ ille qui non vult videri in fuis verbis x moribus:nifi in illa compofitione in qua diuina gratia cōpofuit eum. Mat.vj. Attendite ne iuftitiā veftrā faciatis corā hoibus vt videamini ab eis. ¶ Alia eft quum quod habet boni tēporalis vel fpiritualis/fuis meritis fe reputat habuiffe.contra id j.ad Cor.xv. Gratia dei fum id quod fum. Si autē gratia iam non ex operibus:alioquin gratia iam non eft gratia Ad roma.xj.j.q.j.gratia. ¶ Alia eft quū quis fe iactat vel reputat habere quod non habet.contra id Apoca.iij. Dicis q̄ diues fum x locupletatus:x nulli⁹ egeo:x nefcis q: tu es mifer x mifcrabilis x paup x cecus x nudus. ¶ Alia eft quum quis nō appetit q̄ aliquis habeat qd̄ ipfe habet x fingulariter vult in omnibus apparere. Jfta eft fupbia iftius euangelici pharifei. Luce.xviij.qui afcendit in templum/dicens. Non fum ficut ceteri hominum. Jfti inuidi funt filij fuperboꝶ.q: mater inuidie fm Aug.fupbia eft. vnde dicit. Tolle matrē: non erit filia.q: fuperbus parē non patitur.ficut patet in lucifero. Efa.xiiij.x de pe.dif.ij. principium. Adde hic qd̄ fcripfi.j.§.pro.ẜ.j. ¶ Joā.caffi. in.xij.li.de fpiritu fuperbie. Hui⁹ beftie immanis x feuiffime duo funt genera. Unū quo fpirituales viri.fummiq pulfantur. Aliud quo incipientes penitētiam carnalefq cōplectitur. Quemadmodū vero hui⁹ morbi virus perniciofiffimū deuitemus/inftrui poterimus:fi ruine angelice caufas atq originem profequamur. Efa.xiiij. Lucifer namq indutus diuina claritate/x inter ceteras fuperbas virtutes cōditoris largitate prefulgens.de pe.dift.ij.principium.x fplendorē fapientie et virtutum plenitudinē q ornabatur gratia conditoris nature fue potentia nō munificentie illius beneficio fe credidit obtinere. Et ob hoc elatus tamq̄ qui ad perfeuerantiam puritatis huius diuino non egeret auxilio:deo fe fimilem iudicauit: vtpote qui nullius indigeret.ps̄.xv. Bonorum meoꝶ non indiges.quemadmodum deus auxilio liberi fcilicet arbitrij libertate confifus per illam credens affluēter fibimet oia fuppeditari

Supbia quadruplex.

suppeditari que ad consummationē virtutum vel per/
ennitatē summe beatitudinis ptinerent. Hec ei sola co/
gitatio facta ruina est. ob quā desertus a deo quo se cre/
didit nō egere. instabilis repente ac nutabūdus effect⁹/
⁊ infirmitatem ꝓprie nature ꝯsensit: ⁊ beatitudinē qua
dei munere fruebatur amisit. Et quia dilexit. ps.li. v̄ba
precipitationis: quibus diperat/scꝫ corde/ In celum con
scendam. ⁊ linguaꝫ dolosam qua vel de se dixit. Esa.xiiij.
Ero similis altissimo. vel de Adā ⁊ Eua. Eritis sicut dij.
Gen.ij. ps.li. deus destruet illum in finem. euellet eum. ⁊
emigrabit de tabernaculo suo: ⁊ radicem suam (supbos
charactere superbie infectos. Apoca.xx.) de terra viuen
tium. Tunc ruinam eius iusti videntes timebunt/ electi
⁊ boni angeli. de ꝑe. dist.i. hi duo. ⁊ super eum ridebunt
dicentes. (Quod etiā ad hos qui sine protectione ⁊ au/
xilio dei summū bonum perficere confidunt. xxiiij.q.iij.
quidam. ꝟ. pelagiani. ex̄ de here. ad nostrū. ꝟ. v. in clemē.
fustissime dirigetur.) Ecce homo qui nō posuit deū ad/
iutorem suū. sꝫ sperauit in multitudine diuitiarum sua/
rum. ⁊ preualuit in vanitate sua. ¶ G Contra hanc su/
perbiam Dauid ps.cxx. Domine non est exaltatum cor
meū: neqꝫ elati sunt oculi mei. Neqꝫ ambulaui i magnis
neqꝫ in mirabilibus super me. Si non humiliter sentie/
bam ⁊c. Et iterum. ps.c. Non habitabit in medio dom⁹
mee qui facit superbiam. Iterum orat. Non veniat mihi
pes. scꝫ affectus superbie. sciens quia deus superbis resi
stit. Jac.iiij. ⁊.i. Pe.v. Sed notādum quare singulariter
Cur de⁹ resistere dicat̄ su/pbis. dicitur ꝙ deus superbis resistat. Alia namqꝫ vitia vel in
vnūquēqꝫ delinquentium tantūmodo retorquentur. vel
in suos participes. i. in alios hoies vident̄ admitti. Hoc
vero ꝓprie pertingit ad deum: ⁊ eum specialiter dignuꝫ
est habere contrariū. Item q: sicut deus dicit/ Ego sum
Exo.iij. Jo.viij. Ita ois superb⁹ dicit/ Ego sum scꝫ bon⁹
sapiēs/ pulcher/ nobilis/ diues. Apoc.iij. ⁊ supra vbi alia.
⁊ sic quodāmodo deum se facit. sicut sathan deo simileꝫ
se esse voluit. Esa.xiiij. Unde Ezech.xxviij. Dixisti. Deus
ego sum. ⁊ in cathedra dei sedi. Hanc supbiam luciferi
christus sua humilitate curauit. Ille dicit/ in celū conscē
dam. Esa.xiiij. Iste dicit. in ps.cxlij. Humiliata est in ter/
ra vita mea. Ille dicit/ Ero similis altissimo. Iste quū in
forma dei esset: semetipsum exinaniuit ⁊ humiliauit for/
mā serui accipiēs. Phil.ij. Ille dicit. Esa.xiiij. Sup astra
dei exaltabo soliū meuꝫ. Iste dicit. Mat.xi. Discite a me
q: mitis sum ⁊ humilis corde. Ille dicit. Nescio dominū:
⁊ israel nō dimitto. Exo.v. Iste dicit/ Si dixero quia non
noui eū: ero similis vobis mendax. Jo.viij. Quidam fra
ter ꝓbatissimo seni cōfessus est. vitio carnis se grauissi/
me impugnari. Nā ꝯtra vsum nature desiderio patiēdi
magis ꝙ inferēdi ignominiā intolerabili estu libidinis
vrebatur. Uide qd̄ no. xxxij.q.vij. adulterij. in glos.ij. Cui
senior originē morbi preuidens grauiter ingemiscēs ait.
Tā nequā spūi tradi te dn̄s nequaꝙ ꝑmisisset nisi aliqd
blasphemasses in eum. qd̄ ille cōfessus est. scꝫ in dei filiuꝫ
Indicia supbie. se cogitatione impia blasphemasse. ¶ H His indicijs
supbia agnoscitur. Inest primit⁹ in loquela eius clamor.
In taciturnitate amaritudo. Excelsus ⁊ effusus in leti/
tia. Risus irrationabilis. In serietate tristitia. In respō
sione rancor. Facilitas in sermone. Uerba passim sine vl
la cordis grauitate erumpentia. Expers patiētie. Incō/
passiuus. Audax ad cōtumelias irrogandas. Ad tolerā
dum pusillanimis. Ad obediendūꝫ difficilis. nisi in quo
eum desiderium suū voluntasqꝫ preuenerit. Ad recipien
dam exhortationē implacabilis. Ad resecandas volūta/
tes infirmus. Ad succūbenduꝫ alijs durissimus. sempqꝫ
suas definitiones statuere cōtendens: ipse vero nequaꝙ
cedere alterius acquiescens. Et ita fit vt incapax cōsilij
salutaris effectus/ suo potius credat ꝙ iudicio seniorū.
Nullo modo poterit in aīa virtutum structura consurge
re: nisi prius iacta fuerint vere humilitatis in corde no/
stro fundamina: que firmissime collocata perfectionis ⁊
charitatis culmen valeant sustinere. ita videlꝫ vt primū
fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis ex/
hibeamus affectu: in nullo scꝫ acquiescentes eos contri/
stare vel ledere. qd̄ nullatenus poterim⁹ implere: nisi re/
nūtiatio vera/ que in expoliatione omniū facultatum ac
nuditate consistit: in nobis fuerit christi amore fundata.
Deinde obedientie iugum et subiectio simplici corde ac
sine vlla fuerit simulatione suscepta. ita vt preter abba/
tis mandatum nulla penitus voluntas viuat in nobis.
Quod nō alius poterit obseruare: nisi qui non solum se
mortuū huic mundo/ verum insipientem iudicauerit ac
stultum vniuersaqꝫ que fuerint a senioribus imperata/
sine vlla discretione perficiat sacrosancta ea credens ac
diuinitus ꝓmulgata. hucusqꝫ Joā. cass. ¶ Superbia est
timor animi repletus sanie. Aduēt. n. supbie renodoxia
nuntiat. Ne dederis in supbiam animā tuam: ⁊ non vide
bis phantasias horribiles. Anima supbi derelinquitur a
deo: ⁊ demonū efficitur gaudium. Per diem conturbat̄
cogitationū formidine. ⁊ vmbram auiū expauescit. Uox
folij superbo fauorem incutit. Superbus monachus ar/
bor sine radice: ⁊ non sufferet impetus ventorum. Quā
do conscenderis in virtutum culmina: tunc tibi cautela
plurima necessaria est. Qui em̄ in pauimento ceciderit:
velocius surgit. Qui vero ab alto corruerit mortis pericu
lum sustinet. ¶ Egidius. Beatus qui abscondit reue/
lationem dn̄i. quia nihil occultum qd̄ non reuelet deus
quū vult. Siquis esset sanctior in hoc mundo: ⁊ reputa/
ret se viliorem de mūdo: in hoc esset humilitas. Humili/
tas nescit loqui. ⁊ patientia nō audet loqui. Humilitas
mihi esse videtur quasi fulgur. Sicut enim fulgur facit
percussiones terribiles: ⁊ postmodum nihil potest inue/
niri ex eo. sic humilitas dissipat omne peccatuꝫ: ⁊ est ini/
mica ois peccati: ⁊ facit hominēꝫ seipsum nihil reputari.
Per humilitatē inuenit homo gratiā coram deo ⁊ paceꝫ
cum hoibus. Sicut em̄ si aliquis magnus vellet mittere
filium ad aliquē locuꝫ: nō poneret eum super equū indo
mitum irosum ⁊ calcitrosum: sed super equū mansuetū
⁊ suauiter ambulantem. sic deus nō ponit gratiam suaꝫ
in superbis: sed humilibus. Chryso. Humilis a nulla ca/
pitur passione. non ira hunc molestare potest. non glorie
cupido. non emulatio. non zelotypia. Aug. Pergite viā
pede humilitatis. Ipse exaltat humiliter sequentes: quē
descendere non piguit adiacentes. Aug. Alta flectuntur
⁊ vacua replentur. Nūquid qui humilibus dat gratiam:
humili aufert datam? Jaco.iiij. Ergo argumentū supbie
est subtractio gratie. in ps.xviij. Et emundabo a delicto
maximo: glos. i. superbia. Eccli.x. Est odibilis coram deo
⁊ hominibus supbia. ⁊.i. Quid supbis terra ⁊ cinis? ⁊.i.
Initium supbie hois apostatare a deo. qm̄ ab eo qui fe/
cit illum recessit cor eius. qm̄ initium ois peccati est sup/
bia. qui tenuerit illam adimplebitur maledictis. i. vitijs.
Interlinearis glos. dicit. De supbia nascūtur schismata/
hereses/ detractiones/ inuidia/ verbositas/ iactantia/ cō/
tentiones ⁊ hmōi. Esa.xxviij. Ue corone supbie effraym
Sap.v. Quid profuit nobis supbia? dicūt dānati. Eccli.
iij. Synagoge supboꝝ non erit sanitas. Durissimū verbū
contra supbos/ ꝙ hoc vitium nō sanatur. Uitium supbie
caput est serpentis antiqui. Gen.iij. Ipsa conteret caput
tuuꝫ. Serpens modica percussione capitis extinguitur.
Hiero. Lubricus est antiquus serpens. nisi capite teneat/
tur. totus statim elabitur. Caput vitioꝝ superbiam fuge
re debemus. de quo capite/ Non est caput nequius super
caput colubri. Eccli.xxv. Extincto hoc capite facile alia vi
tia extinguūtur. Chryso. Tolle hoc vitium/ vt nō velint
hoies hoibus apparere: ⁊ sine labore omnia vitia resecā
tur. Dauid Goliath in fronte percutit ⁊ occidit. i. Regū
xvij. Et (sic em̄ interpretatur Dauid/ manu fortis.) sup/
biam extinguit. ⁊ israel. i. aīa videns deū liberat̄. ¶ Su/
perbia turris Babel est: que vult celum ꝑtingere. Gen.
xi. quia supbia precipue celestes ⁊ spirituales ⁊ religio/

sos impugnat. ⁊ magnam partem deijcit. ps. xc. Unde a dextris cadunt decē milia. Superbia nat. one celestes impetit mentes. Et frater Jacobus tudertinus ait. Superbia in celis sedet: humilitas in sterquilinio. sup illud ps xviij. Si mei nō fuerint do. tunc imacu. ero. ⁊ emū. a deli. maximo. Dicit glo. Uitium supbie vltimū redeuntib⁹ ad dñm: ⁊ primū recedentibus. Alijs vitijs fugientibus superbia in campo remanet: nō cessans ab impugnatione hoīs quādiu viuit. Item super pre. ꝟ. Tunc imaculatus ero. glos. Superbia est initiū ⁊ causa oīs peccati. qua qui caret vere est imaculatus. Job penult. Ipse est rex super omnes filios supbie. Grego. Euidentissimū signū reproboꝝ superbia est. humilitas electoꝝ. Quū ergo quis eaȝ habere cognoscitur: sub quo rege sit vel militet inuenit. Supbus imago diaboli est per similitudinē ⁊ eius characterem portat. Apoc. xix. Grego. Apostate angelo homo similis efficitur: dum homo hoībus similis esse dedignatur. Prouerb. xiij. Inter supbos semper iurgia sunt. In ps. i. In cathedra pestilentie non sedit. glos. Pestilentie est morbus late peruagatus: quo pene oēs inuoluuntur. hic est amor dominādi: quo vix caret aliquis. quoniā pauci euadunt quibus libido dominādi nō dñet. Bern. Fornicator semetipm dehonestat. Iniuriosus proximuȝ molestat. Elatus quātum in se est deum inhonorat. Gloriam meā alteri non dabo. Esa. xlij. ait dñs. Et superbus. Et ego eam mihi etsi non dederis vsurpabo. Job. xxxi. Osculatus sum manū meā ore meo. q̄ est iniquitas maxima. quia victoris sui gratiā negare conuincit. ad Roma. vij. Uictoria aūt per Jesum christuȝ. quisquis sibi tribuit qđ operatur. Item Greg. Quū omnia vitia a deo fugiant: sola supbia se deo opponit. Sup illud Job. xv. Pingui ceruice armat⁹ est. Ceruix est opulenta supbia affluētibus rebus. Augu. Uermis diuitiarū superbia est. Item Greg. Quāto coram hoībus est gloriosior: tanto coram deo ⁊ angelis eius eris vilior. Amos. vj. Detestor ego superbiā. Prouerb. vj. Odit deus oculos sublimes. Hugo de sancto victore. Supbia aufert mihi deum: inuidia proximū: ira meipm. Greg. Propter magnū pctm̄ superbie deus humilis venit. Phil. ij. Iste ingens morbus aiaruȝ oipotentem medicū de celo adduxit: vsq; ad formā serui humiliauit: cōtumelijs egit: ligno suspendit: vt salute tāte medicine curaretur hic tumor. Erubescat hō esse supbus: pp̄ter qđ factus est humilis deus. Esa. v. Humiliabitur vir: ⁊ oculi sublimium deprimentur. Hiere. lj. Ecce ego ad te mons pestifer. Abdi. j. Si exaltatus fueris ⁊c. ps. xxx. Retribuet abundanter facientibus superbiam.

¶ I Cadit per supbiā lucifer de celo. Esa. xiiij. xvj. q. ij. visis. xl. di. quelibet. Adā de paradiso. xl. dist. p. c. quelibet. ⁊ c. adam. de pe. di. ij. §. romanos. ꝟ. adam. ⁊ ꝟ. item sine charitate. ⁊ c. quō. c. pnceps. c. qm̄. Saul de regno. j. Reg. xv. de pe. di. ij. fugerat. Cayn a dei grā. q: superbus pctm̄ noluit cōfiteri. Gen̄. iiij. de pe. di. j. §. ex his. ꝟ. cayn quoq; ⁊ c. serpens. Roboam priuatur decem tribubus. qui ait. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. iij. Reg. xij. vij. q. j. deniq;. Sennacherib punit. Esa. xxxvij. Supbia tua ascendit ⁊c. Nabuchodonosor. Daniel. v. de pe. dis. j. §. ex his. ꝟ. nabuchodonosor quoq;. c. queobrem. Et Holofernes. Judith. vj. ⁊ xiiij. ⁊ xv. Et Aman. Hester vij. Antiochus. ij. Macha. ix. Phariseus. Luce. xviij. Petrus presumens. Matth. xxvj. l. di. fidelior. Prouerb. xv. Abominatio dñi est oīs arrogans. Sap. iiij. Dirūpet de⁹ inflatos. Super illud. j. Macha. vj. de Eleazaro elephātem interficiente. ⁊ ab eo oppressus est. glos. Sub hoste quē occidit moritur: qui de culpa quā superat eleuatur. Grego. Ualde male diiudicant: qui ad mercedem eoruȝ sufficere humanos fauores putāt. Itē. Quū p bono ope laus trāsitoria qrit: res eterna retributione digna vili precio vendit. Job. xviij. Cōsumat brachia ipsi⁹ pmogenita mors. glos. ibi pmogenita mors est supbia initiū oīs pcti glos. sup illud Jo. vj. Hec est volūtas ei⁹. De tumētib⁹ perit. de pusillis nihil. Eccli. iij. Synagoge superborū non erit sanitas. Job. xv. Cūctis dieb⁹ vite sue supbit impi⁹. Aug. Nemo insanabilior eo qui sibi sanus videt. Bern. Scio lōge esse a salute membrū quod obstupuit: ⁊ egrū se non sentientem periculosius laborare. Seneca. Ideo ad sanitatem difficulter puenimus: q: nos egrotare nescimus. Supbus nō videt. Aug. Tumor claudebat oculos meos. ⁊ ideo non timet. Timor dñi sanctus oēm tumorem expellit. ⁊ custodit oīa illa bona que nō possunt dici nec cogitari. qđ donū quia magnū est: paucis datuȝ est. Qui nō timet: ostendit se nō habere quod perdit. Timor dei regit homies: ⁊ facit eos venire in gratiam dei. quā si homo habet: timor dei conseruat eam. ⁊ si non habet: facit ad eam puenire. Omnes creature que ceciderūt: nunq̄ cecidissent: si h̄ donū habuissent. Eccli. xxvij. Si non in timore dei firmaueris te instanter: cito subuertetur domus tua. Hoc sanctū donū nō est nisi sanctoꝝ et sanctarū. ⁊ qn̄ aliquis est magis gratiosus: magis est humilis ⁊ timoratus.

inuidia Romani culminis.et in glos.i. extollentia. De in-
uidia episcoporum.xcv.dist. ecce.ibi. Nemo hic episcoporꝫ
inuidia diabolice tētationis inflatus irascatur: si plebem
interdum exhortētur presbyteri ⁊c. et.c.esto subiectus.ibi.
Pessime consuetudinis est in quibusdam ecclesijs,tacere
presbyteros: ⁊ presentibus episcopis non loqui:quasi eis
inuideāt,aut eos dedignētur audire. Hec inuidia in inte-
rioribus medullis est recondita.vt dicit.ix.synodus.de pe
ni.dist.ij.c.j. Clericus in vitio inuidie permanēs nō debet
promoueri.xlvj.dist.clericus inuidens.

℄ Articulus.lxxx.

vt omnes honoꝛificent filium: sicut honoꝛificāt patrem.i.
pꝛofiteantur in eo maiestatē patri equalē: vt qui visus est
infirmus et iudicatus in carne: cōferatur ei potestas iudi-
cādi: que sit declaratiua maiestatis. Act.x. Ipse est qui cō-
stitutus est iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. ex̄ de sum.tri.c.j.§.hec
sancta. et in symbolis/ Credo. et Quicūꝙ vult.j. Coꝛ.iiij.
Nolite ante tempus iudicare. cū ijs que ibi sunt. Bernar.
Nō vsurpo mihi vel super me seruus filij potestatem. Nec
me adnumero illis de quibus cōqueri ita solet/ Tulerunt
homines a me iudiciū. Pater nō iudicat quēꝙ: sed omne
iudiciū dedit filio: et ego mihi pꝛesumā quod nec ipse pa-
ter assumit? Velim nolim ipse/me adstare opoꝛtet ipsi: et
hoꝝ que gessi in coꝛpoꝛe reddere rationē. ex̄ de pe. ⁊ remis.
cū ex eo. cui nec verbū pꝛeteruolat: nec subterfugit cogita
tus. de hoc.ij.q.j.multi.vj.q.j.si oīa. xxx.q.v lti. incerta. cū.c.
seq. Roma.xiiij. et.ij. Coꝛ.v. Unde et detractoꝛes pꝛopꝛie
dicuntur deo odibiles. Roma.j.q: quod est dei pꝛopꝛium
scʒ iudicare ⁊ condēnare. Luc.vj. vsurpāt sibi. Unde Job.
xix. Quare me persequimini sicut deus. iudicādo scʒ de oc
cultis. xxxij.dist. erubescāt. xxxij.q.v. chꝛistiana. ⁊ carnibus
meis saturamini? Seneca. De te apud te mala existima: et
tecū maxime tracta qd̄ in te infirmissimū senseris. Quum
quidā laudaret quendā fratrē ꝙ malū hoꝛreret: dixit ab-
bas Pemen̄. Ille hoꝛret mala: qui sua peccata hoꝛret: et
oēm fratrē suū beatificat. Interrogatus abbas Pemen̄.
quō potest homo cauere a detrahendo: respondit. Ego et
pꝛoximus meus due sumus imagines. quū ergo imaginē
meā respexero: ⁊ repꝛehēdo me: inuenit̄ imago fratris mei
apud me venerabilis. qn̄ aūt meā laudauero: tūc imaginē
fratris mei pꝛauā respicio. Tūc ergo de alio nō detrahā: si
semper repꝛehēdero meipsuʒ. Hec in vitis patrū. Ber. No
li esse aliene vite aut temerarius iudex: aut curiosus explo
ratoꝛ. Acuti ⁊ celeres ⁊ districti rationis positoꝛes ⁊ deli-
ctoꝛuʒ pꝛoximi exactoꝛes existētes hoc vitiū patiunt̄. ex eo
ꝙ de suis offensionibus perfectā memoꝛiā nondū assum-
pserunt. Quia em̄ nō de pꝛopꝛijs curā gerūt: sub peccatis
alioꝝ obligati succumbūt. Si em̄ aliquis sua mala nō dis-
simularet: nullius alterius decetero curam gereret: existi-
mans nec sibi tēpus sufficere ad pꝛopꝛiū luctū: etiā si cē-
tum vixerit annis: atꝙ Joꝛdanē totū fluuiū lachꝛymans
ex suis oculis viderit pꝛocedentē. Murmurantiū et fasci-
nantiū mala argumentuʒ hoc esse cognosce: q: doctrinas
et res et negocia libenter ⁊ facile vituperant: et a spiritu
odij trahunt miserāde summersi. Bonus racemoꝛū colle-
ctoꝛ maturos edens/nihil vuarū acerbarū colligit. et ha-
bens pꝛudentē mentē/quascūꝙ virtutes in alijs inspexe-
rit: festinus notabit solicite. Insipiēs vero querelas ⁊ de-
fectus scrutabit̄. de quo et dicit̄ in ps̄. lxiij. Scrutati sunt
iniquitates defecerūt scrutātes scrutinio. Nec tuis oculis
vidēs dijudica. Plerūꝙ et em̄ ipsi seducunt̄ ⁊ errāt. xxvij.
q.j. nec aliqua. et ex̄ de pꝛoba. causam. Climacus in.x.gra-
du de detractione. Comparat̄ detractoꝛ cani. Matth.vij.
Nolite sanctum dare canibus. xj.q.iij. nolite. ex̄ de simo.ca.
ex diligēti.§.si.ibi. Cōtra latrantiū moꝛsus. Sapientie.j. A
detractione parcite lingue. Maxime detractio cauēda in
cōuiuijs. Pꝛouer.xxiij. Noli esse in conuiuijs potatoꝝ: nec
in comessationibus eoꝝ qui carnes cōferunt ad vescendū.
glos. Carnes ad vescendū cōferre/ē in collocutiōe deroga
tionis vicissim pꝛoximoꝝ vitia dicere. de hoc.xliiij.dist.con
uiuia. vbi in glos.j. ponunt̄ versus Aug.

Quisquis amat dictis absentis rodere vitam:
Hanc mensaʒ indignā nouerit esse sibi.

Cōparat̄ etiā detractoꝛ serpenti. Eccs.x. Quō si moꝛdeat
serpēs in silētio ⁊c. Jaco.iij. Lingua ē inquietū malū: ple-
na veneno moꝛtifero. Pꝛoditoꝛ autē quos retro moꝛdet
absentes: pñtes amare simulat. nec detrahit nisi vbi de si-
lētio cōfidit. Pꝛouerb.xxx. Est generatio que pꝛo dētibus
gladios habet. ps̄.lvj. Filij eoꝛum arma ⁊ sagitta ⁊ lingua
eoꝛū gladius acutus. de peni.dist.j. periculose. et ps̄. lviij.
Et gladius in labijs eoꝛū. Cōparantur tales sepulcro pa-
tenti et fetenti cōtinue. ps̄.v. Sepulcrū patens est guttur
eoꝝ: linguis suis dolose agebant: iudica illos deus. q: ipsi
alios iudicant. Luc.vj. Nō sentit̄ iste fetoꝛ inter religiosos:
q: omnes sunt cōmuniter detractoꝛes maxime alterutrū.
Ber. Ubi omēs fetidi sunt: vnius fetoꝛ minime sentitur.
Sūt etiā similes Ciconie que venenatis animalibus pa-
scitur. ps̄.ix. Cui⁹ os maledictione plenū est. Peioꝛes sunt
furib⁹. vj.q.j. deterioꝛes. Ambꝛo. Tolerabilioꝛes sunt qui
vestes ⁊ alia nostra bona diripiunt: ꝙ qui famā nostrā la-
cerāt. q: Pꝛouer.xxij. Melius nomen bonū ꝙ multe diui
tie. Hiere.ix. Unusquisꝙ carnes sui amici comedit. Un-
de dixit hyperitius senex. Melius est comedere carnes ⁊
bibere vinum: ꝙ comedere vituperando carnes fratrum.
Gꝛego. Quid aliud detrahentes faciūt: nisi in puluerem
sufflant: ⁊ in oculos suos terrā excitant: vt vnde plus de-
tractionis perflant/inde magis nihil veritatis videāt. xj.
q.iij. inter verba. versicu. archidiaconus. Mirū est hoc vi-
tium detractionis quum charitatē que deus est.j. Jo. iiij.
et quidē ceteris acrius impugnare ⁊ persequi cognoscat̄.
Queādmoduʒ poteris admittere. Omnis qui detrahit:
pꝛimum quidē seipsum pꝛodit vacuū charitate. inde quid
aliud detrahendo intendit: nisi vt is cui detrahit̄/veniat
in odium vel cōtemptū ipsis apud quos detrahitur. Coꝛ
siquidē felle liuoꝛis amarū per lingue instrumentuʒ spar-
gere nisi amaroꝛē nō potest. dicente dn̄o Mat.xij. Ex abū
dantia coꝛdis os loquit̄. Phs. Pꝛopꝛium est aliena vitia
cernere: ⁊ sua obliuisci. Moyses tollens secū spoꝛtā vete-
rem plenam arena retro/⁊ ante parū/intrauit in medium
fratrū qui quēdam fratrē culpabilē dijudicabāt. ⁊ mirāti-
bus illis dixit. Arena multa que retro ē: peccata mea sunt
multa ⁊ grauia: que nō video. modica arena ante/sunt pec
cata pꝛoximi modica: que cōtinue iudico. In vitis patruʒ.
Solebat dicere abbas Joan. Paruā sarcinā dimisimus.i.
nosmetipsos repꝛehēdere: et grauē poꝛtare elegimus.i. vt
nos iustificemus ⁊ alios cōdemnemus. Dixerunt patres.
Hec est via salutis: se repꝛehēdere ⁊ alios excusare. Unus
patrū videns aliū peccantē dixit cū fletu. Ue mihi: q: sicut
iste hodie peccat: sic ⁊ ego die crastino. Et monebat disci-
pulum suū dicēs. Quāuis aliquis te pꝛesente peccauerit:
ne cōdemnes eū. sed sic apud te sit/tāꝙ tu plus pecces eoꝛ
ꝙuis ille sit secularis: nisi foꝛte ꝯtra deū blasphemauerit:
quod est heresis. Dixit abbas Theodoꝛus cuidā. Si mo-
nachus reuertatur ad seculū: nō mireris: sed magis stupe
si quis potuit insidias diaboli euadere. Abbas Isaac ius-
sit expelli de cenobio fratrē negligentē. dū ergo reuertere
tur in desertū in cellaʒ suā: angelus dn̄i stetit ante ostium
celle: dicēs ei. Non te permitto ingredi. Et ille rogabat vt
ei culpa manifestaret̄. Et respōdit angelus. Deus me trās
misit dicens. Uade dic Isaac. Ubi iubes vt mittamus illū
fratrē qui peccauit? At ille mox dixit/ Peccaui dn̄e: indul-
ge mihi. Et dixit angelus. Exurge: indulget tibi deus. sed
nec hoc iterū facias vt quemcūꝙ cōdemnes anteꝙ deus
illū iudicet. Tulerūt em̄ homines iudiciū meū: et nō mihi
illud permittunt. dicit deus. Hoc aūt dictū est: q: si cōtige
rit de illis perfectis aliquē vel in paruo peccare: mox pꝛo-
ditur. Hec in vitis patrū. ¶ Sic detractoꝛ peccata quib⁹
plenus est non videt: sed aliena. Pꝛouer. xxiiij. Cū detra-
ctoꝛibus ne cōmiscearis: qm̄ repente consurget perditio
eoꝛum. glos. ibi. Hoc specialiter vitio periclitatur totū pe-
ne genus humanū. quum omnis detractio sit periculosa:
maxime illa que fit contra patrē carnalē vel spiritualē. vn-
de maledicitur Cham in semine: q: derisit patreʒ. Gen̄.ix.
j.q.iiij.§. itē peccato Achoꝛ. versicu. Itē Cham. xxvj.dist. in
scripturis. Exo.xxij. Dijs. glos.i. sacerdotib⁹. nō detrahes.
et iterū glos. Quuʒ omnis detractio perniciosa sit in alijs
sacerdotibus perniciosioꝛ.ij. Reg. vj. legitur de Oza per-
cusso a domino: quia manū ad arcam extendit. Manū ad
arcam ponere/est pꝛelatum arguere: et de eo murmurare
vel detrahere.ij.q.vij.§. de his. versicu. itē legitur. Gꝛego.
Multi dū vitā sacerdotū plus ꝙ suā discutiunt: in erroꝛis

foueam dilabunt. Magna enim trabe vulneratos oculos
habentes/eamq negligentes/festucã tenuẽ in alioꝝ ocu-
lis conspiciunt ₜc.j.q.j.multi. ¶ Contra audientes detra-
ctatores Prouerbio.iiij. Detrahẽtia labia sint procul a te.
et.xxiiij. Noli esse in cõuiuijs ₜc.ₜ.xxiiij. Cũ detractoribus
ₜc.ₜ Eccli.xxviij. Sepi aures tuas spinis. Bern. Detrahe
re vel detrahentẽ audire/qđ hoꝝ damnabilius sit nõ faci-
le dixerim. Hiero. Nemo inuito auditore libẽter refert.vj.
q.j.ex merito. Si deesset auditor: deesset detractor. Cõtra
detractores etiam Job.xix. Quare persequimini me sicut
de⁹:ₜ carnib⁹ meis saturamini:.i.detrahẽdo. ¶ Tri-
Detractionis triplex species.
plex etiam est species pestis huius: scilꝫ aperta/dissimula
toria/ₜ replicatoria. Aperta est illoꝝ qui auide ₜ inuerecũ
de sicut in buccã venerit feroces detractionis emittunt. de
quibus ps.v. Sepulcrũ patens est ₜc. Seneca. Non refert
an superius an inferius intonet. magis enim superius feret.
vnde tales abominabiles sunt. Prouer.xxiiij. Abomiatio
hominum detractor. Dissimulatoria illoꝝ qui verecundia
quadã obumbrant: et primo premittũt suspiria: vt magis
compatiendo q̃ detrahendo credantur dicere verba. Di-
cunt etiã se diligere illos quibus detrahunt. dicunt etiam
maligni q ille cui volunt detrahere bonus est. ₜ incipiunt
eum laudare. sed cauda scorpionis percutiũt: dicẽtes ha-
bet tamen talẽ defectum vel tale peccatũ. Contra istos di
ctum est.š.versicu.cõparatur. Si mordeat serpens in silẽ-
tio ₜc. Replicatoria est illoꝝ qui verecũdant primo aperi-
re os: sed mox vt alij incipiunt: ipsi ponũt bolũ: ₜ symboli
zant. cõtra quos.š.versicu.cõparat.dixi. Noli esse ₜc. Sicut
susurrans serpens Euã de paradiso excussit: Ita qui fra-
tri suo detrahit: nõ solũ suã/sed audientis animã perdit.
Dixit hyperitius. Cuidã patri presbyter cõsueuerat hostiã
consecrare. quidã presbyterũ accusauit. pater scandaliza-
tus noluit ab eo cõmunionẽ recipere. discedente presbyte
ro facta est vox ad solitarium dicens. Et subito factus in
extasi vidit lacũ aureum: ₜ funez aureũ: ₜ aquã optimã: ₜ
quẽdam leprosum haurientẽ de lacu aquam ₜ transfundẽ
tem. quum autem vellet senex qui hoc videbat bibere: non
bibebat ex eo q leprosus esset qui hauriebat. Et ecce iterũ
ad senẽ vox dicens/Cur non bibis ex aqua hac? Qualem
causam habet qui haurit? ille tantũmodo haurit: ₜ trans-
fundit. Quum ergo inde reuersus fuisset senex: ₜ habuis-
set districtionẽ visionis: vocauit presbyterũ: et cõmunica-
uit ab eo sicut prius. ad hec.j.q.j.§.sed obijcitur.c.si fuerit.
cũ.c.seq. vsq ad.§.sed notandũ.ₜ.xv.q.si.c.si. ¶ Hi detra-
ctores signantur per bestiã de qua danielis.vij. Bestia si-
milis vrso in parte stetit: et tres ordines dentium in ore
ei⁹:ₜ sic dicebant ei. Surge: comede carnes plurimas. De
tractor est vrsus vorax viuarũ carniũ. Et inquietus: quia
assuetus detractionibus nunq̃ quiescit: modo cũ vno mo
do cum alio. Et in abditis moraṫ:q: detractor prout com-
muniter/in occulto detrahit. Caput habet debile: pcipue
nares: q: si cõtradicatur detractori: frangiṫ a detractione.
Tres ordines dẽtiũ habet: q: manifesta mala exaggerat:
et occulta publicat: qđ est diffamare. Dubia in deteriorem
partẽ interpretatur: qđ est proprie derogare. Aperta bo-
na que negare nõ põt/diminuit ₜ obscurat: qđ est detrahe
re. contra tales aures sunt sepiende spinis.i. peccatis pro
prijs vt non audias aliena. Eccli. xxiiij. Sepi aures tuas
spinis. Hiero. Sicut sagitta si mittaṫ contra durã materiã
nonnũq̃ in mittentẽ reuertitur: ₜ vulnerat dirigentẽ: Ita
detractor quum tristẽ faciem viderit audientis: immo nec
audientis quidẽ: sed obturantis aures suas ne audiat iu
dicium sanguinis: ilico conticescit: pallet vultus. heret la-
bijs. saliua siccatur. Prouerbio.xxv. Uentus aquilo dissi-
pat pluuias. facies tristis linguã detrahentẽ. Cõtra tales
Bern. aspere intonat dicẽs/Lingua maledica illius cui
detrahit percutiens cõscientiam/ et eius qui audit vulne-
rans charitatem/secum pariter vtrũq perimit. Numquid
non vipera est: que tam letaliter inficit vno flatu? Nũquid
non lancea est: que tres penetrat vno ictu? Lingua (ps.
inquit) eoꝝ gladius acutus. de peni. dist.j. periculose. ps.
cxxxix. Acuerũt linguas suas sicut serpentes: venenũ aspi
dum sub labijs eoꝝ. ps.ix. Cuius os maledictione plenum
est ₜ amaritudine ₜ dolo: sub lingua eius labor et dolor.
Gladius quidẽ est anceps immo triceps lingua detracto
ris. crudelior est ipso mucrone quo latus dominicũ est cõ-
fossum. Fodit hic quoq corpus christi: fideles christi qui
sunt ecclesia que est corpus christi mysticum. xxiij.q.iij.pro
membris.et.q.v.de liguribus. de peni. dist.j.ecclesia. Mẽ
brum de membro nec iam exanime.i. sine anima. ex in de-
men.fidei.de sum.tri.fodit: sed facit exanime fodiẽdo. Ip-
sis quoq nocentior est spinis. Jo.xix.quas illi tã sublimi
capiti furor militaris imposuit. seu etiã clauis ferreis. ps.
xxj. Foderunt manus meas ₜ pedes meos. quos sanctissi-
mis manibus ₜ pedibus cõsummatio iudaice iniquitatis
infixit. Quare aũt deus permittat detractiones fieri: assi-
gnatur causa a Grego. dicente. Sunt plurimi qui vitã bo-
norum fortasse amplius q̃ debent laudãt. et nequa elatio
de laude subrepat: permittit oipotens deus malos in ob-
trectationẽ ₜ obiurgationẽ prorũpere. vt si qua culpa ab ore
laudantiũ i corde nasciṫ: ab ore vituperantiũ suffoceṫ. vj.
q.j.sunt plurimi. Quare etiã diabolus detractiões ₜ diffa
mationes suscitet poniṫ cã.ij.q.v.hꝫ hoc. Hꝫ h̃ propriũ an
tiqui hostis inuidia: vt quos improboꝝ actuũ perpetratio
ne deo sibi resistente deijcere nõ valet: opiniones eoꝝ fal-
sa ad presens simulãdo dilaceret. Scđm Climacum detra-
ctio est soboles odij: sanguisuga charitatis: sordes cordis
et oneris consiliatrix. Judas erat in medio discipuloꝝ: la-
tro vero in choro homicidarũ: ₜ mirũ quõ in vno momen
to est facta trãsmutatio scꝫ latronis saluati. Luc.xxiij.xxvj.
q.vj.si presbyter. et Jude suspẽsi. Mat.penulti.c.de peni.
dist.iij.sceleratior. Demones vel exhortanṫ ₜ nobis sugge
runt q peccemus: aut peccantes dijudicare: vt presertim
moliantur primũ: ₜ nos sic maculent. de peni. dist.ij. §.ro-
manos.ver.priceps.als.est.c.homicide. Uidi quosdã latẽ
ter ₜ nõ publice omnino dira et periculosa crimina perpe-
trantes: ₜ autumatione sue mundicie ficte vt nimis iusti.
ij.q.ij.§.his ita.ibi. Noli esse nimis iustus. aduersus eos in
stantes qui in minimis quibusdã ₜ publicis offendebant.
Detrahere est proprie anime interitus. Judicare est irre-
uerens rapina dei dignitatis. sm Climacũ. Quẽadmodũ
proprie reputationis elatio ₜ sine alia passione hominem
habentem perdere potest: Ita ₜ per seipsum solũ iudica-
re ₜ detrahere existens in nobis perfecte nos perdere va-
let. Et ex hoc ille phariseus cõdemnaṫ. Luc.xviij. Et quia
de vitio detractionis religiosorũ maxime tractaui: cauen-
dum est religiosis predicatoribus ne in suis sermonibus
et predicationibus prelatis ecclesiarum detrahant. ex de
priuile. et exces. religiosi. in clemẽ. Un̄ dicit Hiero. ad Ru-
sticum monachum. Non est humilitatis mee atq mensu-
re de ministris ecclesiarum sinistrũ quippiam dicere. Ha-
bent illi ordinem suum ₜ gradũ. xvj.q.j.si clericatus. Tul-
lius. Sepius vidi grauius offendere animos auditorum
eos qui aliena vitia aperte. quasi dicat in specie non in ge
nere. ex de offi. iudi. ordina. si sacerdos. dixerunt: q eos
qui commiserunt. Et hoc intelligendum est quum nomi-
natim detrahunt: vel per circumlocutionem: que vicẽ ha-
beat proprij nominis. arg. bo. ff. si certum petatur. l. lecta.
ex de testi. licet.iij. ex de consangui. et affini. tua nos. alias
in genere bene licet predicatori tangere vitia prelatorum.
quia contra vitia quorumcumq precipue est predicandũ
generaliter. Esaie.lviij. Annuntia populo meo scelera eo
rum: ₜ domui Jacob peccata eorum. Isti sunt prelati. Ja
cob interpretatur supplantator. et prelati precipue ha-
bent vitia supplantare: scilicet exemplo et doctrina ea
eneruare. xliij. distinctio. sit rector discretus. §. nũ. faciunt
bene ad hec que leguntur ₜ notãtur. viij.q.j.c.penul.ₜ vlti.
xi.q.iij.precipue. ex de vo. ₜ vo. redẽp. c. magne. §. preterea.
Unde dominus Mat. xxiij. Supra cathedrã Moysi ₜc.
j.q.j. omnia. c. non tales. xix. distinc. secundum. Licet ergo

possit sentire pruritũ nec semen emittere: nec est virgo nec inter virgines cõputabitur taliter corrupta. ¶ Quid de illa que vadit ad corruptorẽ vt corrũpatur: nec tñ sequitur corruptio? Quid etiam de cõiugata que cõsensit in carnalem copulã que secuta non est: nũquid fraudabitur aureola? Respõdeo in primo casu sm Hug. ꝙ si peniteat de corruptione mentis: nõ priuabitur aureola. quia sm Cancel. Parisiẽsem virginitas per penitẽtiã reparatur in illa que sola mente corrupta est. In scdo casu dic ꝙ si hmõi coniugata ante mortẽ peniteat de illo cõsensu: nõ fraudabitur aureola. alr̃ illã nõ habebit: si decesserit cũ proposito vtendi carnali copula si cõualescat. Sꝫ huic dicto repugnat factũ virginis gloriose: que consensit in carnalẽ copulã quũ despõsaretur Joseph. sm Aug. xxvij. q. ij. §. j. vbi btã Maria sm qd ibi dicitur ꝙ consensit in carnalem copulã nõ illam appetendo/ sed diuine inspirationi in vtroq; obediẽdo soluit dubiũ. Tenet etiã Hug. in palle. c. ille. ꝙ illa que ex furore libidinis puocat in se seminis effusionẽ: vel digito/ vel alio modo cõtra naturã rumpens sigillũ virginitatis sue: vel etiã supponẽdo se pecori/ vel ferro/ vel palo se corrũpit: potest inter virgines cõsecrari: et habebit aureolam si peniteat. Et ꝙ non amittitur virginitas nisi per mẽbrũ naturale. Que opinio nullo modo placet. et penitus est obscura: q: talis corrupta est qualitercumq; sit mẽte et corpore. et pro hoc facit. xxxij. q. iiij. meretrices. ꝛ. c. sequẽ. ꝛ xxxij. q. vij. nõ solum. xxviij. q. j. idololatria. quia pari ratione masculi et femine sodomite possent virgines iudicari. quod nõ est verum. Et ideo teneo ꝙ huiusmodi mulieres sic corrupte nõ sunt inter virgines cõsecrãde: nec habebũt aureolam: quãtũcũq; peniteãt. quia vt dictũ est. s. eo. ver. est autem. sm Aug. virginitas est in carne corruptibili ꝛc. Si quis vero vel aliqua in somnis patit̃ pollutionẽ. vj. di. testamentũ. aut dũ ludit cũ viro: aut turpitudinẽ aliquam cogitat: aut dũ a viro osculatur: aut tãgit̃ a viro: vel cũ vehemẽti carnis tentatione sese cõprimit vel cõstringit: ꝛ sic polluitur: nõ inde data ad hoc opera: nec ex pposito hoc fiat: per penitentiã poterit reparari: et ad virginitatem et ad aureolã: ꝛ inter virgines cõsecrari: q̃uis post hmõi nõ volũtariam pollutionẽ placuerit ei fecisse pollute de quo peniteat. Integritas vero carnis in ea que carnis op⁹ appetit: nõ est digna aureola si nõ penitet: alr̃ sec⁹. vt. s. ver. in. ij. casu. Hiero. Nihil prodest habere carnẽ virginem: si mẽte quis nupserit. Virginitas thesaurus abscõditus est in agro. Mat. xiij. Hui⁹ thesauri preciositas est/ vt non solũ preciũ glorie eterne que est cõmunis oĩbus sanctis habeat: sed etiã glorie specialis. et nõ solũ aurea/ sed corona aureola debeat̃. Exo. xxv. preceptũ fuit vt fieret mẽsa et super mẽsam corona aurea: ꝛ super aureã aureola. Hũc thesaurũ incorruptionis debemus emere vẽdita cõcupiscentia carnali: et abscõdere: ne sim⁹ virgines fatue absq; oleo letitie interioris. Mat. xxv. q: sm Grego. depredari desiderat qui thesaurũ publice in via portat. Hũc thesaurum habemus in vasis fictilibus. ij. ad Cor. iiij. Impreciabilis est iste thesaurus. Eccli. xxvj. Nõ est digna aĩe cõtinentis põderatio: nõ dicit corporis/ sed aĩe: q: ibi est virtus. vt. s. in. c. de pudicitia. ꝛ. c. ita ne. Lilio etiã virgines propter puritatẽ cõparãtur. Can. ij. Sicut liliũ inter spinas: sic amica mea inter filias. Folia istius lilij sunt illa que istã virginitatẽ cõseruãt. Sobrietas cibi ꝛ potus. Loth inebriat⁹ ppetrauit icestũ. Geñ. xix. xv. q. j. inebriauerũt. Luxuriosa res vinũ. Prouer. xx. xxxv. dis. luxuriosa. et. c. sexto. Hiero. Virgo vinũ fugiat p veneno. Itẽ labor et occupatio maxime circa scripturã diuinam. de cõse. di. v. nũq̃. Ezechiel. xvj. ex de renũ. nisi. §. verũ. Habitus asper nõ ornat⁹. Nume. xxv. Filij israel fornicati sunt cũ mulieribus Moab que se ornauerunt. j. ad Timo. ij. Nõ in tortis crinibus ornantes se aut auro. Custodia sensuũ ꝛ cohibitio ad vagandũ. Geñ. xxxiiij. de Dina vagãte corrupta. de peni. dist. v. c. j. ad finẽ. Mat. xxv. Quinq; aũt ex eis erãt fatue. glos. Aug. Vel p quinq; virgines significat̃ quinq;partita cõtinẽtia a carnis illecebris. Cõtinẽdus est em̃ animi appetitus a voluptate oculorũ/ auriũ/ olfaciẽdi/ gustãdi/ et tãgẽdi. Casta locutio. Seneca. A verbis turpibus abstineto: q: licẽtia eorũ impudicitiã nutrit. j. ad Cor. xv. Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Hiero. Sit sermo virginis prudens: modestus: rarus: nec tam eloquẽtia preciosus q̃ pudore. Solitudo. Solent em̃ animalia syluestria pulchriorẽ habere pellem q̃ domestica. Quia Thamar sola fuit ingressa ad germanũ: corrupta fuit ab eo. ij. Regũ. xiij. facit ex̃ de presump. literis. Hiero. Solẽt virgines q̃ vere sunt virgines semper pauide ꝛ nũq̃ secure esse: ꝛ vt caueãt timẽda/ etiã secura ptimescere. de occasionibus immunditie vide. s. §. de immũditia. in ar. lxxiij. et sequen. Virgo felix sterilis est incoinquinata que nescit torum. Sap. iij. Candida est virginitas christo cãdido cõiũcta. Cañ. v. Dilectus meus candidus ꝛc. Berñ. Candor lucis eterne est christus. ꝛ candidã oportet aĩam esse vbi ipse sedere elegit. Isidorus. Candor quippe mundicia est vite. xxx. q. v. femine. de conse. dis. iiij. post baptismum. et. c. accepisti. Grego. Candida vita est carnis de incorruptione virginitas. Et quid cãdidius castitate? Threñ. iiij. Candidiores nazarei eius niue. p cõtinentiam mentis. Nitidiores lacte. exposita sunt latius hec verba. s. in Threnorũ. j. c. bis exposito. et in. j. arti. istius ij. per continentiam corporis. Propter hunc duplum libani candorem bene dicitur Cañ. iiij. Veni de libano sponsa mea: veni de libano. Libanus candidatio interpretatur. Cãdor iste est angelicus. Unde et angeli sepe in albis apparuerunt. Matthei. xxviij. Marc. xvj. Vestimenta eius sicut nix. Non dicit sicut lac: sed sicut nix: quia non carnis/ sed tantum spiritus candorem habent angeli. Unde quãtum ad hoc gloriosior est candor virginalis in homine q̃ in angelo. In homine enim duplex: in angelo simplex. in homine per pugnam: in angelo per naturam. Hiero. In carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti q̃ habere. quum homo viribus obtinere nititur quod habet angelus ex natura. Esse angelũ felicitas est. esse vero virginem virtutis. De hoc etiam scripsi in hac. ij. parte istius operis super Threno. super predictis verbis. Candidiores nazarei ꝛc. Virginitas gratiosum facit hominibus et deo. Eccli. xxvj. Gratia super gratiam: mulier sancta et pudorata. Que virginitas in iuuenibus magnis est preconijs extollenda: quia magis tentãtur. vnde dicit Bernar. ꝙ est martyriũ castitas in iuuenture. vt in sancto Joseph. Genes. xxxix. Isidorus. Quidam in iuuentute luxuriose viuentes: in senectute continentes fieri delectantur: ꝛ tũc eligunt castitati seruire: quando eos libido seruos habere contempsit. Sed et vtinam hodie senes maxime presbyteri continerent: et qui in iuuentute continuerunt in senecta fetoribus luxurie non se macularent. ex̃ de presumptio. cum in iuuẽtute. Nec essent sicut illi presbyteri impudici de quibus Daniel. xiij. quia difficile continentiam seruat: qui se illicito concubitu maculare non metuit. xxxiiij. distin. §. quod ergo. Sap. vj. Incorruptio facit proximum deo. sicut Joannem apostolum. Beda super Lucã. Sicut christus in summa pace est natus: vt se pacẽ diligere ostenderet: ita de virgine natus est: vt se virgineum decus mõstraret diligere. Fructus cẽtesimus eis debetur. Matth. xiij. Agnum sequuntur quocumq; ierit. Apocalip. xiiij. Et cantant canticum nouum: quod est cantus specialis amoris. ad literã dulcius solent cantare virgines. Gregorius. In patria singulariter agno canticum decantare/ est cum eo in perpetuum pre ceteris fidelibus de carnis incorruptione gaudere.

Virginitatẽ ɔseruantia.

¶ B

Que sint virginib⁹ potissimũ caueñda.

Ex aũt sunt virginib⁹ p̃cipue metuenda. Primũ est supbia. Aug. in lib. de virgini. Nõ solũ p̃dicãda est virginitas vt amet̃: verũ etiã monẽda est ne inflet̃. Idẽ. Metuo tibi vehemẽter ne quũ te agnũ q̊cũq; ierit secuturam glorieris: eũ p̄sumẽdo supbe p grãm seq̃ nõ possis. Idẽ. Bonũ v̄ginitat̃ q̃ magnũ video: tñ ei ne pareat furẽ supbie

timesco. Idē. Facilius sequūtur agnū: et si nō quocū3 ierit: certe quocū3 poterūt coniugati humiles: q̄ supbiētes virgines. Bern. Sine humilitate audeo dicere nec Marie virginitas deo placuisset. Augu. Nō dubito pferre mulierē supbe virgini. ¶ Scdm est fatuitas .i. charitatis defectus. Mat.xxv. Fatue virgines nō sumpserūt oleū secū. Bern. in epistolis. Castitas sine charitate lampas est sine oleo. Subtrahe oleū: lāpas nō lucet. tolle charitatē: castitas nō palcet. Itē sup illud Mat.xxv. Nō sumpserūt oleū secū. Chry. in homil. Oleū hic vocat charitatē ⁊ eleemosynam: et quodcū3 circa indigentes auxiliū. lāpades autem virginitatis charisma. pter qd̄ et stultas eas vocat: qm̄ maiorē sustinētes laborē propter minorē oīa perdiderunt. maior ī em̄ labore vincitur carnis cupido: q̄ pecuniarum. Augu. in verbis dn̄i. Si quis igit habet animā virginalē: ⁊ amator est pudicitie: nō debet mediocriter esse cōtētus ijs que cito exarescūt: sed perfectas virtutes sequatur: vt lumen habeat sempiternū. Chry. in homil. Vides igitur quanta nobis sit a pauperibus negotiatio. Paupertes autē nō sunt ibi: ideo3 hic oleū cōgregare oportet: vt illic vtile sit quū christus nos vocet. Hiero. Vendit in hoc mūdo oleum: ⁊ multo emitur precio: ac difficili labore cōquirit. qd̄ nō solū in eleemosynis: sed in cūctis virtutibus et cōsilijs intelligimus magistrorū. Vanitas etiā vel fatuitas in virginibus est vana gloria ⁊ laudes quas petūt q: virgines sunt. Vn̄ ⁊ tales virgines oleū spūale intra conscientias suas corā deo nō habent: q: ab hoībus sicut fatue laudes querūt. ppter qd̄ apud deū meritū virginitatis pdūt. Aug. de verbis dn̄i sup pre. loco. Mat.xxv. Non sumpserunt oleū. Oleū adulatio est. de quo ps. cxl. Oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Vēdūt em̄ oleū oēs adulatores: qui siue falsa siue ignorata laudando aīas in errorē nutriūt. l. di. si quis diaconus. ibi. in fi. Periculosas adulationes. Qui beatificāt: ipsi seducunt. Esa. ix. Et eis vana gaudia tāq̄ fatuis cōciliādo aliquā de his mercedē tēporalē accipiūt. Dicitur ergo. Ite ad vendētes: ⁊ emite vobis. i. videamus nūcquid vos adiuuent: qui vobis laudes vēdere cōsueuerunt. ¶ Tepiditas: q̄ solet accidere in virginibus: q: cōsiderāt se parū peccasse. cōtra quod dicit Aug. in lib. de virginibus. Multo ardētius debes diligere illū qui flagitiosis a se cōmissis quecū3 dimisit. de pe. dis. j. multiplex. in se cadere nō pmisit. ¶ Macula peccati cuiuscū3 alterius q̄ carnalis. Macula turpior est in veste alba. Virginitas est vestis alba. vn̄ bysso cōparat Prouerb. vlti. Byssus ⁊ purpura indumētū ei⁹. Virgines que habēt integritatē carnis cū corruptiōe mētis: similes sunt sepulcris dealbatis. Mat. xxiij. Hiero. Nihil pdest virginitas corporis: vbi operat corruptio mentis. ad hoc. xxxij. q. v. si paulus. c. tolerabili⁹. c. magis timeam⁹. ¶ Negligētia cōfessiōis. vn̄ ⁊ etiā virginitas decore induit. in ps. ciij. Cōfessionē ⁊ decorem induisti ⁊c. Et iterū. Cōfessio ⁊ pulchritudo in cōspectu eius. Can. ij. Ostēde mihi faciē tuā. i. cōscientiā. ¶ Diuisio cordis. Augu. loquēs virginib⁹. Toto vobis figatur in corde q̄ p vobis fixus est in cruce. Duplici corde cui ve. Eccli. ij. est que deo et hoībus vult placere. Bern. in epistolis. Volens placere hoīb⁹ deo displicet. Si hoībus placerē: christi seru⁹ nō essem. Gala. j. Non places si nō placas: nō placas si places. Grego. Nemo pōt in vna eade3 re oī potēti deo atq̄ eius hostib⁹ gratus eē. nā dei amicū se denegat: q̄ eius placet inimicis. Signū q̄ virgo vult placere hoībus est ornatus et appositus. de cōse. dis. v. fucare. fucus exterior. ps. xliiij. Ois gloria filie regis abintus. Hiero. Decor q̄ in veste requirit induit: et cū veste deponit. vestis pculdubio est non vestiri. ad hoc. xxj. q. iij. c. j. de cōse. dis. v. fucare. ¶ Imperseuerātia. ne deficiat. Bern. Stude perseuerātie: que sola coronat. Idē. Scias diabolū soli semp perseuerantie insidiari: quā solā virtutē nouit coronari. de pe. di. ij. §. ex premissis. ver. itē illud euāgelij. Aug. Qui facere poteritis ne virginitatis bonū a vobis pereat: facere nō poteritis vt redeat. ad hoc. xxxij. q. v.

si paulus. de peni. dis. iij. in casum. vij. q. j. successū. In. c. si paulus dicit q̄ virginē post ruinā deus suscitare nō pōt. sed quō hoc intelligat vide ibi in glos. ¶ C. Honoratur aūt virginitas a deo ab angelis ab hominib⁹ a diabolo. A deo. Hiere. iij. Dux virginitatis mee tu es. Est ergo christus dux virginitatis. est ⁊ spōsus. Ipse est em̄ summ⁹ pōtifex de quo Leuit. xxj. Virginē ducet vxorē. virginē vt3 ecclesiā. ij. Cor. xj. xxvij. q. j. nuptiarū. Despōdi vos ⁊c. ⁊ virginē aiam. pal. c. si paulus. Itē christus nō solū est virginitatis spōsus: sed filius. Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet. Luc. j. Augu. Vnius sancte virginis partus oīm sanctarū virginū est decus: ⁊ ipe cū Maria matres christi sunt: si patris ei⁹ faciūt volūtatē. Mat. vij. Honorat ab angelis. Luc. j. Missus est angelus gabriel ⁊c. Iste angelus honorauit virginē in excellētissima legatione et in reuerētissima salutatione. Itē angelus nō pmisit se a Ioāne virgine adorari. Apoc. xix. ⁊ vlti. Vide ne feceris. Honorāt angeli virgines: q: et ipse terrestres angeli sunt ⁊ hoīes celestes. Bernar. Quid castitate decorius: que mūdū de immūdo cōceptū semine de hoste domesticū de hoīe angelū facit. Honorauerunt angeli Hagnen in veste. Ceciliam in corona. Agathā in tabula marmorea. Catharinā in sepulcro. Sz inimici sunt impudicorū. Dan. xiij. Ecce em̄ angelus dn̄i accepta sententia ab eo scindet te mediū. De sodomitis subuersis ab angelis ⁊ occecatis. Gen. xix. ij. q. j. deus. xiiij. dis. qd̄ ait. Honorat ab hoīb⁹. Iudicū. xxj. Virgines reseruate. Nume. xxxj. Puellas ⁊ oēs feminas virgines reseruate. Alij oēs iubētur interfici. Merito salus dat virginib⁹: q: p virginē salus. Ansel. Nō est salus: nisi quā tu virgo peperisti. Virgines em̄ saluant nō carne tātū: sed mēte simul. Isidorus. Virgo carne nō mēte nullū premiū hz in generatiōe. in pal. c. si paulus. De quarto q̄ honorat a demonibus virginitas. Tob. vj. ⁊ vij. demō noīe Asmodeus virginitatē Sare a. vij. corruptorib⁹ liberauit. Narrat in vitis patrū q̄ cuidā vidue castitatis amatrici demō fuit specialiter assignat⁹ vt eā deijceret a pposito castitatis. Quū3 per multa tēpora eā molestasset valide: nūq̄ tn̄ ei⁹ animū potuit flectere ad cōsensum. Tādē demonū cōcilio conuocato princeps eorū interrogabat a quolibet q̄d egisset: ⁊ ille apud eū beatior: qui et nequior. at vbi ad istū ventū est: cōfusione dignus habet q̄ a femina superat⁹ est. vn̄ et sibi iniūctū est vt imperio dn̄e obediret q̄diu in carne viueret. Dū autē dn̄a vt moris habebat exclusis puellis se in oratione pstrasset: et vellet sibi calciamēta detrahere: adfuit in specie decori iuuenis ille demō. quo viso domina exclamauit. acurrēs familia nihil inuenit. Tertio similiter veniens allocutus est dominam ne timeret: sibi3 seriem rei explicans obedientiā repromisit. Addens q̄ de illo peccato eam nō amplius molestaret. Quū3 domina familiam induisset: demon cōquestus est q̄ sibi non fuissent vestimēta collata: allegans se plus alijs seruiuisse: domina indumenta concessit. ille suscipiens se in conclaui clausit. domicelle respicientes per rimas portarum viderūt demonem pannos suentem. et ille indignatus misit vestimenta in ignem: sed ad mādatum domine extraxit. cui ob meritum castitatis semper seruiuit diabolus. Ergo velit nolit honorat virgines: sicut victus victrices: ⁊ tamq̄ angelorum sorores quos ipsi timent. Bernar. Fulgida virginitas est gemma virtutum: germana angelorum: lampas ecclesiarum: lux animarū. ipsa calcat libidinem. vincit diabolum. contēnit seculū. deprimit omne periculū. Sicut diabolus honorat castos et virgines: sic potestatē hz singularē sup immūdos: qui sunt de sua familia: q: ipse spūs immūdus est. Luce. xj. Tob. vj. Qui coniugia ita suscipiunt vt deum a se et a sua mente excludant: et sue libidini vacent: sicut equus et mulus quibus non est intellectus: habet super eos demon potestatem. ¶ D. Quatuor etiā sunt in quibus virginitas honoratur in celo. In intrandi securitate. Mat. xxv. Que parate erāt intrauerūt ⁊c. Angelica societate. Iudicū. xxj. Inuēte sunt de Iabis galaad. cccc. virgi

Honor virginibus exhibitus.

nes que nesciert̃ viri torũ et adduxerunt eas ad castra in Sylo. Castra sunt angeli. Genes. xxxij. Castra dei sunt hec. Sylo iterpretatur auulsio/restitutio. ꝛ certe amissio facta per angelos cadentes/speciale habebit restitutionẽ p virgines stantes. de conse. dist. j. hi duo. Christi cõformitate. Apoc. xiiij. Hi sequuntur agnum quocũq; ierit. Virgines sequũtur agnũ: q: ei per incorruptionẽ specialissime cõformãtur. p realt. c. Sap. vj. Incorruptio facit esse proximum deo. Gaudiũ singularitate. Apoc. xiiij. Nemo poterit dicere cãticum nisi illa. cxliiij. milia. Hoc est singulare prorsus gaudiũ canticis exultationis ꝛ laudis de incorruptione ꝛ virginitate procedẽs. Castitas et virginitas tranquillam facit vitam. j. Timo. ij. ibi. Tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. q. d. Nõ sufficit virginitas absq; aliis bonis operibus. Grego. in homil. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonũ est aliquod opus sine castitate. vnde Luc. xij. Sint lumbi vestri precincti: ꝛ lucerne ardẽtes in manibus vestris. Grego. Nulla sunt bona cetera: si occulti iudicis oculis castitatis testimonio nõ approbatur. Magna pulchritudo et vera glia castitas ꝛ virginitas. Judith. xvj. Erat enim virtuti castitas adiuncta ꝛc. vsq; Erat aũt festis diebus ꝑcedẽs cũ magna gloria. Isido. Castitas est pulchritudo inuiolata sanctarum. Res est angelica. Chryso. Castitas res est angelica ꝑ quã solũ singulariter hoĩes angelis assimilãtur. Bern. Differũt inter se homo pudicus ꝛ angelus. sed felicitate: nõ merito. sed etsi castitas illius felicior: huius inde cognoscitur esse fortior. Bern. Sola castitas mores istius beate vendicat regionis in qua neq; nubẽt neq; nubentur. Mat. xxij. prebẽs quodãmodo terris experientiã cõuersationis celestis. Ministrũ dei facit. ps. c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. ij. ad Cor. vj. In oĩbus exhibeamus nos sicut dei ministros ꝛc. Et infra. In castitate. Cor confortat. Judith. xv. Confortatũ est cor tuũ eo ꝙ castitatem amaueris. xxxij. q. v. tũc saluabitur. vbi ponitur triplex castigatio. Isti sunt eunuchi qui se castrauerũt sancti ꝑpter regnũ celorꝫ. Mat. xix. Chryso. Illa est gloriosa cõtinẽtia: nõ quam trãsgredi nõ põt necessitas debilitatis corporis vel nature: ſꝫ quã cõplectit̃ volũtas sancti propositi.

¶ Articulus. lxxxij.

Queritur aũt secũdum sanctũ Tho. in. ij. ij. q. cl. circa virginitatẽ quinq;.

Primo in quo consistit virginitas. Secundo vtrum sit licita. Tertio vtrũ sit virtus. Quarto de excellẽtia eius respectu matrimonij. Quinto de excellentia eius respectu aliarum virtutum.

¶ A

Ad primũ videt̃ ꝙ nõ cõsistit in carnis integritate ꝑpter definitionẽ Augu. s. positã in. §. pri. ver. Est aũt ꝙ virginitas est in carne corruptibili ꝛc. Item q: ſm eũ est pudicitia que est in animo. vt. s. dixi. §. pri. ver. et est sciẽdũ. Preterea carnis integritas videt̃ consistere in signaculo virginalis pudoris. Sed nũq; absq; virginitatis preiudicio frãgit̃ illud signaculũ. dicit em̃ Augu. Est aũt vberior felicior ꝙ fecũditas nõ ventre grauescere: sed mẽte grãdescere. Illa filios doloris: ista filios parturit gaudij ꝛ exultationis. Itẽ Augu. Ipa cõtinẽtia nequaq; sterilis est: sed fecunda mater filiorꝫ gaudiorꝫ. Illa filiis replet terrã: ista celũ. ad hec. xxxij. q. j. nuptie. xxxij. q. v. tũc saluabitur. Illa est multe solicitudinis: ista quietis. Gilibert⁹. Virginitas est curarũ silẽtiũ: pax carnis: redẽptio vitiorꝫ: principatus virtutũ. Illa est bonũ: ista melius. Hiero. ad Pamachiũ. et. s. dixi. §. pri. ver. sed cõtra est. Tãtũ est inter nuptias et virginitatẽ: quãtũ inter nõ peccare ꝛ bñfacere. Immo (vt leuius dicã) quãtũ inter bonũ ꝛ melius. illa comparat̃ spinis: ista rosis. Hiero. ad Eustochiũ. Laudo nuptias: ſꝫ q: mihi virgines generãt: lego de spinis rosam: de terra aurũ: de conchis margaritã. Itẽ q: christ⁹ nõ de corrupta nascit̃, ſꝫ de virgine: est ratio ſm Aug. de sancta virginitate, sup illud Luc. j. Ad virginẽ. Illũ em̃ decẽter solũ virginitas parere potuit: q̃ in sua natiuitate parẽ habere non potuit. Oportebat em̃ caput nostrũ ꝑpter insigne miraculũ ſm corpus nasci de virgine: qđ figuraret mẽbra sua de virgine. xxvij. q. j. nuptiarũ. ecclesia ſm spiritũ nascitura. Itẽ Chrys. sup eodẽ. c. ibi. Qm̃ virũ nõ cognosco. Quinimmo eoipso cõtinget ꝙ es cõiugis inexperta. nã si virũ experta fuisses: nõ digna cẽsereris hoc ministerio: nõ q: ꝓfanũ sit cõiugiũ: ſꝫ q: virginitas potior. Decebat em̃ cõem oĩm dominũ ꝛ in natiuitate nobiscũ participare: ꝛ ab ea discrepare. Nã em̃ ex vtero nasceretur/habuit cõe nobiscũ: ꝙ autẽ absq; ꝯcubitu nascerẽt̃/plus a nobis obtinuit. Penetrãs magnus Climacus ꝓfunditatẽ vere virginitatis ꝛ castitatis ait. Castitas vel virginitas est nature i corpore appropriatio iesu christi: dñs amabilis: scutũ cordis superterrestre: supnaturalis ꝛ supgloriosa abnegatio nature: ꝛ vere corporalis ꝛ mortalis ꝛ corruptibilis supmirabilis ad incorporeos coaptatio. Castus est q̃ amore ꝛ cõcupiscentia sancta amorẽ ꝛ cõcupiscẽtiã ꝛ ignẽ igne immateriali repercutiẽs extinguit. Iste est canon. i. regula. dist. iij. canon. castissime castitatis: eque similiter sup aiatis et inanimatis rationabilibus atq; irrationalibus corporib⁹ affici. Principiũ quidẽ castitatis/nõ cõsentiẽs cogitatio ꝛ preter idolũ. i. imaginationẽ turpẽ ex turpibus respersio. Medium castitatis/naturales motus sup multitudinẽ alimẽtorꝫ et solũ sine idolis existẽtes: ꝛ a colluuionis respersione liberi. Finis vero/mortificatio corporis premotuis cogitationibus. Si istud est vere castitatis ꝛ virginitatis argumentũ/immobile esse in phantasmatibus somniorꝫ: ista penit⁹ terminatio luxurie fluxũ sustinere in cogitationib⁹ vigilãtem. In introducẽdis. i. nouitiis corporis lapsus vt plurimũ ex deliciis habẽt fieri. In mediis ꝟo et alta sapiẽdi elatione. In iis vero q̃ ꝑfectioni appropinquãt ex eo tãtũmodo qđ ꝑmũ iudicẽt. Castitas est dei ꝓprietas ꝛ similitudo ſm ꝙ homini possibile est. Mater vero castitatis q̃es solitaria cũ obediẽtia. Est in somnis fluxus ex multitudine escarũ ꝛ quietis. Alter est ex supbia: qñ in diuturna nr̃a influxibilitate infla mur: et rursum ex eo qđ ꝑmũ iudicemus. Alter ex demonum inuidia: vt ex hoc ꝙ altissimam possideat humilitatem.

¶ B

Secundũ Cheromonẽ in collatione de castitate in lib. coll. Jo. cassi. Sex sunt castimonie et vere virginitatis ꝛ ꝑfecte gradus: quibus ad inuiolabilẽ cõscẽditur puritatẽ. Primus est ne vigilãs impugnatione carnis monachus elidat̃. Scđs ne mẽs illi⁹ voluptariis cogitatiõib⁹ immoret̃. Terti⁹ ne femineo vel tenuiter ad ꝯcupiscẽtiã moueatur aspectu. Quart⁹ ne vigilãs vel simplicẽ carnis pferat motũ. Quint⁹ ne animi quũ memoria gñatiõis humane vel tractat⁹ rõ/vel necessitas lectiõis igesserit: subtilissim⁹ mẽte voluntarie actiõis ꝑstringat assensus. Sext⁹ ne ille illecebrosis phãtasmatibus feminarũ vel cuiuscũq; vel dormiẽs illudat̃. Idẽ. Hec est vere ꝯsummatio castitatis: que nõ ipugnãs carnalis ꝯcupiscẽtie mot⁹, ſꝫ toto horrore detestãs/iugẽ atq; imobilẽ sui retinet puritatẽ: nec põt quid aliud eẽ ꝙ̃ scitas. Hoc aũt fiet qñ iã desinẽs. Gal. v. caro aduersus spm̃ cõcupiscere: desideriis ei⁹ virtutiq; cõsenserit: ceperintq; sibi pace firmissima federari: et iocũdissime habitauerint fratres. s. corp⁹ ꝛ aĩa i vnũ. Idẽ ibidẽ. Hec est ꝯsummatio castitatꝫ: vt vigilãtẽ monachũ oblectatio libidinis nulla ꝑstringat: vt q̃scẽtẽ nõ fallat illusio: ſꝫ quũ dormiẽtẽ tm̃ sopite mẽtꝫ icuria cõmotio carnis oppsserit: quẽadmodũ sine vlla titillatiõe voluptatꝫ excitata est: ita etiã sine vllo pruritu corpis cõquiescat. ¶ C Singulare est ꝑuilegiũ ꝟginitatis. Primo q: replet paradisum. vt. xxxij. q. j. nuptie. Scđo q: sola est q̃ cũ fiducia põt deo aĩas pñtare. in autent. de lenoni. §. scimus. colla. iij. Tertio quia est principium aliarum virtutum. in autent. quomodo oportet episco. et reli. cleri. ad ordina. dedu. §. neq; autem sacras.

In q̃ virginitatẽ cõsistere sit dicendum.

Castimonie gradus.

Virginitatis priuilegia.

Quarto sola virgo consecratur.xxvi.dis.acutius. Quinto aureolã habẽt virgines sicut martyres ⁊ predicatores.vt s.dixi.xxxii.q.v.si paulus.de hoc legit̃ ⁊ no.ex̃ de pba.causa matrimonii. Pauci hoc priuilegiũ habent.l.dist.q: tua.

An corrupta possit cõsecrari.

¶ D Hic quero nũquid cũ corrupta põt dispẽsari vt cõsecretur? sed nõ determinat per quẽ. Et credũt quidã ꝙ in hoc casu per epm possit dispensari.quũ nõ sit ei prohibitũ sm id qd no.l.dist.in summa.et facit p hoc.xxvii.q.i.virginem que. Potest inquã si occultũ est aliquã esse corruptã: et subest causa rationabilis dispẽsandi: vtputa vitatio scãdali: vel alia causa: maxime vbi sine viri admistione p abusionẽ aliquã facta est corruptio: q: dubiũ potest esse de iure vtrũ ista corruptio abusiua faciat irregularitatẽ in muliere. per ea que. s. de hac materia notaui in.§. pctractato. ver.et notandũ.cũ ver.seq.in ar.lxxxii. Cum notorie corruptis nõ credũt isti simplicẽ epm posse dispẽsare.et hoc propter scandalũ.⁊ q: non legitur in hoc casu fuisse aliquãdo dispẽsatũ.sm Archidia. dñm meũ qui ita no.xxvi.dist.acutius.in glos.nunquid. In quo.c.glos.ordi.no.ꝙ ideo epũs nõ virgo cõsecratur: q: significat ecclesiã militantẽ in qua sunt boni ⁊ mali.de cõse.dis.iiii.est vnitas. Sacra virgo signat ecclesiam triũphantem: vbi nõ est macula nec ruga. Ephes.v.xix.di.quis. ¶ E Si vir votũ virginitatis habens adiũgatur vxori: nõ dimittat vxorẽ: sed tribus annis peniteat.xxvii.dist.si vir. Dicũt quidã p hoc.c.ꝙ postꝙ cõtrahit: absolutus est a voto: sed faciet penitentiã de voto violato: ⁊ põt nedũ reddere debitũ: sed exigere. Sed hoc non credo ꝙ absoluat a voto: nec ꝙ possit petere debitũ: q: quantũ ad se adhuc votũ tenet: vt nõ exigat.op.arg.ex̃ de iureiurã.quãto.vbi dicit ꝙ iuramentũ obseruari debet quatenus põt: sed ius matrimonii nõ cõpellit debitũ exigere: q: hoc libertatis est: sed compellit eum reddere. Unde dicẽdũ est ꝙ põt sine peccato soluere: q: ad hoc est obligatus: sed nõ põt sine pctõ petere: q: faceret contra pmissum: et sic cõtra cõscientiã: et edificaret ad gehennã. ex̃ de sen.excõ.inquisitioni.cũ simi. Et istius sententie fuerũt Innoc.et Bern.⁊ Jo.ex̃ de cõuer.cõiu.quidã.⁊.c.accedẽs.in glos.ii.que fuit glos. Jo. de hoc etiã no.xxvii.q.ii.agathosa. Itẽ vouentibus virginitatẽ nõ solũ nubere / sed velle nubere est damnabile.xxvii.dis.vouẽtibus. Uirgines post consecrationẽ nubẽtes adultere sunt ⁊ inceste ⁊ sacrilege. xxvii.dist.c.vlti.xxvii.q.i.virginibus. Profes̃a virginitatẽ iudicans nuptias anathema fit.xxx.dist.si quis pp̃ter.⁊.c.

An promoueri possit qui cũ fornicaria ꝯtrax.

si quis vel.et.xxxi.dist.quicũꝙ. ¶ F Quid si aliquis fornicariã deflorauit: cũ qua postmodũ contraxit: nũquid poterit postmodũ promoueri? Tenet Jo.t.⁊ Ber. Bat.brix. in sua questione dñicali que incipit / aliquis cognouit virginẽ. Et Ray.⁊ Jo.an.in.c.clerici qui.de vi.⁊ hone.de.lib. vi.ꝙ talis poterit pmoueri post mortẽ istius. vt no.xxx.q. v.qualis.de cleri.cõiu.sane.de biga.debitum. in vlti.glos. Ego aũt post Hugo.et Ostiẽ.⁊ Jo.de finito et Archidia. teneo cõtra.ꝙ talis tãꝙ bigamus nõ valeat promoueri.⁊ hoc per illa.c.expressa.xxxiii.di.q: sunt.ibi. Nec eã virginẽ peruenisse ad eũ.xxxii.dist.nemo.ibi. Unicã ⁊ virginẽ vxorẽ habuerit.vbi de hoc.⁊.xxxiii.dist.maritũ.ibi. Nec eũ qui dẽ qui vnã cõcubinã ⁊c.vbi de hoc.⁊.xxxiiii.di. curãdũ.ibi. Qui vxorẽ virginem non duxerit.⁊.c.seq. precipimus.ibi. Qui virginẽ nõ est sortitus vxorem.⁊.lxxxii.dist.quicũꝙ. ibi. Una tantũ et ea quã virginẽ cõmuni per sacerdotẽ benedictione percepit vxore contẽtus.⁊.xxx.q.v.qualis.ibi. Uirgo casta ⁊ despõsata in virginitate.⁊ pall.c.clerici.ibi. qui cũ vnicis ⁊ virginibus cõtraxerũt.vbi tacite iure nouo videt̃ hec opinio approbari. Ratio est pp̃ter prerogatiuã matrimonii: q: maritus est talis corrupte: ⁊ nõ agit̃ hic de peccato: sed de sacramẽti sanctitate.xxvi.dis.acutius. Alia ratio valida sm Archidia.est q: carnis cõmistio significat conformitatẽ diuine ⁊ humane nature: que contracta fuit in vtero virginali: factã per mysteriũ incarnationis. ex̃ de biga.debitũ. Quũ ergo hoc factũ fuerit in vtero virginali: vt actus consummatus id significet: oportet ꝙ consummatio sit facta in vtero virginali: qd esse nõ potest si antea eam corrupisset.et ad hoc etiã facit.xxxii.dist. feriatim. ibi. Uxorem ducere virginẽ ⁊c. In hac sententia etiam residet Gof.in preall.c.sane. Et ratio est sm eũ q: incipit esse maritus corrupte.vt in iuribus predictis.de hoc no. Archidi. in pall.c.nemo.⁊.c.qualis.⁊.c.clerici qui.li.vi. ¶ G Itẽ hic quero an abbatissa debeat esse virgo? Et casus expressus est ꝙ sic.xx.q.i.iuuẽculas.⁊ no.xxxi.q.i.quõ.in glos.non ideo.et p hoc facit.i.q.vii.si quis oẽm.ibi. Nouimus peccatricem prius Mariã. post conuersionẽ ꝙuis sancta et casta: tñ inter diaconissas cõputata non est. facit.xxvii.dist.c. vlti. Sed cõtra videtur q: corrupta potest esse diaconissa. xxviii.q.i.si quis rapuerit.in fi.facit.lxxviii.dist.nemo presbyter.

An abbatissam oporteat esse virginẽ.

